Digitized by Google

ARMS OF
THE RIGHT HON
THE EARL OF
MOUNT EDGCUMBE
VISCOUNT VALLETORT
OF PLYMPTON ST EARLE
BARON OF CREWS
AND
KNIGHT OF THE MOST
ILLUSTRIOUS ORDER
OF ST PATRICK

DEMOCRITI ABDERITAE

OPERUM FRAGMENTA

COLLEGIT, RECENSUIT, VERTIT, EXPLICUIT

AC DE PHILOSOPHI VITA, SCRIPTIS ET PLACITIS

COMMENTATUS EST

FRID. GUIL. AUG. MULLACHIUS

PHIL. DOCTOR ARTIUM LL. M. IN GYMNASIO REGIO GALLICO SUPERIORIS ORDINIS PRAECEPTOR.

BEROLINI

SUMPTIBUS GUIL. BESSERI.

MDCCCXLIII.

Digitized by Google

4d 12.15

1852, Aug. 12.

Gift

Prof. Bond.

Digitized by Google

AUGUSTISSIMO AC POTENTISSIMO

BORUSSORUM REGI

FRIDERICO GUILELMO IV

GERMANIAE DECORI

CELSISSIMO ARTIUM LITTERARUMQUE FAUTORI

DOMINO CLEMENTISSIMO LIBERALISSIMO MUNIFICENTISSIMO

PATRI PATRIAE

PIO FORTI FELICI

HAEC DEMOCRITEORUM OPERUM FRAGMENTA

VENERABUNDUS CONSECRAVIT

GLORIOSISSIMI AC SPLENDIDISSIMI NOMINIS EJUS

CULTOR ET ADMIRATOR PERPETUUS

FRID. GUIL. AUG. MULLACHIUS.

Digitized by Google

Tanta fuerunt, REX SERENISSIME, Democriti de litteris merita, tanta in eo eruditionis amplitudo ac varietas, tam sublime et erectum viri ingenium, ut a veteribus hic philosophus omni laude cumularetur. Tanta denique in ejus scriptis et orationis venustas et rerum excellentia fuit, ut vel haec ejus operum fragmenta in praestantissimis antiquitatis graecae reliquiis numeranda sint. Quare ausus sum quae temporis diuturnitate obscurata ac per multos scriptores sparsa erant, ea in unum corpus redacta ac pro viribus emendata et explanata Regiae Tuae Majestati dedicare ac Tui nominis splendore illustrare. Neque enim ullus per totum terrarum orbem hodie princeps est qui majore et ingenio et doctrina conspicuus priscorum saeculorum sapientiam cum nostrae aetatis

Digitized by Google

eruditione conjungat. Quapropter si Serenissimae Tuae Majestati hoc qualecunque opus non prorsus displicuerit, supremi judicis sententia maximum mihi et hujus laboris praemium et majorum operum incitamentum erit. Precor Deum O. M., ut Regiam Majestatem Tuam rebus omnibus florentissimam quam diutissime servet.

Regiae Majestatis Tuae

humillimus cliens

Frid. Guil. Aug. Mullachius.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Nihil esse ad universae antiquitatis cognitionem utilius et fructuosius eorum industria, qui illustrium virorum memoriam plenissime renovaturi vetera monumenta diligenter perscrutantur, intelligentes harum rerum existimatores jam pridem judicarunt. Quamobrem quum in legendis scriptoribus graecis multa reperissem ad Democritum spectantia, quorum non esset ratio habita ab iis qui vel de ejus vita, scriptis et philosophia disputarant [1]) vel in colligendis operum ejus fragminibus studium posuerant: pluribus abhinc annis consilium cepi divulgandi operis [2]) quo omnes Abderitae librorum re-

[1]) Cf. imprimis Fabric. Bibl. Gr. vol. II. pag. 628 seqq. ed. Harl.; Ritteri libros de historia philosophiae compositos; Wendtii adnotationes ad Tennemanni historiam philos. Tom. I, p. 336 seqq.; Geffersii Quaestiones Democriteas Gottingae anno 1829 in lucem prolatas; Papencordtii dissertationem, quam Berolini anno 1832 excusam de atomicorum doctrina inscripsit; Heimsoethii libellum Bonnae anno 1835 typis descriptum, in quo cum alia tractantur, tum Democriti de anima doctrina breviter exponitur. Caeterum Jos. Koppii de Democrito disputationes, quae inter Academiae Regiae Monacensis opuscula leguntur, inspicere mihi non licuit, quum hae una cum aliis illius Academiae commentationibus in Regia urbis nostrae bibliotheca desiderentur neque in tabernis librariis prostent.

[2]) Hujus operis duo specimina publici juris feci, quorum prius jam anno 1835 lucem vidit, posterius superiore auctumno prodiit. Utrumque indicendis publicis Gymnasii Regii Gallici examinibus scriptum hujus scholae annalibus praepositum est.

Digitized by Google

liquias complecterer ac simul de ejus vita, ingenii monumentis et placitis commentarer. Congesta igitur undique scribendi materia primo libro de philosophi vita, altero de ejus scriptis ita disserendum putavi, ut quoad ejus fieri posset in sola antiquorum testium mentione acquiescerem. Neque enim quidquam aut lectoribus molestius aut mihi injucundius esse poterat frequenti eorum qui antea in hac provincia versati sunt refutatione. Quocirca in duobus prioribus libris raro alios viros doctos memoravi. Alia est tertii libri ratio. Constat enim jam ab Henr. Stephano partem quandam moralium Democriti sententiarum Poësi philosophicae Parisiis anno **1573** editae esse insertam eademque fragmina additis aliis in Jo. Conr. Orellii opusculis veterum Graecorum sententiosis et moralibus, quae Lipsiae anno **1819** prodierunt, reperiri, porro Guil. Burchardum moralium Abderitae operum fragmenta Mindae anno **1834** emisisse, denique ex physicis ea quae in Theophrasteo de sensibus libro exstant explicata esse ab eodem Burchardo peculiari commentatione Mindae anno **1830** publicata atque a Ludov. Philippsonio in libello quem Berolini anno **1831** foras datum Ὕλης ἀνθρωπίνης nomine appellavit. Stephanus sententias Democriticas e Sexto Empirico et Stobaeo potissimum haustas neque interpretatione latina neque adnotationibus instruxit, textum autem non spernendum illum quidem, sed tamen non ubique emendatum vulgavit. Orellius in augendo fragmentorum moralium numero non ea qua hoc fieri par erat, usus est cautione. Etenim quum incerta sententia erraret, neque diuturna dictorum Democriteorum contemplatione fretus eam animo informasset imaginem, qua tanquam duce in discernendis Democriti aliorumque

Digitized by Google

effatis uteretur, accidit, ut multa Abderitano philosopho tribueret apophthegmata, quae aliena esse nullo negotio demonstres. Porro singulis fragmentis latinas quae optimae ferebantur doctorum virorum interpretationes apposuit, ita fere ut in sententiis Pseudodemocraticis Lucam Holstenium, in fragmentis a Stobaeo servatis Conradum Gesnerum, in iis quae apud Plutarchum inveniuntur Xylandrum, in aliis alios interpretes ad verbum sequeretur, sive parum sollicitus de aequabili horum fragminum translatione, sive vario illo et multiformi dicendi et vertendi genere delectatus. Alii enim pressius exemplaris graeci vestigiis inhaerent, alii liberius convertunt. Huc accedit, quod non raro interpretationes illae a recepto fragmentorum textu discrepant. Quapropter dignas fuisse has operum Democriteorum reliquias quae nova interpretatione latina ornatae in lucem prodirent, satis liquere arbitror. Praeterea scriptoris verba ita exhibuit Orellius ut in vulgatis auctorum, e quorum libris ducta sunt, editionibus exarantur. Sed quum Jones ionice loqui deceat, formas atticas et communes librariorum incuria Democrito obtrusas ex iis certe fragminibus quae ionici sermonis vestigia servant expellendas fuisse patet. Quod negotium ipsi etiam Orellio necessarium esse visum ex eo conjicimus, quod aliquot locis, ut Jonismo consuleret, ν ἐφελκυστικὸν delevit. At ille nihil ultra conatus est. Quamvis igitur critici partes sustinere nollet Orellius, tamen in adnotationibus quibus haec fragmenta dilucidavit hic illic quaedam probabiliter disputata reperiuntur. Verum quum critici munus ab interpretis officio non omnibus locis sejungendum videretur, Orellius Democriteae dictionis non admodum gnarus, in emendandis

Digitized by Google

fragminibus corruptis atque in explicandis difficilibus saepe frustra laboravit. Cautius fragmentorum moralium numerum finibus quibusdam circumscripsit Burchardus, multa quae Orellio Democritea visa erant aliena esse intelligens. Idem tamen primus Democriteis alia adjecit fragmenta quae Orellius adjungere neglexerat. Burchardus plerasque sententias morales germanice interpretatus est, exceptis iis quas vel dubias vel corruptas esse censebat. Philosophi verba ad ionicae dialecti normam dirigere supersedit nec nisi raro a codicum calamo scriptorum auctoritate discessit. Quamquam autem in Abderitae dictis haud pauca reliquit menda, tamen locos quosdam depravatos ingeniose correxit. Similem operam physicorum fragmentorum parti quae apud Theophrastum legitur idem vir doctus impendit, siquidem in eo elaboravit, ut non cuncta quae critici et interpretis auxilio egerent, sed potiora emendaret et illustraret, pauca latine interpretaretur, universorum vero fragmentorum summam sub finem libelli germanice exponeret. Philippsonius totum Theophrasti de sensibus opusculum in latinum sermonem transtulit et animadversionibus explanavit. Quae res quomodo in reliquo opere successerit, nunc nihil attinet quaerere; in iis certe quae ad Democritum referuntur capitibus textum pluribus locis non male constituit. Neque tamen ea quae in hoc genere praestanda erant, praestitit omnia, sed multa aliis facienda reliquit. In latina ejus translatione cum alia non probo, tum quod technicas Democriti voces parum accurate expressit.

Reliqua operum Democriteorum fragmenta, id est pars physicorum, quae apud Sextum Empiricum, Aristotelem, Simplicium, Plutarchum et Stobaeum invenitur,

porro ea, quae e libris de animalibus, de astronomia, de agricultura scriptis atque ex aliis voluminibus petita supersunt, a nemine conjuncte edita et explicata erant. His igitur omnibus collectis fragmentorum Democriteorum corpus primus confeci. In quo quid consilii secutus sim breviter dicendum est. Fragmenta moralia ita edidi ut aliena a Democriteis secernens multo saepius Burchardinam quam Orellianam rationem calculo meo comprobarem, deinde ut in sententiis, in quibus ionicae dialecti vestigia manserunt, omnem orationis habitum ad hujus dialecti formam mutarem, caetera philosophi dicta intacta relinquerem. Quam rem hominum eruditorum plausu non indignam visum iri confido. Quae enim sive ab ipsis scriptoribus qui ea citant, sive a librariis in atticam dialectum vel in communem sermonem conversa sunt fragmenta, in iis voces ionicae non amplius comparent. Quare si has quoque sententias in pristinum statum restituere voluissem, multa vocabula e textu ejicienda atque in eorum locum ionica sufficienda erant. At quum non semper suppeditarent verba ionica quae non aut plus aut minus valerent quam eae quas scriptas offenderam atticae locutiones, in hoc negotio si conjecturas meas membranarum auctoritati praeoptassem, vix temeritatis notam effugere poteram. Itaque huic fragmentorum generi manum non admovi. Indicavi tamen interdum voces quae a Democrito usurpatae viderentur, quum pro iis aliae atque aliae non plane idem sonantes substitutae essent [3]). In restituendo Jonismo ipsum magis Democritum ejusque orationis analogiam quam vel Herodotum vel Hippocratem vel

---

[3]) Cf. adn. ad fragm. libr. de agric. 11, §. 36.

inscriptiones ionicas vel alia hujus dialecti monumenta intuitus sum, non immemor quattuor diversorum ionicae dialecti generum, de quibus Herodotus lib. I cap. 142 agit. Quae etsi hodie nemo jam potest dignoscere, tamen illa quae olim exstitit diversitas eam debet habere vim, ut quae intercedant inter singulorum scriptorum dicendi modos discrimina probe notemus. Multa autem in his rebus ad liquidum perduci nequeunt. Quocirca nihil magis cavendum existimavi, quam ne mutando peccarem, in quo viros eruditos nonnunquam labi manifestum est. Caeterum Democritea locutio, quantum etiam nunc judicare licet, propius ad Hippocrateum quam ad Herodoteum dicendi genus in quarundam litterarum et vocum usu, velut in formis ξὺν pro σὺν, δρῆν pro δρᾶν accedit, in aliis rebus vel cum poetis epicis [4]) vel cum titulis ionicis [5]) congruit, in aliis denique nullam gerit cum aliorum scriptorum dictione similitudinem [6]). Porro tam in moralibus quam in reliquis fragmentis tractandis eam mihi legem scripsi, ut non modo textum ubi opus videretur emendarem ejusque rei rationem in adnotationibus redderem, sed etiam locos difficiliores copiose enarrarem, caetera in quibus haerere quis posset paucis attingerem. At ne adnotandi materia nimis cresceret, neve frequenter de interpretum erroribus lectores mihi monendi essent, omnia haec fragmenta latine interpretatus sum. Idcirco non saepe nec fere nisi in rebus majoris momenti superiorum interpretum mentio a me facta est. In

---

[4]) Cf. Indic. vocc. Dem. in ἀ et δεξαμεναί.

[5]) Cf. fragm. moral. 209.

[6]) Vid. adnot. ad titulum libri Democritei περὶ ῥημάτων.

vertendi negotio argumenti sententiarumque diversitatem diverso orationis colore, ut par erat, exprimere studui. Est autem inter Democritea duplex fragmentorum genus, utrumque rerum ubertate praestabile, sed alterum quasi extra disciplinam positum ideoque eloquentiae floribus haud raro ornatum, alterum ex ipsis philosophiae penetralibus erutum atque eam ob causam limatum quidem, sed non aliis dictionis virtutibus nisi perspicuitate ac brevitate insigne. Nihil facilius erat quam prioris generis copiam et ornatum imitari. Itaque jam veteres interpretes quaedam non ineleganter verterant. Ad posterius genus physica pleraque pertinent, quae prope omnia ab aliis negligenter conversa deprehendebam. Sed ea fidum interpretem requirunt qui neque plus dicat neque minus quam rei natura et doctrinae ratio ferat. Quamobrem si in reddenda hac fragmentorum parte peritis judicibus satisfecero, quod omnino in transferendis librorum Democriteorum reliquiis secutus sum assecutus esse mihi videbor. Denique quartus de Democriti placitis liber ita compositus est, ut multa quidem contineat quae mihi communia sint cum iis qui antea de eodem argumento scripserunt: sed quum singulos ubique fontes adierim, contigit mihi, ut nonnulla quae ab aliis non essent animadversa primus in dogmatum Democriteorum numero ponerem, alia vero plenius, rectius, accuratius explicarem.

Scripsi Berolini a. d. III Id. Jun. a. 1843.

INDEX CAPITUM

HUJUS OPERIS.

pag.

LIBER PRIMUS. De Democriti vita 1

Caput I. Veterum de Democriti anno natali, de tempore mortis ac de ejus flore testimonia et opiniones referuntur 1

Caput II. Doctorum recentioris aetatis virorum de hoc argumento judicia breviter memorantur . 17

Caput III. Antiquorum de his rebus loci diligenter examinantur 18

Caput IV. De Democriti fratribus et sorore. De ejus itineribus 36

Caput V. De philosopho ex itineribus reduce . . 57

Caput VI. Fabulae inferiore aetate de eo excogitatae rejiciuntur 65

Caput VII. De Democriti obitu 88

Excursus de aliis qui a veteribus citantur Democritis . 91

LIBER SECUNDUS. De Democriti scriptis . . . 93

Prooemium 93

A. De scriptis moralibus 113

B. De scriptis physicis 129

C. De scriptis ἀσυντάκτοις 138

D. De scriptis mathematicis 142

E. De scriptis musicis 147

F. De scriptis technicis 150

Excursus de scriptis suppositiis 155

LIBER TERTIUS. I. Democriti operum fragmenta . 160

A. Fragmenta moralia. Praefatio 160

De Pseudodemocrate excursus 162

Περὶ εὐθυμίης (1 — 13) 164

Περὶ τύχης (14 — 18) 167

Περὶ μετρίης τέρψιος καὶ βίου ξυμμέτρου (19 — 45) 168

pag.
Περὶ ἀμετρίης τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἡδονέων (46 — 56) 173
Περὶ χρημάτων (57 — 72) 175
Περὶ τοῦ ἐν ξυμφορῇσι εὖ φρονέειν (73 — 74) . . 177
Περὶ ἐπιθυμιέων (75 — 82) 178
Περὶ πόνων (83 — 92) 179
Περὶ ἰδίων καὶ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων (93 — 96) . 180
Περὶ κακῶν ἔργων (97 — 119) 181
Περὶ ἐπαίνου καὶ ψόγου (120 — 123) . . . 184
Περὶ παῤῥησίης (124 — 126) 184
Περὶ παιδείης (127 — 143) 185
Περὶ εὐνοίης καὶ κακονοίης (144 — 174) . . . 187
Περὶ γυναικῶν καὶ παιδοποιΐης (175 — 188) . . 191
Περὶ νόμων καὶ πολιτηΐης (189 — 215) . . . 195
Περὶ γήραος (216 — 220) 199
Πάρεργον (221 — 259) 200
B. Fragmenta physica 204
Ποικίλα (1 — 11) 204
Περὶ αἰσθήσεων (12 — 23) 210
Περὶ χυλῶν (24 — 29) 216
Περὶ χρωμάτων (30 — 39) 220
Περὶ ὁσμῆς (40) 225
Πάρεργον (41) 226
C. Fragmenta librorum de animalibus (1 — 7) . 227
D. Fragmenta astronomica (1 — 2) . . . 231
E. Fragmenta varii argumenti 236
Περὶ κώνου τομῆς (1) 236
Περὶ ποιήσεως (2) 236
Περὶ Ὁμήρου (3) 236
Περὶ μουσικῆς (4) 237
Περὶ Διός (5) 237
Δημόκριτος περὶ τῆς αὐτοῦ ἀποδημίας (6 — 7) . . 238
Ἄθηλον ἀποσπασμάτιον (8) 238
F. Fragmenta libri de agricultura (1 — 13) . 238
II. Adnotationes 255
A. Adnotationes ad fragmenta moralia 255
De fragmentis spuriis excursus (1 — 48) . . . 324
B. Adnotationes ad fragmenta physica 335
C. Adnotationes ad fragmenta librorum de animalibus . 357
E. Adnotationes in Democriti fragmenta varii argumenti 358
F. Adnotationes ad fragmenta libri de agricultura . . 361
Liber Quartus. De Democriti placitis . . . 373
Prooemium 373
De inani et pleno 376
De atomis 378

pag.
De materiae discrimmibus 381
De atomorum motu 381
De generatione et interitu 385
De mundi ortu et interitu 387
De terrae origine et forma 389
De sole, luna et stellis 390
De facie in orbe lunae 391
De galaxia 391
De cometis 391
De elementis 393
De terrae motibus 394
De tonitru, fulgure, fulmine et turbine igneo . . 394
De ventis 395
De Nili inundationibus 395
De magnete lapide 395
De coitu et foetu 395
De monstris 396
De animalibus exsanguibus 396
De anima 397
De respiratione 398
De morte 399
De reviviscendi facultate 399
De sana mente 400
De sensibus 401
De visu 401
De auditu 404
De iis quae sensuum ope percipiuntur . . . 405
De simulacris 407
De somniis 407
De somno 408
De imaginibus divinitate praeditis 409
De diis 409
De artium inventione 413
De musica 413
De veritate cognoscenda 413
Moralis philosophiae praecepta 415

QUAESTIONUM DEMOCRITEARUM

LIBER I.

DE DEMOCRITI VITA.

CAPUT I.

Democriti philosophi patrem alii antiquorum, teste Laertio [1]), Hegesistratum, alii Athenocritum, nonnulli Damasippum nominarunt. Inter eos qui Damasippi filium fuisse credunt Aelianus est var. hist. lib. IV, cap. 20. Patria ejus communi omnium fere testium consensu Abdera [2]) fuit, Thraciae oppi-

[1]) Diog. Laert. lib. IX, 34. Δημόκριτος Ἡγησιστράτου, οἱ δὲ Ἀθηνοκρίτου, τινὲς Δαμασίππου. Suidas s. v. Δημόκριτος· Δημόκριτος Ἡγησιστράτου, οἱ δὲ Ἀθηνοκρίτου, ἢ Δαμασίππου. Eudocia Violar. in Villois. Anecd. Gr. Tom. I. p. 134. Ἡγησιστράτου υἱός· οἱ δὲ Δαμασίππου. Joann. Tzetzes Chil. II. hist. 61. vers. 979. pag. 79 ed. Kiessling: ὁ Ἀβδηροδημόκριτος, ὁ παῖς Ἡγησιστράτου. Eadem verba repetuntur Chil. XIII. hist. 465 vers. 85 pag. 484 ejusd. ed. Aelian. l. c. τὴν παρὰ Δαμασίππου, τοῦ πατρός, οὐσίαν εἰς τρία μέρη νεμηθεῖσαν κ. τ. λ. Pseudorig. in φιλοσοφουμ., pag. 90. ed. Jo. Chrph. Wolf. Δημόκριτος Δαμασίππου Ἀβδηρίτης; item Theodoretus ἑλλ. θεραπ. παθ. disput. IV pag. 794 Tom. IV. ed. Schulz. Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης ὁ Δαμασίππου κ. τ. λ.

[2]) Aelian l. l. Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην λόγος ἔχει κ. τ. λ. Cf. Aristot. de coelo III, 4. Meteor II, 7. Cic. de nat. deor. I, 43. Pompon.

dulum posteriore [3]) tempore famosissimum. Nam quod ex Diogene [4]) discimus, fuisse qui eum Mileti natum esse putarent, non tantum apud quemquam valere debet, ut pervagata antiquitatis opinio ideo ei negligenda videatur [5]).

At de tempore quo vixerit Democritus, tanta est omnium dissensio, ut neque annum ejus natalem nec vitae supremum liquido ex vetustis monumentis eruere, sola tantum conjectura assequi possimus. Nec mirum est quod illi accidit, ut ad diversas aetates referretur, quod licet honorificum, ut videbimus, inter longaevos obtineat locum, adeo ut multorum aequalis fuerit, tamen, quot vitae annos expleverit, incertum est. Quapropter singulos testes ordine producam, deinde doctorum recentioris aetatis virorum, qui de hoc argumento egerunt, paucis verbis mentionem faciam, denique quid ego statuam explicabo.

Tria feruntur ipsius Democriti de vita sua testimonia quorum duo exstant apud Diogenem, tertium apud Eusebium et Clementem Alexandrinum. Primum Laertius [6]) ex illius libro

---

Mela lib. II c. 2: (de Abdera loquens) „sed ea magis id memorandum habet, quod Democritum physicum tulit, quam quod ita condita est." Solin. Polyhist. cap. X: „Inde non procul urbs Abdera, quam Diomedis soror et condidit et a se sic vocavit, mox Democriti domus physici, ac si verum rimere, ideo nobilior." Suidas v. Δημόκριτος — Ἀβδηρίτης, ἐκ Θράκης — Eudocia Violar. pag. 131. Δημόκριτος φιλόσοφος, Ἀβδηρίτης. Ammian. Marcellinus lib. XXII, 8 (ultimus scriptorum Latinorum qui hujus oppidi injicit mentionem) Abdera, Protagorae domicilium et Democriti. Pseudorigenes et Theodoretus l. l.

[3]) ut infra demonstrabo.

[4]) Diog. Laert. l. l. — Ἀβδηρίτης ἢ (ὡς ἔνιοι) Μιλήσιος.

[5]) Juvenalis scholiastes ad satir. X. vers. 50 ait: „Apud Abderim, aut Megarim, quae fuit patria Democriti" etc.; ubi corrige *Abderam* aut *Megaram*. Nam Megarim hic ferri non posse, sed Megaridem (Μεγαρίδα) saltem dicendum fuisse intelligitur ex Pompon. Mel. lib. II cap. VII pag. 222. ed. Gronov. At Megarae, Siculorum urbe, Democritus non est natus. Similes hujus scholiastae errores omnes viri docti jam pridem noverunt.

[6]) Diog. Laert. IX, 41 γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις (ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ μικρῷ Διακόσμῳ) νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν, ἔτεσιν αὐτοῦ

profert qui μικρὸς διάκοσμος erat inscriptus. In hoc perhibet eum dixisse, se juvenem fuisse eo tempore, quo senex vixerit Anaxagoras, quadraginta annis illo minorem. Alterum [7]) testimonium Diogenes Laertius statim subjicit, contendere eum, parvum Diacosmum a se compositum esse anno post Ilii excidium septingentesimo trigesimo. In tertio [8]) testimonio quod apud Clementem Alexandrinum στρωμ. I. pag. 304 ed. Sylburg. (lib. I. §. 15 p. 357 ed. Potter.) et mutatis quibusdam apud Eusebium [9]) Praepar. Evangel. lib. X. c. 2. (c. 4. ed. Viger.) invenitur, ait Democritus, plus se terrarum peragrasse, quam eorum quemquam qui ipsius tempore vixerint, disjunctissima quaeque lustrantem, coeli solique genera cognosse quam plurima, eruditos homines permultos audivisse, nec in componendis [10]) adjuncta demonstratione lineis a quoquam superatum

---

νεώτερος τεττάρακοντα et antea IX., 34. dixerat κατά τινας ἔτεσιν ὧν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα.

[7]) ibid. συντετάχθαι δέ φησι τὸν μικρὸν Διάκοσμον ἔτεσιν ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίοις. Transscripsit haec duo testimonia Eudocia in Viol. l. l.

[8]) Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα· καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον· καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα· καὶ γραμμέων συνθέσιος μετὰ ἀποδείξιος οὐδείς κώ (al. κως) με παρήλλαξεν, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἀρπεδονάπται· σὺν τοῖς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτε' ὀγδώκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην. Deprompta esse haec ex libro aliquo Democriteo documento sunt verba Clementis, quae praecedunt: Τάδε λέγει Δημόκριτος, γράψων καὶ μὴν καὶ περὶ αὐτοῦ· ἦ σεμνυνόμενός φησί που ἐπὶ τῇ πολυμαθίᾳ.

[9]) Eusebius l. l. pag. 472. A. ed. Viger. (Paris. 1628) καί που σεμνυνόμενος (scil. Δημόκριτος) περὶ ἑαυτοῦ φησιν· Ἐγὼ δὲ (al. addunt καὶ) τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων πλείστην γῆν ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα καὶ ἀέρας τε καὶ γαίας πλείστας εἶδον (sic corrige pro ᾔδον) καὶ λογίων ἀνδρῶν πλείστων ἐπήκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσιος μετ' ἀποδείξεως οὐδείς κάμὲ παρήλλαξεν οὔτε Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι Ἀρσεπεδονάπται, οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ὀγδοήκοντα ἐπὶ ξένης ἐγενήθην. Ante οἷς ἐπὶ πᾶσιν excidit σύν.

[10]) (καὶ γραμμέων συνθέσιος κ. τ. λ.) Menagius ad Laertium p. 406 ed. Meibom. in hoc Clementis loco συνθέσει et ἀποδείξει scribendum judicat. Similiter Sylburgius in adnotationibus ad hunc locum p. 831 συνθέσεσι legendum esse monet. At nihil emendandum. Vide Matthiae Gramm. Gr. §. 358. sub fin. cum adn. pag. 673 ed. 2. Cf. et §. 337 pag. 643 seqq.

esse, ne ab iis quidem qui Arpedonaptae [1]) apud Aegyptios

---

[1]) Qui fuerint Arpedonaptae, sive, ut apud Eusebium nominantur, Arsepedonaptae, ingenue Ritterus hist. phil. p. 561. se nescire fatetur. Res, nisi me fallit animus, intellectu facilis est. Arpedonaptarum nomen aut Aegyptiacum aut Graecum esse, eoque designari doctorum quorundam hominum genus artium mathematicarum studiosum, sponte patet. Aegyptiacum esse ratus est Jablonskius Prolegom. ad Pantheon Aegyptiorum pag. XCIV. qui allatis his Democriti verbis: „Lingua Aegyptiorum, inquit, ⲛⲉϧⲙⲧ, nabat (Cf. Thesaurus Epistolicus La-Crozianus Tom. I. p. 180) et cum articulo generis indefinito ⲁⲩ-ⲛⲉϧⲙⲧ, u-nabat, designatur νοήμων sapiens, intellectu pollens. Erit itaque ⲉⲣ-ⲛⲉⲧ-ⲁⲩⲛⲉϧⲙⲧ, Arpedunabat proprie ὁ πράττων τὰ τῶν νοημόνων, vel, quod idem est νοημονικός, quasi dicas eum qui est ex ordine τῶν νοημόνων." Hujusmodi νοήμονα a Luciano in Philopseude describi existimat, cujus et locum opinionis suae firmandae causa affert. Utcunque se habet haec explicatio, quam ferri posse nemo non videt, id certe apparere arbitramur, vocem, ut nunc apud Clementem legitur, puram putam esse graecam, sive graece interpretatus est Democritus Aegyptiorum vocabulum, sive exigua mutatione in formam graecam redegit. Nam quod apud Eusebium est Ἀρσεπεδονάπται, quod et Jablonskius l. l. reprobat, neque ex graeci neque ex Aegyptii sermonis legibus persolvi potest. Quippe fallitur Vigerus Adnot. ad Euseb. locum (extr. vol.) Ἀρσεπεδονάπται, cujus loco in manuscripto quodam codice male Ἀρσιπεδονάπται legi affirmat, compositum esse putans ex ἄρσις, πέδον et ἅπτω, quo nihil fingi potest ineptius. Est autem Ἀρπεδονάπτης ὁ ἁρπεδονῶν ἁπτόμενος qui funibus sive funiculis occupatur i. e. qui funiculos manu tractat. Originatio hujus nominis, quod ex ἁρπεδόνη et ἅπτης (ut enim a ῥάπτω ῥάπτης, sic ab ἅπτω ἅπτης deduci posse in promptu est) constat, jam adnotata est a Schneidero in Lex. Gr., quem tamen mirum est dubitasse, graecumne an Aegyptium sit vocabulum. Idem citat Reinesii Ep. ad Nesteros p. 25. Schneideri dubitatio, si recte auguror, inde orta erat, quod nomen rei significandae non satis aptum judicabat. Attamen vix dubium est, quin non nisi a vulgo Aegyptiorum geometrae, de quibus loquitur Democritus, vocati sint Ἀρπεδονάπται i. e. funigeri, si quis latinam vocem, quae ad graecae similitudinem accedat, formare velit. Quoniam scilicet vulgus geometras sive agri mensores in metiendo agro praeter alia instrumenta ad hanc rem necessaria funibus uti viderat, impar fortasse inveniendo nomini ad notandum hoc eruditorum hominum genus satis idoneo *funigeros* illos appellavit. Quod si non de viris doctis hoc loco ageretur, sed de operariis, Ἀρπεδονάπται agricolae quoque esse possent. Etenim colligas licet ex Hesych. v. ἁρπεδόναι significationem vocis ἁρπεδόνη, huc pertinentem quam omisit H. Stephanus Thes. L. Gr. s. h. v. quamque recentiores lexicographi accuratius exponere neglexerunt. ἁρπεδόνη nimirum potestatem vocabuli primitivi ἅρπη, ex quo una cum ἁρπεδὼν derivatum est, retinet, ita ut pariter atque illud falcem designet. Hesychius sic:

audiant, apud quos postquam [12]) (caeterorum) omnium terras

ἁρπεδόναι· τῶν ἀμαυρῶν ἀστέρων σύγχυσις. Sic autem dictae videntur, ut recte ibi Valesius monet, stellae exiguae crebraeque, quae in dextera manu Persei summa notantur, quaeque et ἅρπη dicuntur, quod εἰς τὴν ἅρπην καταστερίζονται. Vide, quos ille jam citavit, Arati interpretes Hyginum et Germanicum. Ergo si ἁρπεδόνη idem quoque quod ἅρπη valet, ut hinc efficitur, Ἁρπεδονάπται falcigeri h. e. vinitores, agricolae erunt. Sed quum doctorum virorum in Democriti loco mentio fiat, prior ista, quam proposui, enucleandi ratio vera est. Caeterum neminem arbitror nodum in scirpo quaesiturum, quod apud utrumque scriptorem qui Democriti verba nobis servavit non Ἁρπεδονάπται aspero spiritu, quem nomen requirebat sed Ἀρπεδονάπται leni afflatu deprehenditur, siquidem constat, quam saepe librarii in utrovis spiritu vel negligendo vel permutando peccaverint. Haec scribenti ob rei sonique similitudinem in mentem mihi venit gallica vox *arpent* quae ex vetustissimis temporibus in illius gentis sermone mansit. Etenim jam Columella 5, 1, 6: „semijugerum quoque, inquit, *arapennem* vocant Galli," ubi alii codd. arpennem, alii arepennem habent. Praeterea nota erat veteribus vox *arpendium*. Namque Gloss. Vet. arpendia, πλέθρα. Quomodo apud Columellam scribendum sit, incertum est. Omnes autem, quas memoravi, voces vel vocum formae et praeter has multae aliae ad eandem rem exprimendam medio aevo usurpabantur, quarum maximam partem collegerunt Ducangius et Carpentarius in Glossariis mediae et infimae Latinitatis.

[12]) Sensum verborum ἐπὶ πᾶσι, quem jam recte perspexerunt Sylburgius in editione Clementis pag. 304 et Menagius ad Laertium Tom. II. pag. 406. ed. Meibom. plurimi recentiorum non videntur assecuti. Sylburgius vertit: „cum his autem *postremo* octoginta annis fui in terra aliena." Eodem modo Menagius. Male Vigerus in Eusebii editione: „quibus *in omnibus* ad annos octoginta peregrinus hospesque versatus sum." Vigero Vigerum opponamus, hoc est huic interpretandi rationi, cui alibi, velut apud Hom. Il. IV, 178 non refragor illum canonem, quem in libro de praec. graec. dict. id. pag. 620 — 622. ed. III. Herm. de praepositione ἐπὶ exposuit, quam cum dativo conjunctam interdum esse *post* e nonnullis veterum locis apparet. Simillimum nostro locum habet Plutarchus in vita Romuli oper. Tom. I. pag. 111. ed. Reisk., ubi tribus tantum Romanorum imperatoribus memorans contigisse, ut spolia opima referrent, primo Romulo, quum Ceninensem Acronem interfecisset, secundo, Cornelio Cosso, qui Tolumnium Tuscorum ducem occiderit, postremo Claudio Marcello, a quo Gallorum rex Viridomarus caesus sit, his utitur verbis: καὶ τρισὶ μόνοις τούτου τυχεῖν ὑπῆρξε Ῥωμαίοις ἡγεμόσι, πρώτῳ, Ῥωμύλῳ κτείναντι τὸν Κενινήτην Ἄκρωνα· δευτέρῳ, Κορνηλίῳ Κόσσῳ Τυρρηνὸν ἀνελόντι Τολούμνιον· ἐπὶ πᾶσι δὲ, Κλαυδίῳ Μαρκέλλῳ Βριτομάρτου κρατήσαντι Γαλατῶν βασιλέως. Non est dubium, quin ἐπὶ πᾶσι proprie hic convertendum sit: *post omnes*, vel si quis sensum magis quam ipsa verba reddere studeat, *postremo*.

adierit, octoginta per annos peregrinatus sit [13]). Haec tria Democriti testimonia non solum inter se, sed etiam cum aliis veterum locis prima specie videntur discordia. Jam quod ad primum illud attinet quo quadraginta annis Anaxagora se minorem dicit Democritus, difficillimum est, de ipsa Anaxagorae vita ita certi aliquid constituere, ut non complurium antiquorum repugnet auctoritas. De his videndus praeter Baelium [14]) Heinius [15]) quibus Meinersius [16]) astipulatur. Imprimis autem legenda sunt quae Schaubachius hac de re commentatus est libro de Anaxag. p. 2 et 46. Sed si quis diligenter omnia perpenderit quae de Anaxagorae vita traduntur, non dubitabit cum iis quos modo nominavi viris doctis ea verissima putare, quae secundo libro Diogenes Laertius, alioqui fide non dignissimus, narrat. Quod quum alienum sit ab hoc loco largius

---

Idem valet in Democriti loco, quem infra uberius tractabo. Alia hujuscemodi exempla allegavit Vigerus l. l. Cf. et, quem Hermannus ibi excitat, Gronov. ad Lucian T. I. p. 533 seqq.

[13]) Injuria Ritterus hist. phil. p. 561 sophisticam Democrito exprobrat magniloquentiam, qui tempus quo ortus sit atque annum, quo celeberrimum ingenii sui monumentum condiderit, secundum Anaxagorae vitam et Ilii excidium definiat. Nihil nimirum in utroque est, quod sophistas redoleat. Quum enim Democriti aetate recens adhuc Anaxagorae fama esset magnaque philosophus ille nominis claritudine vigeret, verisimile est Graecos probe novisse temporis spatium, quo hujus viri vita contineretur. Quamobrem non video, cur reprehendendus Democritus sit, cui quoniam illo aevo Graeci in temporum notatione non unam eandemque Epocham sequebantur, Anaxagorae vita, utpote omnibus nota, satis apta videbatur, qua tamquam norma in annis suis numerandis uteretur. Porro veterum plurimis Ilii excidium Epocha erat quam ad annorum computationem adhibebant, cujus rei exempla passim obvia sunt, ut non solum Menagius ad illum, quem posuimus, Laertii locum observavit, sed etiam recentiorum plerique, qui de temporum rationibus conscripserunt, animadvertisse videntur. Cf. Jonsius de script. hist. phil. lib. I, c. 4. Denique celeberrimum ejus opus non μικρόν, sed μέγαν διάκοσμον fuisse, Diogenes Laertius docet lib. IX, 39.

[14]) Baelii Lex. hist. et crit. v. Anaxagoras (Dictionnaire historique et critique de Pierre Bayle).

[15]) Heinii vie d'Anaxagore dans les mémoires de l'Académie des sciences de Berlin. An. 1752.

[16]) Meiners Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der Wissenschaften in Griechenland und Rom. Tom. I. p. 723.

exponere, relego quibus volupe est ad illorum eruditorum volumina. Diogenes [17]) igitur auctor est, fuisse Anaxagoram, quum Xerxes in Graeciam veniret, hoc est Ol. 75, 1. viginti annorum adolescentem. Inde patet, viginti annis post natum esse Democritum, ergo Ol. 80, 1. Primum hoc philosophi nostri testimonium simul confirmatur verbis Aristotelis Meteor. II, cap. 7 [18]) ex quibus emanat, Democritum post Anaxagoram vixisse aut certe post eum philosophatum esse. Verum quid de altero Democriti testimonio faciamus? Nam fieri nullo pacto potest, si in notiores veterum de anno eversi Ilii sententias discedimus, ut philosophus Abderitanus Ol. 80, 1. natus jam anno post Trojam deletam [19]) 730 parvum illum Diacosmum conscripserit. Si enim rationem ex Eratosthenis [20]) opinione ponamus et annum Epochae Trojanae 730 in Ol. 81, 3 incidere statuamus, quo tempore Democritus sex annorum puerulus fuerit, quis credat, vel summum philosophum ea jam aetate de ordinata mundi compositione scribere potuisse, ne quid in universum de Graecis dicam quorum scripta viriles aut seniles labores esse solebant. Accedit etiam, quod Democritum non ante itinera sua de quibus alio loco disputabimus, sed aut partim peregrinantem aut in patriam reversum scripta composuisse probabile est. Itaque aegre hunc locum relinquere cogeremur, si hoc quod prima fronte difficile putatur vere in difficultatibus hujus argumenti numerandum esset. Quomodo igitur expedienda res sit, infra demonstrabo.

---

[17]) Diogenes II, 7 λέγεται δὲ κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι, βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο.

[18]) Aristoteles l. l. Ἀναξαγόρας τε γὰρ ὁ Κλαζομένιος καὶ πρότερος Ἀναξιμένης ὁ Μιλήσιος ἀπεφήναντο, καὶ τούτων ὕστερος Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης.

[19]) De annis Epochae Trojanae olim egerunt Jonsius de script. hist. phil. lib. I. cap. 4. p. 26. ed. Dorn., Joseph. Scaliger in opere de emendatione temporum pag. 376. ed. Colon. Allobrog. 1629. atque alii alibi, sed omnium optime nostra memoria Boeckhius V. Cl. in Commentar. ad Marmor Parium Corp. Inscr. Gr. Vol. II. Fasc. I. p. 327.

[20]) Ad Eratosthenem inter recentiores hac in re se applicarunt Corsinus Fast. Attic. T. III. p. 139. et Harlesius ad Fabric. Bibliothec. Graec. lib. II. c. XXIV. pag. 629, qui tamen annos male supputarunt.

Quodsi hoc de quo modo scripsimus incredibile erat, quid tandem de tertio ejus testimonio censebimus? Si octoginta annos Democritus in Aegypto versatus est, intelligitur necesse esse usque ad centesimum [21]) fere annum vel ultra a patria abfuerit. Etenim ante vicesimum annum vix itineri se commisit, aut si prius profectus est, tamen jam decrepitus senex in patriam rediit. At nonne a verisimilitudine abhorret, eum prope ad mortem usque in itineribus haesisse? Quod quum per se non valde probabile sit, licet longissimum Democrito aevum tribuamus, consideratis omnibus extra fidem esse apparet.

His subjiciamus reliqua ex Laertio quae huc pertinent. Ait ille, magistros Democriti Leucippum ac secundum quosdam Anaxagoram quoque fuisse [22]). De Leucippi vita omnia incerta sunt; itaque nihil inde lucis nostro affulget. Caeteroquin ex hoc quod Aristoteles Democritum ἑταῖρον τοῦ Λευκίππου appel-

---

[21]) Erravit Fabricius Bibl. Gr. lib. II. c. 24 p. 628 ed. Harl. Democritum dicens ad octogesimum usque annum aetatis peregrinatum esse, id quod apud Clementem Alexandrinum et Eusebium ejus verba superius laudata non significant. Nam ἐπ' ἔτε' ὀγδώκοντα non aliter interpretandum est, quam *per octoginta annos*. Quod autem Fabricius voluit, non nisi sic graece sonat: ἐπὶ τὸ ὀγδοηκοστὸν ἔτος. Quo apertius hoc est, eo magis miror, praeter Fabricium et alios viros doctos eadem in re peccasse. Horum in numero fuit Bruckerus hist. phil. T. I. p. 1178 qui insuper Stanlejum notat, quod lib. X. p. 887 dixerit, Democritum, ut ipse affirmet, cum Aegyptiis annos vixisse octoginta. In ejusdem erroris societatem nuperrime venit Clinto Fast. Hell. pag. 113 translationis Kruegerianae. Vide quae ad annum 381. Ol. 99, 4. notavit. Sed excusandi sunt eruditi isti homines, quod grammaticae leges non servare, quam iis servatis rei tam ineptae ut a nemine credi queat, fidem adjunxisse videri maluerunt. Quapropter Bruckerus recte in numero mendum esse suspicabatur de quo infra disseremus.

[22]) Diog. L. IX, 34. Ὕστερον δὲ Λευκίππῳ παρέβαλε καὶ Ἀναξαγόρᾳ κατά τινας, ἔτεσιν ὢν αὐτοῦ νεώτερος τεττεράκοντα. Tzetzes quoque Democritum Leucippi discipulum facit Chil. II. hist. 61 vers. 979 pag. 79 ed. Kiessling. dicens:

ὁ Ἀβδηροδημόκριτος, ὁ παῖς Ἡγησιστράτου
τοῦ δὲ Λευκίππου μαθητής, τοῦ μαθητοῦ Μελίσσου.

Eodem modo haec leguntur Chil. XIII. hist. 465 vers. 85 p. 484 ejusd. ed.

lat, noli cum Rittero [23]) cogere,Democritum non fuisse Leucippi discipulum, sed ex philosophorum loquendi usu hoc dictum puta. Anaxagorae vero discipulus pro eo quod supra de illius vita expositum est haberi posset, nisi Diogenes ipse inter se pugnantia proderet [24]). Namque lib. IX, 34 sic ait: Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, λέγειν Δημόκριτον περὶ Ἀναξαγόρου, ὡς οὐκ εἴησαν αὐτοῦ αἱ δόξαι αἵτε περὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ἀλλὰ ἀρχαῖαι· τὸν δὲ ὑφηρῆσθαι· διασύρειν τε αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς διακοσμήσεως καὶ τοῦ νοῦ, ἐχθρῶς ἔχοντα πρὸς αὐτόν, ὅτι δὴ μὴ προσήκατο αὐτόν. Πῶς οὖν (κατά τινας) ἀκήκοεν αὐτοῦ; Contra lib. II, 14 de Anaxagora hoc dicit: ἔδοξε δέ πως καὶ Δημοκρίτῳ ἀπεχθῶς ἐσχηκέναι, ἀποτυχὼν τῆς πρὸς αὐτὸν κοινολογίας. Ex qna repugnantia recte

---

[23]) Ritterus scilicet pag. 562 (et pag. 559) ob haec Aristotelis verba Metaph. lib. I. cap. 4. Λεύκιππος δὲ καὶ ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ Δημόκριτος στοιχεῖα μὲν τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενὸν εἶναί φασι quamquam invitis omnibus post Aristotelem testibus, se nescire dicit, quomodo probari queat, fuisse Democritum Leucippi discipulum, nisi quod similia utrique placita sint. Atque ob ipsam hanc decretorum similitudinem nominatum esse Aristoteli alterum alterius ἑταῖρον. Sed fallitur Ritterus. Ac primum quidem non similia sed eadem fere dogmata habent Leucippus et Democritus; quippe fundamentis ab illo jactis hic superstruxit aedificium. Deinde constat, philosophos graecos pro gentis humanitate discipulos vocitasse ἑταίρους. Vide Pollucem IV, 6. Hujusmodi locum offert Pseudorigenes φιλοσοφουμ. pag. 88. ed Chrph. Wolf. Λεύκιππος δὲ Ζήνωνος ἑταῖρος οὐ τὴν αὐτὴν δόξαν διετήρησεν. Itaque adducor, ut, quod apud Suidam nescio quis in voce ἑταῖρε tradit, Platonem caeterosque philosophos germanos eruditionis amatores sodales vocasse, de discipulis potissimum accipiendum esse credam. Verba ejus sunt: ὁ Πλάτων καὶ οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι τοὺς γνησίους ἑραστὰς τῶν λόγων ἑταίρους ἐκάλουν· οὓς ἐμιμεῖτο Ἰουλιανός, ἑταίρους πάντας καλῶν ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐκ ἀπαυθαδιζόμενος τῇ βασιλείᾳ. Neque solum discipuli vocantur ἑταῖροι, verum etiam magistri, idem videlicet cum illis sapientiae stadium currentes. Cujus rei testem adhibere juvat Platonem in Menone pag. 79 extr. Steph., ubi Gorgias sic appellatur. Similis est usus vocabuli γνώριμος, id quod Hesychio et Suida auctoribus scimus, plurimisque antiquorum locis comprobatum deprehendimus. Hesychius: γνώριμοι, μαθηταί. Suidas: γνώριμοι, φοιτηταί. Sic intellige apud Diog. Laert. VII, 41 verba Φανίας, ὁ Ποσειδωνίου γνώριμος, ut ibi jam vidit Menagius. Eodem modo explica verba Pseudorigenis p. 89 ed. J. Chr. Wolf. Δημόκριτος δὲ Λευκίππου γίνεται γνώριμος.

[24]) Perspexit hoc et Wendtius Adn. ad Tennem. pag. 337.

conclusit Wendt. l. l. non esse Anaxagoram Democriti doctorem, a cujus doctrina et hic valde abhorret, tametsi in nonnullis consentiunt.

Docet praeterea Laertius [25]), laudato Apollodoro in Chronicis, partu editum esse Democritum Olympiade octogesima, id quod cum eo quod supra exputavimus plane concinit. Thrasyllus [26]) autem cujus idem mentionem habet in libro qui praevius esset Democriti scriptorum lectioni, tempus illius natale rettulit ad tertium septuagesimae septimae Olympiadis annum eumque Socrate anno majorem facit, aequalem igitur Archelai, Anaxagorae discipuli atque Oenopidae [27]). Confirmari hoc, addit Laertius, eo quod Oenopidae in scriptis suis mentionem agitaverit; praeter hunc memorare illum et Parmenidis ac Zenonis ipsius tempore maxime celebrium de Uno opinionem et Protagoram Abderiten qui consentiente omnium voce Socratis tempore degerit. Sed illorum de quibus hic Laertius agit aequalem Democritum, etiam Ol. 80, 1 natum, fuisse, non est dubium. Porro hunc Protagoram, qui Olymp. 93, 2 decessisse videtur [28]), vita usque ad septuagesimum annum prorogata [29]) Democriti auditorem fuisse Dioge-

---

[25]) Diog. Laert. IX, 41 γεγόνοι δ' ἂν (ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς) κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα· ὡς δὲ Θράσυλλος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑβδομηκοστῆς ὀλυμπιάδος, ἐνιαυτῷ, (φησι) πρεσβύτερος ὢν Σωκράτους. Εἴη ἂν οὖν κατὰ Ἀρχέλαον τὸν Ἀναξάγόρου μαθητὴν καὶ τοὺς περὶ Οἰνοπίδην. Καὶ γὰρ τούτου μέμνηται. Μέμνηται δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ ἑνὸς δόξης τῶν περὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα, ὡς κατ' αὐτὸν μάλιστα διαβεβοημένων, καὶ Πρωταγόρου τοῦ Ἀβδηρίτου, ὃς ὁμολογεῖται κατὰ Σωκράτην γεγονέναι.

[26]) De Thrasyllo vide praeter Jonsium de script. hist. phil. lib. III, 3, 2. pag. 12 sqq. ed. Dorn., qui eum Tiberii Imperatoris tempore vixisse existimat, imprimis ea quae in libri II prooemio a nobis disputata sunt.

[27]) De hoc Oenopide tractat Menag. ad Laert. T. II. pag. 407. ed. Meibom.

[28]) Vid. Corsin. Fast. Att T. III. p. 139.

[29]) Diog. Laert. lib. IX, 56 sed primus auctor Plato in Menone pag. 91 extr. ed. Steph., cujus verba sunt: Πρωταγόρας δὲ ἄρα ἕλλην τὴν Ἑλλάδα ἐλάνθανε διαφθείρων τοὺς συγγιγνομένους, καὶ μοχθηροτέρους ἀποπέμπων ἢ παρελάμβανε, πλέον ἢ τετταράκοντα ἔτη. Οἶμαι γὰρ

nes in ejus vita [30]) prodit. Adjiciamus hic quorundam [31]) existimationem, numerari inter Democriti discipulos et Hippocratem medicum ortum Olymp. 80, 1 mensis Agriani sexto et vicesimo die ut Soranus in ejus vita ex Histomacho et Sorano Coo adnotavit [32]). Aulus Gellius Noct. Attic. XVII, 21. sic: „Itaque qui inter haec [33]) tempora nobiles celebresque erant,

---

αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐγγὺς ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα. Καὶ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τούτῳ ἔτι εἰς τὴν ἡμέραν ταυτηνὶ εὐδοκιμῶν οὐδὲν πέπαυται. Ex ultimis verbis sequitur, Protagoram jam dudum mortuum fuisse, quum hic dialogus scriberetur.

[30]) Diog. lib. IX, 50.

[31]) A. Corn. Celsus in praefatione operis de Re Medic. pag. 2. edit. Leonard. Targae (Lugd. Bat. 1785, 4.): „Ideoque multos ex sapientiae professoribus peritos ejus (i. e. medicinae) fuisse accepimus, clarissimos vero ex iis Pythagoram et Empedoclem et Democritum. Hujus autem, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignis, ab studio sapientiae disciplinam hanc separavit, vir et arte et facundia insignis." Auctor vitae Hippocrateae in Oper. Hippocr. ed. Linden. tom. II. pag. 951. (p. 1297 ed. Foes. Genev. 1657.) μαθητὴς δὲ γέγονεν Ἡρακλείδου τοῦ ἰδίου πατρός, εἶτα Ἡροδίκου, κατὰ δέ τινας καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου ῥήτορος, φιλοσόφου δὲ Δημοκρίτου Ἀβδηρίτου. Κατὰ δὲ τοὺς Πελοποννησιακοὺς ἤκμασε χρόνους. Quod Suidas et Joann. Tzetzes hac de re habent, vitae Hippocrateae auctori acceptum referunt. Suidas v. Ἱπποκράτης tom. II. p. 144. ed. Kuster. sic: οὗτος (scil. ὁ Ἱπποκράτης) μαθητὴς γέγονε τὸ μὲν πρῶτον τοῦ πατρός, μετὰ δὲ ταῦτα Ἡροδίκου τοῦ Σηλυβριανοῦ, καὶ Γοργίου ῥήτορος καὶ φιλοσόφου, ὡς δέ τινες, Δημοκρίτου τοῦ Ἀβδηρίτου· ἐπιβαλεῖν γὰρ αὐτὸν νέον πρεσβύτῃ (Ita legendum esse pro νέῳ πρεσβύτην monuerunt Portus et Kusterus) ὡς δέ τινες καὶ Ἡροδίκου. Joann. Tzetzes Chil. VII. hist. CLV. vers. 958. pag. 276. ed. Kiessling:

Ὁ μέγας, ὁ καὶ δεύτερος, γέγονεν Ἱπποκράτης,
ὃν ὁ πατὴρ Ἡρακλειδᾶς τὰ ἰατρῶν διδάσκει,
Ὁ ἐκ τῆς Σηλυβρίας τε Ἡρόδικος σὺν τούτῳ,
Γοργίας Λεοντῖνος δὲ τὴν τέχνην τῶν ῥητόρων,
φιλοσοφίαν μετ' αὐτοὺς Δημόκριτος ἐκεῖνος κ. τ. λ.

[32]) pag. 1297 ed. Foes. (pag. 951 Tom. II. ed. Lind.) γεννηθείς, ὥς φησιν Ἱστόμαχος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς Ἱπποκράτους αἱρέσεως, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀλυμπιάδος, ὡς δὲ Σωρανὸς ὁ Κῶος ἐρευνήσας τὰ ἐν Κῷ γραμματοφυλάκια προστίθησι, μοναρχοῦντος Ἀβριάδα, μηνὸς Ἀγριανοῦ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ, παρ' ὃ καὶ ἐναγίζειν ἐν αὐτῇ μέχρι νῦν Ἱπποκράτει φησὶ τοὺς Κώους. Vid. Corsin. Fast. Att. III. p. 199 et Fabric. Bibl. Gr. lib. II. c. 23. pag. 509. ed. Harl.

[33]) circa annum 323. ab u. c; h. e. ante Chr. n. 431; Ol. 87, 2.

Sophocles ac deinde Euripides, tragici poetae, et Hippocrates medicus et Democritus Philosophus, quibus Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit, sed quibusdam temporibus iisdem vixerunt." Si Suidam sequimur v. Δημόκριτος [34]), lucem aspexit Noster eadem qua Socrates Olympiade, id est septuagesima septima, vel aliis testibus Olympiade octogesima. Corsino Fast. Att. T. III. p. 181 damus, utramque sententiam vel scriptorum opinionem sumpsisse Suidam ex Diogenis loco supra laudato, quod illae cum Thrasylli et Apollodori apud Laertium testimoniis omnino conveniunt. Longe discedit ab omnibus Eusebius in Chronicis. Hic non definiens, quando generatus sit Democritus, aut memoriae lapsu aut librariorum vitio bis [35]) dicit, quando ille floruerit, diversissimis nominatis temporibus. Etenim ad Olymp. 70, 1. [36]) adnotat: Ἑλλάνικος ἱστοριογράφος, καὶ Δημόκριτος φιλόσοφος, καὶ Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινός, καὶ Ἀναξαγόρας φυσικὸς ἐγνωρίζοντο, quod Hierony-

---

[34]) Suidas v. Δημόκριτος ita: γεγονὼς ὅτε καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος κατὰ τὴν οζ' Ὀλυμπιάδα (οἱ δὲ κατὰ π' φασίν·) Socrates enim Olymp. 77, 4. genitus post septuaginta annorum vitam primo nonagesimae quintae Olympiadis anno obiit, ut ex Laertio Apollodori auctoritem antestante discimus. Sic enim ille lib. II, 44. ἐγεννήθη δὲ (καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς) ἐπὶ Ἀψεφίωνος ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι καὶ τὴν Ἄρτεμιν γενέσθαι Δήλιοί φασιν. ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, γεγονὼς ἐτῶν ἑβδομήκοντα. Harlesius qui ad Fabric. Bibl. Gr. lib. II. c. XXIV. p. 628. contendit, Suidam dicere, *vixisse* Democritum eodem tempore quo Socratem Olymp. 77. vel secundum alios 80, non intellexit in Suidae loco participium illud γεγονώς,

[35]) Mirandum est recentiorum neminem, quod sciam, animadvertisse, ad duplicem aetatem ab Eusebio revocari Democriti claritatem. Quippe omnes, ubi de Eusebio loquuntur, illud tacitum relinquunt, quod ad Ol. 86. observat, id temporis quoque claruisse Democritum. Quid vero Harlesius voluerit, ignoro. Is enim l. l. Baelium citans v. Democrite adn. D. et Meinersium hist. discip. ap. Gr. et Rom. I. p. 726, Eusebium dicit non Olymp. 86, 1. sed Olymp. 70, 1. scripsisse, id quod risum legentibus movet, quia utrumque scripsit. Istis autem quos excitavit locis neque Baelius nec Meinersius quidquam edisserunt, quo illa Harlesii opinio defendatur, alto potius silentio alterum tempus (Ol. 86, 1.) praetereuntes.

[36]) Euseb. Chron. p. 166 in Scaligeri Thesauro Temporum.

mus [37]) sic reddit: „Hellanicus historiographus et Democritus philosophus, et Heraclitus cognomento Tenebrosus et Anaxagoras physici clari habentur." In Aucheri Graeco-Armenio-Latina editione [38]) Chronicorum Eusebianorum Tom. II. pag. 207 ad Olymp. 70, 1. legitur: „Hellanicus historiographus et Democritus et Heraclitus Crtinaeus (lege Scotinus) et Anaxagoras physici agnoscebantur." Ad Olymp. 86, 1 in Scal. Thes. temp. [39]) (vel Ol. 86, 3 et 4 ed. Mai.) haec habet Eusebius: Δημόκριτος, Ἀβδηρίτης φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ Ἱπποκράτης Κῶος ἰητρός, Γοργίας, καὶ Πρόδικος. ὡς δέ τινες, καὶ Ζήνων καὶ Παρμενίδης κατὰ τούτους ἤκμαζον. Hieronymus [40]) vertit: „Democritus Abderites, et Empedocles et Hippocrates medicus, Gorgias Hippiasque et Prodicus et Zeno et Parmenides philosophi insignes habentur." Sed apud Aucherum [41]) anno sequenti haec tribuuntur, siquidem ad Ol. 86, 2 invenimus: „Democritus Abderites et Empedocles, et Hippocrates medicus, Gorgias Hippiasque, Prodicus et Zeno et Parmenides philosophi agnoscebantur." Idem Eusebius ad Olymp. 94, 4 [42]) notat: Δημόκριτος τελευτᾷ ζήσας ἔτη $\overline{\rho}$. Hieronymi interpretatio [43]) ad eum annum nihil continet, nisi: „Democritus moritur." Biennio discrepat codex Armeniacus. Quippe apud Aucherum [44]) jam ad Olymp. 94, 2 reperimus: „Democritus obiit." Duplex porro Democriti mentio est apud Cyrillum contra Iulianum lib. I. ubi [45]) ἑβδομηκοστῇ, inquit, ὀλυμπιάδι φασὶ γενέσθαι Δημόκριτον καὶ Ἀναξαγόραν,

---

[37]) Hieronym. Interp. Chron. Euseb. p. 130. in Scalig. Thes. Tempor.

[38]) Titulus hujus operis, quod ad Scaligeri fraudes detegendas plurimum valet, sic se habet: Eusebii Pamphili Chronicon Graeco-Armeno-Latinum ed. Baptista Aucher Ancyranus. Venetiis 1818. 2 Vol., 4.

[39]) Euseb. in Scal. Thes. Temp. p. 172.

[40]) Hieronym. l. l. p. 132.

[41]) Euseb. Chron. Tom. II pag. 213 ed. Aucher.

[42]) Euseb. Chron. in Scal. Thes. Temp. p. 173.

[43]) Hieronym. l. c. pag. 134.

[44]) Euseb. Chron. Tom. II. pag. 217 ed. Aucher.

[45]) Cyrill. contra Julianum lib. I pag. 13 ed. Spanh.

φιλοσόφους φυσικούς, ὁμοῦ τε καὶ Ἡρακλείδην τὸν ἐπίκλην σκοτεινόν, in quibus verbis pro Ἡρακλείδην legendum esse Ἡράκλειτον nemo in dubium vocabit. Idem Cyrillus paucis verbis interjectis sic pergit: ὀγδοηκοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι γενέσθαι φασὶ τὸν Ἀβδηρίτην Δημόκριτον, Ἐμπεδοκλέα τε καὶ Ἱπποκράτην καὶ Πρόδικον, Ζήνωνα καὶ Παρμενίδην. Quid de duobus his Cyrilli locis judicem infra uberius exponam. Denique auctor Chronici Paschalis [46]) apud Scalig. in Thes. Tempor. [47]) ad Olymp. 67. (ξ̄ζ̄) observat: Ἑλλάνικος ἱστοριογράφος, καὶ Δημόκριτος φιλόσοφος καὶ Ἡράκλειτος, ὁ σκοτεινός, καὶ Ἀναξαγόρας φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζοντο [48]). Idem [49]) ad Olymp. 104. (ρ̄δ̄) Δημόκριτος τελευτᾷ ζήσας ἔτη ρ̄, ubi Scaliger, nescio qua causa permotus, in margine posuit: I. Ol. XCVII.; qui numerus quo spectet aliis judicandum relinquo. At in novissima Chronici Paschalis editione a Lud. Dindorfio curata [50]) Olympiadis centesimae quintae anno secundo Democriti mors assignatur. Caeterum Chronici hujus auctorem ad Apollodori computationem se applicasse liquet.

---

[46]) Falso nonnulli Alexandrinum hoc Chronicon vocant, alii porro Fastos Graecos aut denique Fastos Siculos. Sola Chronici Paschalis appellatio recta est. Legendus his de rebus Ducangius in praefatione ad Chronici editionem, ubi et de auctore Chronici Paschalis caeterisque Paschalium apud Graecos conditoribus agit. Alexandrini nomen ab editore Radero perperam ei primum impositum omnes fere viri docti, antequam Ducangii prodiisset editio, huic operi tribuunt, in his Meursius de Arch. Att. III, 13 et aliis locis. Idem Chronicon jam ante Raderi editionem propter cognationem materiae, ut ait, Temporum Thesauro inseruerat Scaliger Casauboni manu ex Augustano exemplari descriptum. Verum multa praetermisit Casaubonus exscribendi labore, ut videtur, defatigatus, multa etiam in edendo Chronico temere mutasse et transposuisse Scaligerum apparet. Scaliger ἐπιτομὴ χρόνων titulum usurpat.

[47]) Auct. Chron. Pasch. vel ἐπιτομὴ χρόνων ap. Scalig. in Thes. Tempor. pag. 247.

[48]) Eodem modo haec in Dindorfii editione pag. 274. (p. 146 c. edd. vett.) leguntur.

[49]) Chron. Pasch. auct. pag. 250. ap. Scal. l. l.

[50]) Chron. Pasch. ed. Lud. Dindorf. in Corp. Script. hist. Byz. Vol. I. pag. 317. (pag. 169 edd. vett.) Ὀλ. ρ̄ε̄, β̄. Δημόκριτος τελευτᾷ ζήσας ἔτη ρ΄.

Ut de anno natali dissentiunt veteres, ita de numero quoque ejus vitae annorum et de tempore quo supremum obierit diem maximopere discrepant. Etenim Diodorus Siculus [51]) non ut Eusebius et Chronici Paschalis auctor centum, sed nonaginta eum annos vixisse et Olymp. 94, 1 exspirasse testatur. Quare Ol. 71, $\frac{2}{3}$ in vitam ingressus esset. Idem libro I, 98.[52]) Democritum non octoginta annos, ut apud Clementem legitur, sed quinquennium in Aegypto commoratum esse auctor est. Porro a Diodoro et Eusebio in definiendo vitae annorum numero discordat Lucianus [53]), centum quattuor annorum senem defunctum esse vita existimans. Non aliter Phlegon in Longaevis [54]). Censorinus [55]) libro de die natali prope ad CVIII annum pervenisse eum scribit. Apud Antisthenem relatum legebatur, ultra centum annos philosophum nostrum vixisse cujus rei testem Diogenem Laertium habemus [56]). At auctore Hipparcho apud eundem [57]) nono demum et centesimo vitae anno debitum reddidit naturae. Si antiquo Hippocratis Vitae auctori quae κατὰ Σωρατὸν inscripta est credimus, fama erat eodem fere tempore Hippocratem et Democritum

---

[51]) Diod. Bibl. hist. lib. XIV, 11 περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Δημόκριτος ὁ φιλόσοφος ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη ἐνενήκοντα.

[52]) ὑπολαμβάνουσι δὲ καὶ (scil. οἱ Αἰγύπτιοι) Δημόκριτον παρ' αὐτοῖς ἔτη διατρῖψαι πέντε, καὶ πολλὰ διδαχθῆναι τῶν κατ' ἀστρολογίαν.

[53]) Lucian. in Macrob. Tom. III. p. 221. ed. Reitz: Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατόν, ἀποσχόμενος τροφῆς ἐτελεύτα.

[54]) Phlegon. Trallianus Longaev. cap. II. p. 118. ed. Joh. Georg. Frid. Franz: Δημόκριτος Ἀβδηρίτης ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα. Ἐτελεύτησε δέ, τροφῆς ἀποσχόμενος.

[55]) Censorinus libro de die natali ed. Lindenbr. Lugd. Bat. 1642. pag 104.: „Democritum quoque Abderiten, et Isocratem rhetorem ferunt prope ad id aetatis pervenisse quo Gorgian Leontinum, quem omnium veterum maxime senem fuisse, et octo supra centum annos habuisse constat."

[56]) Diogenes Laertius lib. IX, 39 καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν (scil. τὸν Δημόκριτον ὁ Ἀντισθένης φησὶν) δημοσίᾳ ταφῆναι, βιώσαντα ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη.

[57]) Hipparchus ap. Diog. lib IX, 43. — ἀλυπότατα τὸν βίον προήκατο, ὥς φησιν Ἵππαρχος, ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιούς.

fato concessisse. Mirum autem quod ibidem legitur, alios tradere nonagesimo aetatis anno, alios octogesimo quinto, alios centesimo quarto, quosdam centesimo nono Hippocratem decessisse[58]), ita ut in numeris annorum quos vivendo exegerit Hippocrates eadem sit varietas quae in Democriteis, nisi quod nemo Democritum octogesimo quinto aetatis anno jam vitae usuram amisisse prodit. De reliquo Joa. Tzetzes, et Suidas[59]), ubi de Hippocratis morte agunt, unum tantummodo numerum quattuor et centum annorum commemorant.

Denique Plinius[60]) de Democriti et Hippocratis aetate haec refert: „plenumque miraculi et hoc, pariter utrasque artes effloruissse, medicinam dico magicenque, eadem aetate illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum[61]) Graeciae bellum quod gestum est a CCC urbis nostrae anno." Uterque igitur, Plinio judice, aequalis fuit ac circa bellum Peloponnesiacum floruit. Hoc posterius, etsi non diserte, tecte tamen dicit. Postremo apud Aelianum[62]) deprehenditur narratiuncula, qua certiores nos facit scriptor, Alexandrum Magnum quum audiret Democritum in quibusdam libris infinitos mundos statuere, indoluisse, quod adhuc ne unius quidem ejusque omnium communis factus esset dominator, Democritum vero ideo Alexandrum derisisse. Aeliani verba sunt: οὐ γὰρ δύναμαι πείθειν ἐμαυτόν, μὴ γελᾷν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου, εἴγε ἀπείρους ἀκούων εἶναί τινας κόσμους, λέγοντος Δη-

---

[58]) Auctor vitae Hippocrateae Tom. II. oper. Hippocr. ed. Lind. pag. 951. vel pag. 1297 ed. Foes: ἐτελεύτα δὲ παρὰ Λαρισσαίοις, ὅτε καὶ Δημόκριτος φέρεται τελευτήσας. Καὶ οἱ μὲν ἐνενήκοντα ἐτῶν, οἱ δὲ πέ φασίν, ἄλλοι ρὸ', τινὲς ρθ'.

[59]) Tzetzes Chil. VII. hist. 155. vers. 970. pag. 277. ed. Kiessling.

ἔγραψε δὲ βιβλία
Τρία τε καὶ πεντήκοντα. εἶτα καὶ τελευτᾷ δὲ
Ἐτῶν ὑπάρχων ἑκατὸν ὁμοῦ τε καὶ τεσσάρων.

Suidas v. Ἱπποκράτης· κατέστρεψε τὸν βίον ἐνιαυτῶν γεγονὼς δ' καὶ ρ', καὶ τέθαπται ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θεσσαλίας.

[60]) Plin. Hist. Nat. lib. XXX. c. II. ed. Franz. (c. I. edd. vett.)

[61]) Annus ab u. c. 300 respondet anno ante Chr. 454 vel Ol. 81, 3; sed tum bellum Peloponnesiacum nondum gerebatur.

[62]) Aelian. var. hist. lib. IV. c. 29.

Δημοκρίτου ἐν τοῖς συγγράμμασιν, ὅδε ἡνιᾶτο, μηδὲ τοῦ ἑνὸς καὶ κοινοῦ κρατῶν. Ὁσον δὲ ἐπ' αὐτῷ Δημόκριτος ἐγέλασε καὶ αὐτός, τί δεῖ καὶ λέγειν, ᾧ ἔργον τοῦτο ἦν; Igitur, si Aeliano fides esset, usque ad illam aetatem qua Alexander regnum accepit, vel ultra eam, perpetuasset vitam Democritus.

Haec fere sunt quae veteres de anno, quo natus et quo denatus Democritus sit, et quot per annos vita sit fruitus, tradiderunt. Pleraque illorum quae testimoniorum loco hic allegavimus ita inter se sunt diversa, ut latine, non oratorie loqui videatur, qui paucis exceptis singula a singulis ut a tenebris lucem, ab umbra corpus, coelum a terra differre contendat.

CAPUT II.

Qui recentiore aetate de Democriti vita scripserunt, hi pro opinionum discrepantia qua natale tempus, annum mortis summumque ejus florem constituerunt, in tres fere classes distribui possunt. Primae ascribantur qui Democritum quadraginta annis Anaxagora minorem habentes Apollodorum Chronographum in statuendo anno natali secuti sunt. Alteri adnumerentur qui ad Diodori Siculi de anno mortis et vitae annorum numero sententiam accesserunt, aut saltem non multum ab ea recedendum esse rati sunt. In tertiam denique recipiantur qui alio modo illius aetatem constituere tentarunt aut qui licet nova aliqua proposita conjectura, tamen totam rem pentius pertractare noluerunt, et cum his reliqui omnes.

In primo ordine locum sibi vindicant Hambergerus opere cui titulus: Zuverlaessige Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern vom Anfange der Welt bis 1500, Lemgoae edito 1756 Tom. I. pag. 190; Ritterus Gesch. der Phil. Tom. I. pag. 561; Clinto Fast. Hell pag. 45. transl. Krueger. Ad alteram classem pertinent Scaliger animadv. ad Euseb. Chron. pag. 109. Thes. tempor.; Wesselingius adnot. ad Diodor. lib. XIV, 11; Meinersius Gesch. der Wissensch. bei den Gr. und R. Tom. I. p. 725; Corsinus Fast. Attic. Tom. III. p. 138; Harlesius ad Fabric. Bibl. graec. vol. II. p. 629; Jonsius de

script. hist. phil. lib. I c. 4 p. 26 ed. Dorn. Ad tertiam classem referendi sunt Saxius Onomastic. I pag. 36; Simsonius in Chron. (Oxon. 1652); Meursius de Archontibus Atticis lib. III cap. XIII (in Oper. editione a Lamio Florentiae 1741 curata Vol. I pag. 840); Baelius in Lex. hist. et crit. voce Démocrite. adn. D.; Brucker. hist. crit. phil. Tom. I p. 1177 et 1185; Magnenus in Democrito Reviviscente sive vita et philosophia Democriti (Hagae-Comitat. 1658) pag. 1; Buhlius in Gesch. der neueren Phil. proleg. Tom. I p. 22; Tiedemannus in Geist der speculativen Philosophie Tom. I p. 223; Rixnerus Gesch. der Phil. T. I p. 188; Tennemann. Gesch. der Phil. T. I p. 336 ed. Wendt.; Geffers. Quaestion. Democrit. p. 7 seqq. Horum omnium sententias recensere, quae probabiliter eruerunt laudare, errores autem exagitare non est hujus loci. Sed illud facile animadvertent eruditi attentique lectores, me antequam ad meum de his rebus judicium litteris explicandum accessissem, quaecunque a veteribus recentioribusque de hac materia dicta essent, probe cognita habuisse. At ne opus quidem est aliorum in hac operis parte habere rationem, quorum plerique, excepto Clintone, tam oscitanter in hac quaestione versati sunt, ut eorum negligentiae pudeat meminisse; quamquam, si veterum fateri licet, ipse etiam Clinto erroris non fuit immunis. Itaque omissis aliorum de hoc argumento judiciis ipsi statim hac in re periclitemur.

CAPUT III.

Initium ducamus ex antiquissimis testimoniis ipsius Democriti, quae nulla opinione praesumta genuina judicemus. Quicunque enim spuria illa habuerunt, nihil demonstrarunt ideoque nobis refellendi necessitatem non imposuerunt. Jam primum Democriti testimonium de se quadraginta annis, quam Anaxagoras fuit, minore in annorum numero vitium continere non potest propter verba νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν et Aristotelis locum Meteor. II, 7 Ἀναξαγόρας — καὶ πρότερον Ἀναξιμένης καὶ τούτων ὕστερος Δημόκριτος, et quum Apollo-

dori [1]) omnium auctorum quos de philosophi hujus aevo disputantes excitavimus fere antiquissimi [2]) confirmetur sententia, Olymp. 80, 1 natum esse Nostrum statuamus. Apollodorum sequitur Diodorus Siculus quem sub Augusto vitam egisse compertum habemus et exploratum. Mirabile discrimen notavimus inter ipsius Democriti testimonium apud Clementem de longa sua in Aegypto commoratione et Diodorum Siculum. Tantum illud est, ut tolli posse nullo modo videatur. At sine dubio octoginta anni qui apud Clementem sunt cum lustro, de quo loquitur Diodorus, sive potius ipsi Aegyptii apud eum, sic conjungi queunt, ut in Democriti libro ex quo Clemens hoc fragmentum descripsit numerum illum non verbo enunciatum, sed signo expressum fuisse dicamus. Non poterat hoc signum nisi littera Π esse quae, quia prima est vocis πέντε, in vetustissimis Graeciae monumentis *quinque* [3]), citeriore autem aetate et potissimum minuscula forma cum ascriptitia lineola (π′) *octoginta* designabat. Si igitur Clemens in Democriti scripto litteram Π isto loco invenit, quam ipse pro *octoginta*, ille autem pro *quinque* usurpabat, non est mirabile, quod apud Clementem ex quo postea Eusebius illum locum transscripsit octoginta annos annotatos reperimus, quum Diodorus, quem probabile est ab Aegyptiis hoc audivisse, quinque tantum annos Democritum in Aegypto versatum esse dicat. Aut si ipse Clemens in exscribendo Democriti loco memor erat quam in numeris vetustas litterae Π tribuere suesset potestatem, fieri poterat, ut posterioris aevi librarii deprehendentes hanc notam, cujus priorem significationem nesciebant, tritum

---

[1]) Apollodorum hunc, Chronicorum auctorem, quem Diogenes Laertius tam saepe citat, eundem esse viderunt viri docti quos Menagius ad Laert. I, 37. laudat cum Grammatico illo Atheniensi, qui filius fuit Asclepiadis, Aristarchi Grammatici et Panaetii philosophi discipulus, et cujus exstat liber Bibliotheca inscriptus. Chronica sua Attalo secundo, Regi Pergameno nuncupavit; vixit itaque circa Ol. 160, cujus primus annus cohaeret cum 140 ante Chr. n.

[2]) Antiquior est Antisthenes, de quo mox agam.

[3]) De notis numeralibus vide Matthiae Gramm. Gr. §. 1. obs. 4. p. 23 seqq.

usum sequentes statim eam in *octoginta* mutarent. Itaque in Clementis loco aut Π exarandum est, aut ne quis hodie quoque hac quasi decipula decipiatur, πέντε. Tum effectum iri puto, ut nemo amplius suspicetur, hoc fragmentum Democrito suppositum esse, neque quidquam credo superfuturum, quod in verbis σὺν τοῖς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα πέντε ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην offendat. Nam manifesto hoc dicit Democritus: „apud hos autem (quos rerum mathematicarum peritissimos esse neminem fugit) post omnes (i. e. postquam omnes qui in ullo terrarum angulo eruditionis fama florebant conveni) quinque per annos peregrinatus sum." Tertium Democriti testimonium, constituto anno quo ex vivis excessit, perpendemus.

De annorum numero quem assecutus Democritus sit item antiquissimus testis interrogandus est, a quo qua ratione reliqui aberrare potuerint, captu non erit difficile. Eum esse Antisthenem [*]) qui Democritum vivendo adhuc attigit nemini incertum videbitur. Antisthenes igitur qui de Democriti vita quaedam litteris mandavit, quorum Diogenes lib. IX, 38 et 39 mentionem movet, certiores nos facit, philosophum Abderitanum plus centum annos natum (βιώσαντα ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη) occubuisse. Jam si nobiscum reputamus, quam accurate reliqua omnia tradiderit Antisthenes quae de Democriti vita apud Diogenem narrat, et qualia illa sint quae memoriae tradit, inde colligamus oportet, eum totam Democriti vitam probe novisse. Quocirca mirum videatur, quod non exactius de annorum numero quem expleverit Noster locutus est. Hujus rei nullam aliam causam fuisse arbitror, quam quod, quum Democritus centum quidem annis major, sed non centum et unum annos natus vita defecisset, Antisthenes inutile esse ratus est, mensium et dierum numerum annorum numero addere. Quod si recte suspicor, Democritus noster quem Ol. 80, 1 ortum esse vidimus, Ol. 104, 4 in communem locum abiit. Etsi vero dies natalis ignotus est atque idcirco fieri vix posse videtur, ut ad amussim definiamus, utrum Olympiadis octogesimae anno primo

*) Hic Antisthenes, genere Rhodius, Democriti aequalis fuit. Vid. cap. IV. adn. 19.

ineunte an exeunte Noster partu editus sit, tamen propius vero est, eum initio illius anni editum esse, ut nunc planum faciam; idque ipsum haud levis momenti est ad tempus quo decessit accuratissime constituendum. Si principio anni h. e. circa solstitium aestivum natus est, ac post centum annorum et aliquot mensium ac dierum vitam exspiravit, mori adhuc Olymp. 104, 4 potuit. Tum ergo ortus ejus in annum ante Chr. n. 460, obitus in annum 361 incidit. Sed si exeunte anno primo Olymp. 80 lucem accepit et vitam ad centum annorum et aliquot mensium ac dierum spatium perduxit, verisimilius est, eum Ol. 105, 1 mortuum esse. Hac ratione tempus ejus natale revocandum sit ad annum ante Chr. 459 qui respondet Ol. 80, 1 ad finem vergenti, et tempus emortuale ad annum 360 ante Chr. At priorem rationem, qua eum Ol. 80, 1 ineunte natum et Ol. 104, 4 denatum contendimus, solam tuentur veterum testimonia. Auctor Chronici Paschalis vel ἐπιτομῆς χρόνων, ut Scaliger librum nuncupat, philosophum nostrum, quum centum annos vivendo exegisset, Ol. 104, 4 mortuum testatur. Hic igitur Apollodorum et Antisthenem secutus est. Quodsi in Dindorfii editione non Ol. 104, 4 ut in Scaligerana, sed Ol. 105, 2 legitur, hoc aperte falsum est. Itaque ibi aut Ol. 105, 1 poni oportet aut, quod ad verum magis accedit, Scaligerana lectio restituenda est. Nam Scaligeranam lectionem veram esse testis est Eusebius vel invitus. Is quemadmodum superius diximus, ad Olymp. 94, 4 [5]) notavit, Democritum centum annos natum obiisse (Δημόκριτος τελευτᾷ ζήσας ἔτη $\overline{ρ}$). Quomodo Eusebius in hunc errorem inciderit, ut Olymp. 94, 4 pro Olymp. 104, 4 scriberet, facile intelligimus. Siquidem P vel ρ cujus arithmetica potestas *centum* est magnam gerit similitudinem cum Coppa [6]), quod Graeci his fere formis scribebant ϙ ϙ ρ et quod nonaginta designabat, elucet haec signa

[5]) Interpretem Armenium qui haec ad Olymp. 94, 2. refert errore duci atque idcirco hic nobis ducem esse non posse non solum Hieronymi, verum etiam ipsius Eusebii auctoritas vincit. Nam latina illius translatio cum hujus archetypo omnino congruit.

[6]) Vid. Matthiae Gr. Gr. pag. 21.

inter se permutari potuisse. Itaque quum Eusebius vitiosa libri illius ex quo testimonium de Democriti morte depromsit scriptura in fraudem impulsus sit, nullo pacto nobis adversatur et Scaligeranam lectionem in Chronico Paschali vel hoc errato genuinam esse affirmat. Eorundem signorum permutatione factum dicerem, ut Diodorus Democritum non centum, sed nonaginta annorum fato concessisse traderet, si certo constaret, istas τοῦ coppa formas ante Claudium Imperatorem, a quo eas inventas esse plerique existimant, jam Graecis notas fuisse. Verum si forte nondum notae erant, haud gravabor duorum non minus similium elementorum permixtionem factam esse statuere. Etenim scimus[7]), notam arithmeticam qua senarius numerus inter minusculas litteras designatur (ϛ′), non raro a Graecis pro nonagenario numero usurpatam fuisse. Maximam autem hujus signi (ϛ) cum ρ similitudinem esse patet, si lineola arithmetica non superne ad dextram ascribatur (ρ′) qui non est antiquiorum usus, sed superponatur ($\bar{\rho}$). Hoc igitur signum ($\bar{\rho}$) proxime accedit ad ς cujus loco veteres ϟ quoque et ϛ[8]) scribebant. Quodsi ante Claudium non eae τοῦ coppa[9]) formae quas priore loco posui, ut vulgo putant, usurpabantur, tamen eas, de quibus modo locutus sum, imprimis $\bar{\varsigma}$ et $\bar{\text{ϟ}}$, tantum similitudinis cum $\bar{\rho}$ habere, ut confundi potuerint, omnes concedent. Quod reliquum est neminem credo futurum qui dicat, propterea quod ς non sit nisi inter minusculas litteras usurpatum, ideo hanc τοῦ coppa formam silentio transeundam

---

[7]) Consule Ἡρωδιαν. περὶ τῶν ἀριθμῶν in H. Steph. Thes. L. Gr. Append. p. 205 seqq. Scapulae lexicon col. 169. Cratandri Lex. l. gr. col. 194 seqq. Not. Graec. s. voc. et num. compendia coll. rec. explic. ed. Corsinus (Florent. 1702) Proleg. pag. XIX seqq.

[8]) Posterior jam depravata est forma. Non enim a littera ϛ, qua orientales gentes utuntur originem trahit hoc ἐπίσημον, sed a littera ϼ, quae ut aptior fieret Graecorum alphabeto, invertebatur, ita ut primitus hanc formam habuerit ϽϚ. Postea transiit in ϟ et ϛ, denique ex forma perpendiculari mutato situ orta est librata ejus figura (ς), quae mirum in modum concinit cum senarii numeri signo.

[9]) Ipsum Coppa antiquissimam esse litteram notum est, quae et equis inurebatur. Vide Aristoph. Nub. 23 et ibi schol.

fuisse, praesertim quum usque ad octavum fere saeculum post Chr. n. Graeci majusculis litteris in codicibus videantur usi. Nam ex quo libellus papyraceus in Aegypto anno ante Chr. 104 minusculis litteris exaratus in eruditorum notitiam venit [10]), quis dubitet Graecos multo ante Chr. n. hoc minusculum, quod vocant, alphabetum habuisse?

Jam, ut ad Diodorum redeam, hic in eo quoque fallitur, quod philosophum nostrum Olymp. 94, 1 e vita cessisse scribit. Diodorus in libro cui haec debet, Ὀλ ρδ, δ invenerat. Ita autem haec exarata erant, ut ad similitudinem τοῦ Ὀλ ϙδ, ᾱ vel Ὀλ ηδ, ᾱ vel Ὀλ ϛδ, ᾱ accederent. Etenim in membranis saepissime confundi α et δ jam pridem docuerunt Schaeferus [11]) et Bastius [12]). Porro non est difficile ad fidem, Lucianum confudisse Olympiadem qua animam deposuit Democritus et supremum ejus aetatis annum, ita ut Nostrum qui usque ad centesimam quartam Olympiadem vixit, ad annum vitae centesimum quartum pervenisse dicat. Luciani verba exscripsit Phlegon, quare ejusdem erroris socius fuit. Denique quomodo ex 104 annis 109 exoriri potuerint, quot Hipparchum [13]) Democrito ascripsisse Laertius auctor est, jam ostendit Meursius [14]), mutato videlicet ρϛ′ in ρθ′, cujus tamen non subscribo opinioni, apud Laertium in Hipparchi testimonio numerum emendandum esse dicentis. Ista nimirum emendatione nihil proficimus, quippe quum antiquissimus testis solus apud nos hac in re valeat. Utrum Hipparchus mendosum Luciani, an alius scriptoris cui Luciani verba ante oculos versabantur exemplum habuerit, nec scio, neque admodum curo, quum hominem ipsum non noverim.

---

[10]) Boeckh Erklaerung einer Aegypt. Urkunde auf Papyrus. Berlin 1821, 4.

[11]) Schaeferus ad Greg. Corinth. pag. 155.

[12]) Bastius in Commentatione Palaeographica ibid. p. 703 seqq.

[13]) Quis fuerit hic Hipparchus, nescimus. Menagius ad Laertium de mathematico cogitavit, non tamen hoc tanquam certum proponens.

[14]) Meursius de Archontt. Att. lib. III, 13.

Censorinus non refragatur calculo nostro, quamquam ait: „Democritum quoque Abderiten, et Isocratem rhetorem ferunt prope ad id aetatis pervenisse quo Gorgian Leontinum, quem omnium veterum maxime senem fuisse, et octo supra centum annos habuisse constat." Male comparat Democritum et Isocratem cum Gorgia. Gorgiam Cicero[15]) centum et septem complevisse annos refert. Alii eum usque ad centesimum nonum annum vita superasse tradunt, Isocratem vero unanima voce antiquiores prope ad centesimum annum vixisse testificantur. Natus enim Ol. 86, 1, ante Chr. 436 a. audito funesto de pugna ad Chaeroneam commissa nuncio patriae libertati non superstes prae terrore quem haec ei res incusserat, Ol. 110, 3, ante Chr. 338 a. animam efflavit. Quamobrem in hoc quod Democritum et Isocratem, qui centum annorum senes exstincti sunt, cum Gorgia contendit, lapsum esse Censorinum apparet. Quod autem dicit, non pro certo affirmat scriptor, neque ut suam, sed ut aliorum opinionem proponit, ut ex ejus verbis emergit.

Nihil me movet quod ait Thrasyllus, qui sub Tiberio demum Imperatore (vel fortasse etiam postmodo) vixit, anno prius Socrate Nostrum in lucem susceptum esse, praesertim quia non tantum de Democriti, sed de aliorum quoque philosophorum, imprimis sophistarum, aevo loquentes adeo fluitant scriptores, qui flaccescente litterarum flore sub Imperatoribus Romanis vixerunt, tantaque interdum portenta, quorum origo inscitia, nonnunquam incuria et negligentia fuit, effutiunt, ut qui omnibus credere velit, vertigine quasi corripiatur necesse sit[16]). Atqui si in finienda sophistarum singulorum aetate, quae ex Platonis, Isocratis et Xenophontis operibus diligenter pernosci

---

[15]) Cicero de Senect. V, 2.

[16]) Sic Meinersius in Gesch. d. Urspr., Fortg. u. Verf. der Wiss. in Griechenl. und Rom Tom. II. p. 224. memorabilem affert Plinii (lib. XXXIII, 4.) errorem narrantis, Gorgiam circa septuagesimam Olympiadem auream sibi ipsi statuam Delphis posuisse, id quod nullo pacto defendere licet. Nimirum, quoniam, ut ubi Meinersius monuit, Gorgias, qui centesimum nonum annum assecutus videtur, Socratis superstes fuit (Quinct. III, 1.), post septuagesimam Olympiadem natum esse eum ratio evincit.

poterat, tantopere fluctuant scriptorum illius aevi sententiae, quid salutis Democrito ex iis sperandum est, quem nullo loco in scriptis suis Plato memoravit ac de cujus vita omnino apud antiquiores rarissime injicitur mentio? Multo minus Gellius meretur, ut illius causa religionem offerri nobis patiamur, quippe qui nihil exactius prodat, quam Socratem, Hippocrate et Democrito caeterisque quos nominat natu quidem posteriorem fuisse, sed quibusdam temporibus vixisse iisdem. Hoc quantillum sit, non est quod ostendamus. Nam quod Hippocratem attinet quem Soranus[17]) ducibus iis, qui Gellio vetustiores fuerunt, scriptoribus Ol. 80, 1 in vitam ingressum esse scribit, certum est, auctorem Noctium Atticarum, quum hoc lucubraret, paululum dormitasse. Deinde tam vaga ejus loquendi ratio est, ut qui ex ejus verbis multa velit concludere, temerarius sit. Aeliani narrationem propter temporis diversitatem veram esse non posse jam Baelius vidit. Et ex nostra computatione falsus est Aelianus. Sed non videtur dubium, quin Aelianus Democritum pro Anaxarcho ejus discipulo nominaverit de quo eadem narrat Valerius Maximus[18]), hoc excepto, quod non dicit Alexandrum ab illo irrisum esse[19]). Quod Hippocrates eodem tempore quo Noster fato perfunctus esse fertur, id si recte conjicio, veteres impulit, ut eandem vitae annorum quos compleverit varietatem, quam Democrito attribui viderant, huic affingerent. Caeteroqui nescio originem numeri 85. Qui quia fidei absonus est, in ejus locum verus annorum numerus ad quem Hippocrates vitam perduxit substituendus videtur. Quocirca pro πε′ lege ρ′. Quod si quis audacissimi conjectoris esse censeat, non recusabo, quin licet probato eo, quod Hippocratem eadem qua Democritum tempestate vitam cum morte

---

[17]) Non ab omni parte flocci faciendus est hic auctor vitae Hippocrateae, utpote qui ex antiquorum scriptis, ex Sorani Coi opere de vitis medicorum, ex Histomachi Ephesii voluminibus περὶ τῆς Ἱπποκράτους αἱρέσεως. ex Andreae medici libris περὶ τῆς ἰητρικῆς γενεαλογίας quos citat, aliisque libellum suum concinnaverit.

[18]) Valerius Maximus lib. VIII. c. 14. Ext. 2.

[19]) Cf. Schefferus ad Aelian. IV, 29.

commutasse scribit Soranus, tamen numeri quos de supremo Hippocratis anno affert omnes rejiciantur.

Porro de tempore quo maxime inclaruerit philosophus Abderitanus pauca sufficiat adjecisse. Aperte fallitur auctor Chronici Paschalis florem illius Ol. 67 ponens. Hoc enim non modo omnium scriptorum, quotquot de Democriti aevo scriptum aliquid reliquerunt, testimoniis repugnat, verum etiam ab ejusdem auctoris sententia quam antea explicuimus, plane abhorret, sic ut ne minima quidem veri species in eo appareat. Idem judicandum de Eusebii hallucinatione, jam Ol. 70, 1 Democritum floruisse fingentis; talia videlicet a musinante, non seria agente scribi potuerunt. Nec perquam digna est fide quae apud eundem legitur existimatio, circa Ol. 86, 1[20]) clarum fuisse Democritum nostrum; sequeretur enim, ut jam a quarto et vicesimo anno celebre habuisset in litteris nomen. Quod licet non prorsus improbabile sit, tamen in Democriti vitam vix quadrat, qui ut multijugam sibi compararet doctrinam, omnivagus eruditos homines audivit. Praeterea hariolantur ii quorum auctoritatem antestatur Cyrillus jam septuagesima Olympiade Democritnm fuisse (ἑβδομηκοστῇ ὀλυμπιάδι φασὶ γενέσθαι Δημόκριτον) referens. Nisi enim forte alius quam Abderita hic significatur Democritus, turpem esse dicas errorem. Multi autem praeter hunc philosophum fuere Democriti, de quibus vide quae infra commentabimur[21]). Alius hic fieri mentionem quam nostri Democriti indicio esse videtur, quod mox de octogesima sexta Olympiade agens ita Democritum commemorat, ut addat ὁ Ἀβδηρίτης, quod nomen gentile hic omittit. Quod reliquum est, octogesima sexta Olympiade Democritum fuisse (γενέσθαι), ut idem docet Cyrillus, nemo in dubium vocaverit, siquidem hoc cum terminis vitae Democriteae quos pepigimus congruit. Gellius Sophoclis, Euripidis, Hippocratis et Democriti florem, uti observatum est, ad A. U.

---

[20]) Nihil refert, veriusne an minus verum sit, quod in aliis editionibus est Ol. 86, 2. vel Ol. 86, 3. et 4.

[21]) In excursu post librum I. posito.

323, hoc est Ol. 87, 2, igitur ad initium belli Peloponnesiaci rettulit, ita ut Abderita noster inde a vicesimo nono vitae anno fuerit illustris. Non est, quod ei plane contradicamus, sed ob id ipsum quod de Democriti peregrinationibus diximus adducimur, ut ejus celebritatem paulo seriorem fuisse credamus. Quodsi non a medio fere bello Peloponnesio Democritus claruit, id qnod proxime videtur ad verum accedere, sed Gellius recte jam A. U. 323 claruisse eum perhibet, non uni huic anno adhaerescendum, sed ab hoc inde tempore per totum belli Peloponnesii tractum et postea quoque floruisse Democritum statuendum est. Haec fortasse Plinii fuit sententia qui ab Hippocrate medicinam et a Democrito magicen[22]) illustratas esse dicit circa Peloponnesiacum Graeciae bellum, quod a trecentesimo urbis conditae anno gestum sit. Si circa belli hujus tempora eas artes quas nuncupat Plinius illustrarunt Hippocrates et Democritus, ipsi tum praecipue floruisse censendi sunt. In hoc tamen fallitur hic scriptor, quod ait a trecentesimo urbis conditae anno, id est Ol. 81, 3 illud bellum gestum esse. Quippe tum de gerendo hoc bello nondum cogitabatur. Caeterum probabile est Plinium hic temporum Peloponnesiorum meminisse, ut quasi in transitu significaret aetatem, qua ab Hippocrate artem salutarem, a Democrito doctrinam magicam illustratam esse credebat, et quum bellum Peloponnesium satis idoneum videretur temporis spatium, cui quia notissimum est istarum artium lumen ab Hippocrate et Democrito profectum ascriberet, illud ab eo memoratum esse suspicor non curante, num etiam postmodo lumen his disciplinis attulissent, nec ne. Etenim post illud bellum cujus finis incidit in Ol. 94, 1 Democritum quoque floruisse ob vitae longitudinem necesse est, siquidem a fide abhorret hunc virum, qui inter maxima antiquitatis ingenia numerandus est, et doctrinae amplitudine omnes superabat aequales, superstitem nominis sui celebritati fuisse, ejusque gloriam finito bello statim infractam

---

[22]) Num magiam illustraverit Democritus, quod Plinius affirmat, infra exponam.

esse. Ac si forte post illud tempus in dies augescens Socratis discipulorum claritas luminibus ejus apud reliquos Graecos officere coepit, tamen eum in patria urbe integram illibatamque famam suam servasse, testimonio illud est, quod Antisthenes apud Diogenem [23]) memoriae prodidit, eum a civibus suis non solum vivum aeneis statuis honoratum, sed etiam mortuum publicis sumtibus honorifice elatum esse.

Ex his quae disputavimus efficitur, commoda ratione Hippocratem inter Democriti auditores referri posse, quam rem plurium antiquorum auctoritate niti, observatum est. Quippe et Hippocrates circa belli Peloponnesii tempora clarus fuit, ut vidimus, eodemque quo Democritus anno natus et mortuus esse fertur [24]). Sed etsi in Hippocratis operibus non multa reperiuntur quae philosophia eruditum deceant tamen locuples est auctor Plato in Phaedro [25]), arbitratum esse Hippocratem neminem in naturam corporis sine universae naturae cognitione recte posse inquirere, eoque loco respicit Hippocratis librum De natura hominis, ut Galenus [26]) in Commentario ad hunc librum adnotat. Vide Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 352 ed. Buttm., ubi afferuntur Galeni verba affatim declarantia, quo modo Hippocrates in scribendo hoc libro versatus sit. Quare fortasse non est absurdum putare, aliquem inter illius aevi philosophos ab Hippocrate esse auditum, et quoniam praeter Democritum neminem nominant veteres ejus praeceptorem, haud scio an credibile sit, eum Democriti fuisse discipulum. Neque aequalitas obstat, quum non semper magistri discipulis natu majores sint.

At objiciat mihi aliquis cum Corsino, quoniam ex nostra supputatione Protagoras Democriti discipulus esse non potuerit ideo eam suspectam aut omnino falsam reddi. Ad hoc habeo

---

[23]) Antisthenes apud Diog. Laert. lib. IX, 39.

[24]) Suidae verba ἐπιβαλεῖν γὰρ αὐτὸν νέον πρεσβύτῃ mendacium continere, in promtu est.

[25]) Plato in Phaedro pag. 270 Steph.

[26]) Galenus Comm. in hunc lib. I ed. Bas. T. V. p. 2 et 16.

quod jure meritoque respondeam et quo contra omnes objectationes tueri me possim. Etenim, ut jam Meinersius [27]) optime exposuit, praeter Gorgiam quem nonnulli Empedoclis amicum fuisse putarunt et Alcidamum Eleaten et Polum Agrigentinum, Gorgiae discipulos, nemo veterum sophistarum, quod nos quidem sciamus, invenitur qui philosopho aliquo aut rhetore usus sit praeceptore. Quod vero fabulantur, Protagoram bajulum prius fuisse, sed a Democrito, qui ejus in lignis artificiose colligandis, quo commodius portari possent, sollertiam admiratus sit, dignum esse habitum, qui ipsius discipulus esset: hoc, quamvis a Gellio [28]) comtum et exornatum, ab ipso Epicuro, teste Diogene [29]) perscriptum et ab Athenaeo [30]) memoratum, tamen adeo fidem excedit, ut prorsus confictum cum Meinersio, cui et Tiedemannus [31]) et Wendtius [32]) assentiuntur, existimem. Primum enim Democrito indignum foret, si opinatus esset, eum qui ligna scite componeret, ut magnae eorum multitudini ferendae par esset, etiam philosophiae studia non sine fructu tractaturum esse. Deinde Philostratus de sophistis lib. I p. 494 auctor est, ditissimum fuisse Protagorae patrem Abderae degentem, ita ut Xerxem in Persidem revertentem hospitio excipere potuerit, qui ut regio illum munere donaret, magos nonnullos ei reliquerit qui filium sapientiae mysteriis initiarent. Quod si verum est, quis credet, filium ejus bajulum fuisse? At largiamur Bruckero [33]), falso hoc de Protagora narrari, quamquam negamus, confundi hic, ut ille vult, Democritum et Protagoram, quoniam quidquid hoc rei est ad fabulas pertinere nobis persuasimus. Praeterea vel ideo in suspicionem nobis venit ista narratio, quod Aristoteles nescit illam Protagorae sub Democrito magistro institutionem, etsi de culcitella aliqua

---

27) Meinersius lib. I T. II p. 173 et 174.

28) Gellius noct. attic. V, 3.

29) Diog. Laert. lib. IX, 33.

30) Athenaeus lib. VIII. c 50 pag. 306 ed. Schweigh.

31) Tiedemannus in Geist der spekulativen Philosophie T. I p. 351.

32) Wendt. in adnot. ad Tennem. T. I pag. 495.

33) Brucker. histor. crit. phil. Tom. I p. 1201 seqq.

(τύλῃ)[34]) loquens bajulis commodissima, qua humeris imposita ad onera portanda magis valerent, cujus inventorem ferebant Protagoram. Hinc originem duxisse fabulam illam si statuamus, me judice, rem acu tetigerimus. Si enim Aristoteles quidquam de hac Protagorae fortuna audivisset, non dubito, quin memoraturus fuerit, Democritum fecisse illum ex bajulo philosophiae studiosum. Huc accedit, quod Plato in Protagora[35]) sophistam cognominem multo ante Socratem natum esse sumit. Quocum congruit, quod Aristoteles apud Ciceronem[36]) ait, Corace et Tisia qui paulo post exactos a Syracusanis et Agrigentinis tyrannos (Ol. 78 et 79) florebant, antiquiorem esse Protagoram. Denique Apollodorus apud Diogenem[37]) testificatur, circa Ol. 84 maximo flore conspicuum fuisse Protagoram. Itaque, si Democritus Ol. 80, 1 in lucem editus est, atque ii quos nuncupavi auctores fidem merentur, fieri non potuit, ut ille Democriti discipulus esset. Taceo recentiorum quorundam inter quos Magnenus[38]) est errorem ex Aelian. var. hist. lib. I. c. XXIII. colligentium, Protagoram esse filium Democriti. Decepit eos inepta Vulteji illorum verborum interpretatio. Haec de Protagorae aetate. Ut tempora non conveniunt, ita multo etiam minus utriusque philosophi dogmata. Namque in Protagorae decretis nihil inest quod Democrito magistro necessario tribuas.

Restat ut edisseramus, quid de tertio Democriti testimonio, quo contendit anno 730 ab excidio Ilii parvum Diacosmum a se conscriptum esse, censendum sit. Vidimus annum septingentesimum trigesimum post Trojam dirutam, si Eratosthenem

---

[34]) Aristot. in libro deperdito περὶ παιδείας teste Diog. Laert. lib. IX, 53.

[35]) Plato Protag. p. 317. C. Steph. καίτοι πολλά γε ἤδη ἔτη εἰμὶ ἐν τῇ τέχνῃ quae ipsa sunt Protagorae verba; porro pag. 320. C. Socratem sic alloquitur: Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὐ φθονήσω. ἀλλὰ πότερον ὑμῖν, ὡς πρεσβύτερος νεωτέροις, μῦθον λέγων ἐπιδείξω, ἢ λόγῳ διεξελθών; cf. pag. 314. B.

[36]) Aristoteles ap. Cic. in Bruto cap. 12.

[37]) Apollodorus ap. Diog. Laert. lib. IX, 36.

[38]) Magnenus in Democrito reviviscente pag. 8.

hac in re ducem nobis eligimus, incidere in Ol. 81, 3, quo tempore, si Democritus Ol. 80, 1 editus est, talia scribere nondum potuit. Jam si certis indiciis emanaret Democritum, cujus temporum computationes cum parapegmate aliisque scriptis perierunt, annum captae Trojae eodem quo Eratosthenes usus est computo invenisse, necesse esset numerum 730 mendum continere. Neque tum in eo emendando laborarem, siquidem hic numerus, qui vetustiori modo sic scribitur ⌈H⌉HHΔΔΔ ita solum mutandus esset, ut pro primo Δ exararetur ⌈Δ⌉, quae exigua foret mutatio. Etenim, quum deleta esset linea transversa (—) τοῦ Π sic fere obliquis laterum lineis inserto Δ scripti ⌈Δ⌉, reliquiae /Δ\ pro Δ haberi potuissent. Tum quadraginta anni illis 730 accederent, ita ut numerus 770 efficeretur, qui respondet Ol. 91, 3. Ita Democritus quadragesimum sextum egisset annum, quum de ordinata mundi compositione conscriberet.

At quis, quaeso, Eratosthenis supputationem quam hodie vulgo sequimur et Democriteam fuisse audeat dicere? Idcirco, quoniam non est, quod duobus reliquis Democriti locis de quibus locuti sumus diffidamus, nitendum esse patet, ut tertium quoque hujus philosophi de se ipso testimonium vitio carere intelligatur.

Multae variaeque apud veteres de anno eversi Ilii sententiae fuerunt, quas nemo ad concordiam revocare queat. Itaque, si quis hodie de hoc argumento commentatur, id tantum ei agendum est, ut singulorum scriptorum opiniones enumeret. Nos unice hoc spectamus, ut quum ignoremus, quam rationem Democritus ipse duxerit, eum hic alius viri docti proponamus calculum, quem a Democritico non multum abhorrere probabile sit. Id facturi non inutile judicamus diei quoque vel noctis (nam media nocte capta dicitur Troja) habere mentionem. Quibus rebus etsi non adjungimus fidem, juvabit tamen Democriti causa videre, quae hic sint antiquorum somnia. Ac prius quidem de die disseramus, quem veteres magna cum consensione septimum vel octavum exeuntis Thargelionis (Θαργελιῶνος φθίνοντος) fuisse ajunt. Septimus perscriptus legitur

in Marmore Pario [39]) et apud Plutarchum [40]) qui τῇ ἑβδόμῃ, inquit, φθίνοντος (scil. Θαργηλιῶνος)· περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασιν. Octavus apud Dionysium [41]) qui Ilium deletum dicit τελευτῶντος ἤδη τοῦ ἔαρος (ita bene Scaliger pro θέρους) ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι· περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσιν ἡμέραι. Quod discrimen sic explicandum [42]) est, ut quamvis notum testatumque sit, Graecos pro diei initio solis occasum vulgo habuisse, tamen alios tempus, quo luceat sol potissimum spectantes, diem a solis ortu demum auspicatos esse sumamus, ita ut eadem nox et ad ἑβδόμην et ad ὀγδόην φθίνοντος Θαργηλιῶνος referri posset. Porro in parva Iliade [43]) de tempore capti Ilii scriptum erat:

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα, quibus verbis jungendus Callisthenes δευτέρῳ Ἑλληνικῶν [44]). Ἑάλω δὲ ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνός, ὡς μέν τινες ἱστορικῶν ἕ ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα (ποιήσας) τῇ ἕ φθίνοντος. διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν, φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα· μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. De reliquis locis qui ab his discrepant vide Boeckh. l. l. Verum si quis diligenter haec omnia pensitaverit, non aliter rem expediri posse intelliget, quam a celeberrimo Boeckhio explanata est, qui quomodo Dionysius calculum subduxerit, optime demonstravit. Itaque nunc patere existimo, ut breviter rem non am-

---

39) Marm. Par. apud Boeckh. V. Cl. Corp. Inscr. Tom. II Fasc. I pag. 327.

40) Plutarch. Camill. c. 19. Tom. I pag. 537 ed. Reisk.

41) Dionys. Archaeolog. I, 63 p. 51 ed. Sylburg.

42) Vide Boeckh. l. l. p. 329.

43) testibus Clemente Strom. I. p. 321 et Euseb. Praep. evang. X, 12.

44) Callisth. δευτ. Ἑλλ. ap. Schol. Eurip. Hec. editum a Scalig. Συναγωγῆς p. 376.

amplius dubiam complectar, Dionysii plurimorumque antiquorum judicio captam esse Trojam mensis Thargelionis die XXIII (vel octavo ejusdem mensis φθίνοντος). Primus Thargelionis dies est XIII ante Cal. Jun. sive XX mensis Maji, ita ut XXIII illius mensis dies comparandus sit cum III ante Idus Jun. qui est XI Junii mensis dies. Hoc die post vergiliarum ortum matutinum, qui aestatis initium indicat atque in Munychionis diem XXVII vel XVII ante Cal. Jun. (i. e. Maji mensis diem XVI) incidit, primum luna circa mediam noctem exorta est. Quum autem Scirophorionis dies primus sit XIII ante Cal. Jul. sive Junii mensis dies XIX, ac solstitium aestivum ex Metonis observatione accidat V ante Cal. Jul. sive die XXVII Junii mensis h. e. nono Scirophorionis die, sequitur a die Trojae dirutae ad diem solstitii, si uterque veterum more annumeratur, septendecim dierum numerum esse, id quod Dionysius diserte dicit. Denique quum anni finis Scirophorionis die XXIX i. e. XVI ante Cal. Aug. vel XVII mensis Julii die fuerit, consequens est, ut post solstitii diem viginti dierum spatium ante anni finem superfuisse dicendum sit, ut idem Dionysius affirmat. Atque haec quidem de die sufficiat rettulisse. De anno dirutae Trojae duos tantum veterum locos laudabo. Alter est apud Censorinum [45]), ubi Varro nos docet [46]) ab Ilii excidio ad Olymp. I annos esse paulo plus quam CCCC, hos autem voluisse nonnullos certius definire; „et quidem, inquit, Sosibius scripsit esse CCCXCV, Eratosthenes autem septem et CCCC, Timaeus CCCCXVII, Aretes DXIV, et praeterea multi diverse." Alter apud Clementem [47]), ubi a Demophonte

---

[45]) Varro ap. Censorinum de die natali c. 21.

[46]) sic enim numeros ibi intelligendos esse monet Lydiatus ad Marm. Par. p. 251, quem et Boeckhius l. l. p. 324 sequitur.

[47]) Clem. Strom. I. p. 336 ed. Col. (Tom. I pag. 402 ed. Potter. Lond. 1715 vel pag. 145 ed. Sylburg.) Εἰσὶ δὲ οἳ ἀπὸ Κέκροπος μὲν ἐπὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα συνάγουσιν ἔτη χίλια διακόσια εἴκοσιν ἑπτά· ἀπὸ δὲ Δημοφῶντος χίλια διακόσια πεντήκοντα· καὶ ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἔτη ἑκατὸν εἴκοσιν, ἢ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. ἀπὸ τούτου ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ' οὗ φασιν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανείας, ἔτη ἑπτακόσια δεκαπέντε·

post Menestheum, sub quo Troja capta fertur, Atticae rege ad Alexandrum traduntur esse anni 1250: a Troja capta ad reditum Heraclidarum anni vel 120 vel 180 (ubi corrigendum 80), hinc ad Evaenetum Archontem (Olymp. 111, 2) secundum Phaniam anni 715, secundum Ephorum 735, secundum Timaeum et Clitarchum 820, secundum Eratosthenem 774. Denique ibidem Duris a Trojae excidio ad Alexandri in Asiam profectionem mille annos atque inde usque ad Evaenetum [48]) Archontem, sub quo Alexander mortuus sit, undecim annos computasse fertur.

Mitto aliorum de hoc argumento sententias, quas vide sis apud Boeckhium l. l. Hi enim duo tantum loci ponendi sunt, posterior, quia eam exhibet sententiam quam Democriti testimonio convenire arbitror, prior, quia inde alteri aliqua ex parte medela afferri potest. Aliorum autem sententiae nihil nobis profuturae onerarent magis quam ornarent hanc disputationem. Si quae in Clementis et Censorini loco leguntur, attente conferimus, statim intelligimus, quod de Eratosthene apud Clementem dicitur manifesto falsum esse. Etenim numerum, quem Varro apud Censorinum Eratostheni tribuit, rectum esse aliunde satis constat [49]). Eratosthenes igitur 407 annos a Troja capta ad Olymp. I numeravit, intervallum quod est inter utraque tempora, solum spectans; quare annus Trojae captae secundum Eratosthenem est a. 408 ante Ol. 1 vel 1184 ante Chr. n. Ad hujus auctoritatem plurimi veterum se applicarunt, ita ut quando ejus temporum Troicorum notatione nihil testatius in antiquorum scriptis est, numerum in Clementis loco temeritatis

---

ὡς δὲ Ἔφορος. ἑπτακόσια τριάκοντα πέντε· ὡς δὲ Τίμαιος καὶ Κλείταρχος. ὀκτακόσια εἴκοσιν· ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, ἑπτακόσια ἑβδομήκοντα τέσσαρα· ὡς δὲ Δοῦρις, ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου εἰς Ἀσίαν διάβασιν ἔτη χίλια· ἐντεῦθεν ἐπὶ Εὐαίνετον τὸν Ἀθήνῃσιν ἄρχοντα, ἐφ' οὗ θνήσκει Ἀλέξανδρος ἔτη ια'.

[48]) Potterus recte observat, hunc Archontem Hegesiam fuisse. Erat enim Evaenetus Archon, quum Alexander in Asiam profectus est, ut in praecedentibus rettulit Clemens: Hegesias vero, quum undecim annis post Babylone mortuus est.

[49]) Vid. Boeckhium l. l.

notam non veriti emendare queamus. Quae de Timaeo ac de Ephoro apud Clementem produntur, pariter clarissimo Boeckhio corrupta videntur, si Censorinus recte rettulerit ac Diodoro[50]) fides sit. Sed in hac tam dubia re nolim cum Boeckhio (quod pace illustrissimi praestantissimique viri dixerim) Censorinum et Diodorum Clementi praeferre, praesertim quum nesciamus, utrum numeri qui apud Censorinum et Diodorum reperiuntur, omnes integri, an in his quoque quidam corrupti sint. Certe Lydiatus non male ex verbis Varronianis collegit, numeros apud Censorinum corruptos esse. Quae quum ita sint, nihil in numeris Timaeo et Ephoro a Clemente assignatis mutandum censeo. Itaque quum de Phania nihil alibi traditum sit, quod numerum a Clemente ei ascriptum vel confirmet vel infirmet, in eo quem Clemens memorat numero acquieverim, atque idcirco ne egregiae quidem Boeckhii conjecturae qua Phanias cum chronographo Pario conciliatur, accesserim. Phanias igitur, si vulgare illud octoginta annorum intervallum inter reditum Heraclidarum et Ilii excidium sumpsit, ex verbis Clementis Trojam annis 354 ante Olymp. I i. e. 1130 ante Chr. n. captam esse statuit. De his 1130 annis si 730 deducuntur, reliqui summa 400 annorum est. Quodsi Democritus anno ante Chr. 400 vel Olymp. 95, 1 hunc qui μικροῦ Διακόσμου titulum habebat, de ordinata mundi compositione librum edidit, unius et sexaginta annorum senex erat. Ea aetate Democritum tali operi quod ab adulto et subacti judicii homine scribi oportebat, componendo parem fuisse omnes concedent. Jam si forte Democritus eundem excisi Ilii diem quem plerique antiquorum verum esse ratus est, ac tempus quo conscripserit parvum Diacosmum, non diei, quo inchoaverit, sed quo absolverit librum habita ratione definivit, apparet, quoniam Ilium paulo ante solstitium aestivum eversum esse veteres sibi persuaserunt, fieri posse, ut Democritus illud volumen eodem fere anni tempore quo Ilium dirutum fingebatur, a se conditum esse hoc testimonio indicaverit. Attamen hoc, ne subtilius

50) Diodor. lib. XVI, 76.

quam verius disputasse perhibear, pro certo affirmare atque aliis insuper argumentis defendere non est in animo. Enimvero caput rei illud est, quod in hoc ipso libro auctore Laertio lib. IX, 41 Democritus testatum reliquerat, se juvenem fuisse eo tempore quo senex vixerit Anaxagoras, quadraginta annis illo minorem. Quis non videt, philosophum tum quum haec litteris consignaret non amplius juvenem, sed aut admodum senem aut saltem aetate jam provectum fuisse? Itaque Phaniae nostraeque supputationi, ex qua unius et sexaginta annorum senem eum tum fuisse efficitur, ipse hoc testimonio album videtur adjicere calculum.

CAPUT IV.

His omnibus expositis revertamur eo, unde digressi sumus. Democritum cap. I natum esse diximus Abderae, patre vel Hegesistrato vel Athenocrito vel ut quorundum opinio ferebat, Damasippo. Licet autem incertum sit, quod parentis fuerit nomen, tamen paulo certius videtur, tres ab eo liberos esse susceptos quorum Democritus noster natu minimus fuit [1]). Atque Herodotus quidem et Damasus, Democriti fratres ab auctoribus quibusdam nominantur. Damasi meminerunt Plinius [2]) et Clemens Alexandrinus [3]), ac si recte viri docti conjiciunt, Diogenes Laertius [4]) et Hesychius Mile-

---

[1]) Diog. Laert. IX, 35 — τρίτον τε ὄντα ἀδελφὸν νεῖμασθαι τὴν οὐσίαν κ. τ. λ. Aelianus var. hist. IV, 20 τὴν παρὰ Δαμασίππου τοῦ πατρὸς οὐσίαν εἰς τρία μέρη νεμηθεῖσαν τοῖς ἀδελφοῖς (δι' αὐτοῦ) τοῖς τρισὶ κ. τ. λ. Vid. ibi Perizonium.

[2]) Plinius XVIII, 35 Tradunt eundem Democritum metente fratre ejus Damaso, ardentissimo aestu orasse, ut reliquae segeti parceret.

[3]) Clemens Strom. VI p. 255 ed. Sylb. (755 ed. Pott.) ὑποδεξαμένου γ' οὖν αὐτὸν (Democritum) φιλοφρόνως Δαμάσου τοῦ ἀδελφοῦ, τεκμηράμενος ἔκ τινων ἀστέρων, πολὺν ἐσόμενον προεῖπεν ὄμβρον.

[4]) Diog. Laert. IX, 39 ἐλθόντα δέ φησιν αὐτὸν ἐκ τῆς ἀποδημίας ταπεινότατα διάγειν, ὥστε πᾶσαν τὴν οὐσίαν καταναλωκότα, τρέφεσθαι τε διὰ τὴν ἀπορίαν ὑπό τ' ἀδελφοῦ Δαμάσου. Haec lectio, quam Menagius agnoscit, a recentissimo Diogenis editore servata est. In Meibomiana editione legitur Δαμάστου, quod typothetis tribuendum videretur, nisi translatio latina conspiraret, in qua est *atque a Damaste fratre*. Utrum

sius [5]): Herodoti apud Suidam [6]) mentio est [7]). At, nisi fallor, nonnullis reliquorum scriptorum duos Democrito fratres tribuentibus, Diogenes fratrem ei et sororem fuisse testatur [8]).

---

hic Meibomius et Diogenis verba et Ambrosii interpretationem corruperit, an veterum exemplarium fidem secutus sit, nescio. Huebnerus tacet.

[5]) Hesychius Milesius p. 18 ed. Orell. ἐτρέφετό τε διὰ τὴν ἀπορίαν ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς Δαμάσου, ubi Meursius legendum censet τοῦ ἀδελφοῦ, quae et Menagii sententia est ad Laert. IX, 39.

[6]) Suidas v. Δημόκριτος· καὶ τοῖς ἀδελφοῖς συνῆν Ἡροδότῳ καὶ Δαμάστῃ. ubi pro Δαμάστῃ legi jubent Δαμάσῳ Meursius ad Hesych. Miles. l. l. et Menagius ad Diog. Laert. l. l.

[7]) Falluntur Jonsius de scriptt. hist. phil. II, 1 et Menagius ad Laert. IX, 39 ab Aeliano var. hist. IV, 20 hunc Herodotum Democriti fratrem commemorari existimantes. Quippe nihil de hoc ibi traditur.

[8]) Diog. Laert. l. l. τὴν οὖν ἀδελφὴν λυπεῖσθαι, ὅτι ἐν τῇ τῶν Θεσμοφορίων ἑορτῇ μέλλοι τεθνήξεσθαι. Hujus loci immemor Meursius ad Hesychii Milesii locum allegatum sororem Democrito fuisse praefracte negavit atque ideo Hesychii textum emendandum ratus est. Nimis festinanter Menagius Meursii opinionem probavit easdemque verborum mutationes, de quibus locutus erat Meursius, apud Hesychium et Suidam fieri voluit. Nam si non plane rejicienda est scriptura in Meibomiana Diogenis editione, quae etiam apud Suidam reperitur, ex Hesychio qui quae de Democrito habet, a Diogene accepit, aliquid lucis huic afferri potest. Forsitan apud utrumque scriptorem reponendum ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς Δαμάστης, siquidem Δαμάστη mulieris nomen est. Id si recte suspicor, non jam mira videbitur subita illa Democriti sororis commemoratio, in qua Diogenes IX, 43 ita versatur, ut ejus nomen reticeat. Quodsi supra (IX, 39) Damasten eam nominatam esse dixerat, in sequentibus opus non fuit, nomen iterari. Praeterea quae in superioribus sunt hujus auctoris verba (IX, 35) τρίτον τε ὄντα ἀδελφόν sic expediri queunt, ut Laertio judice, a quo Plini, Clementis aliorumque distinguenda est opinio, Democritus liberorum Hegesistrati (Athenocriti, Damasippi) ordine tertius fuerit, neque fratrem solum, verum etiam sororem habuerit. Huc accedit, quod ἀδελφοί interdum a Graecis conjunctim vocantur *frater et soror*. Vide Barnes. et Seidler. ad Eurip. Electr. v. 536. Itaque Suidae verba emendatione non egent. Sed quoniam haec res ex librorum manuscriptorum auctoritate pendet, neque hic ratiocinando multum proficere licet, id tantum efficere volui, ut ne quis temere illis locis Suidam et Hesychium corrigat. Caeterum a Bruckero hist. cr. phil. Tom. I p. 1179 Laertium excitante Democriti frater Damasis vocatur. Quam ille Diogenis editionem secutus sit, nescio. Sed vulgata sunt nomina apud Graecos Δάμασις, Δάμασος, Δαμάστης. Cf. Steph. Thesaur. l. gr. ed. Has. et Dind.

Natalium splendore conspicuum fuisse philosophum Abderitanum ex indiciis minime dubiis colligi oportet. Quamquam enim non credimus quod in subditicia Abderitarum ad Hippocratem epistola legitur [9]), Democritum Herculis ex fratre nepotem fuisse, tamen Democriti patrem inter ditissimos ejus temporis viros numerari satis constat. Neque enim multas exterorum terras obire ac diutissime peregrinari potuisset filius, nisi opibus maxime floruisset. Haec igitur omnium rerum copia quibus Democritea gens circumfluebat, in causa sine dubio fuit, cur mendaces posterae aetatis homines epulum comminiscerentur quod Democriti pater Xerxis exercitui dedisset [10]). Sed quis rerum illius saeculi rationem tam parum perspectam habet, ut ab hoste qui nullo antea provocatus esset beneficio, tale officium in hostem collatum existimet, quamvis credibile sit, Abderitas Xerxis praesentis exercitum timentes amicitiam et benevolentiam simulasse. Idcirco nullam Valerius Maximus qui hoc enarrat, fidem meretur, in eo quoque culpandus, quod ex facili Democriti patrem tantum convivium apparare potuisse sibi persuasit. At Herodotus [11]) nihil nisi hoc testatur, Xerxem in Asiam revertentem Abderam venisse et hospitii foedus cum incolis pepigisse atque acinace aureo eos ac tiara auro intertexta donasse. De Democriti patre nihil memoriae prodit. Quodsi Diogenes Laertius [12]) affirmat, Xerxem a philosophi nostri patre hospitio exceptum esse Herodotumque auctorem citat, in cujus libris nullum hujus rei vestigium est, jure merito-

---

[9]) pag. 1274 ed. Foes. (Tom. III p. 777 ed. Kühn.).

[10]) Valerius Maximus lib. VIII cap. 7 Democritus quum divitiis censeri posset, quae tantae fuerunt, ut pater ejus Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit etc.

[11]) Herodotus lib. VIII, 120 φαίνεται γὰρ Ξέρξης ἐν τῇ ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος εἰς Ἄβδηρα καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος καὶ δωρησάμενος αὐτοὺς ἀκινάκῃ τε χρυσέῳ καὶ τιάρῃ χρυσοπάστῳ, καί, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Ἀβδηρῖται, λέγοντες ἔμοιγε οὐδαμῶς πιστά, πρῶτον ἐλύσατο τὴν ζώνην φεύγων ἐξ Ἀθηνέων ὀπίσω, ὡς ἐν ἀδείῃ ἐών.

[12]) Diog. Laert. IX, 34 — ᾐνίκα ἐξενίσθη (ὁ Χέρξης) παρ' αὐτοῦ, — καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος, ubi Rossius in Commentationibus Laertianis (Romae a. 1788 editis) παρ' αὐτῷ legendum conjecit, quam conjecturam nuper Huebnerus praeter necessitatem textui inseruit.

que ista narratio suspecta videri debet. Quum autem aliud sit, Xerxem hospitio excipere, aliud universo ejus exercitui epulum dare, a Diogene, quoniam ea qua utitur auctoritas nulla est, rem cujus incertus rumor ad posteros manasset, paulo minus, quam a Valerio exaggeratam esse putamus [13]). Idem Diogenes l. l.[14]) observat Xerxem, quum a Democriti patre hospitio exceptus esset, magos nonnullos ei reliquisse, a quibus Democritus puer theologiam et astrologiam didicerit. Quo quid magis dici potest a vero abhorrens? Si enim Xerxes magos apud Abderitas reliquisset, hi pro eo quo tum Graeci Persas odio persequebantur, statim post regis profectionem necati essent. Porro nihil est in philosophia Democriti, quod magorum discipulum prodat. Denique ne temporum quidem rationes conveniunt. Etenim Democritum viginti annis post Xerxis in Graeciam adventum natum esse vidimus. Itaque quo tempore citerioris aevi nugatores magos apud Democriti patrem a Xerxe relictos fingunt, Noster nondum inter vivos fuit. At non erat opus Democrito magorum institutione qua reliquos omnes Abderitas, qui ingenii doctrinaeque laude insignes fuerunt, caruisse nobis compertum est. Siquidem alium nactus est

---

[13]) Fabricius Bibl. gr. lib. II c. XX p. 347 ed. Harl. a Diogene hic excitari censet Herodotum Epicuri familiarem, cujus librum de pubertate Epicuri idem Diogenes X, 4 commemorat. Atqui fateor, me non videre, cur haec in libro de pubertate Epicuri narrata esse probabile sit. Quumque inter Herodotos, quos doctus ille vir l. l. recenset, neminem reperiam, quem haec scripsisse opineris, statuendum est, memoriae lapsu a Diogene citatum esse Herodotum non satis recordante, quid ille referret, aut integriorem olim fuisse Herodoti textum. Id Fabricio placuit lib. II c. XX p. 334 ed. Harl., quia plura ex Herodoto in veterum libris allegantur, quae hodie apud illum non exstant. Sed adversatur huic sententiae Wesselingius in Dissert. Herodotea c. 1. Traject. ad Rhen. 1758. Fieri denique potest, ut verba καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος primum margini a lectore quodam ascripta postea contextui a librario illata sint, cujus generis plurima exempla in Commentariis ad Laertium suppeditat Menagius.

[14]) Locus integer hic est: οὗτος (ὁ Δημόκριτος) μάγων τινῶν διήκουσε καὶ Χαλδαίων, Ξέρξου τοῦ βασιλέως ἐπιστάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος, ἡνίκα ἐξενίσθη παρ' αὐτοῦ, καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος· παρ' ὧν τά τε περὶ θεολογίας καὶ ἀστρολογίας ἐμαθεν ἔτι παῖς ὤν.

mentis fomitem Abderae alumnus in patria urbe quae Tejorum colonorum beneficio [15]) haud dubie ad majorem mercaturae, litterarum artiumque florem pervenerat. Sive igitur adolescens bonorum magistrorum disciplina fruitus est, quos ei contigisse patris divitiae ut credamus efficiunt, sive suopte ingenio librorumque lectione in litteris profecit, id certe Demetrius apud Diogenem [16]) testatum reliquit, adeo Abderitam nostrum fuisse studiosum, ut horti domum cingentis sibi cellulam seligeret ibique se ipsum includeret, et quum aliquando ejus pater bovem immolaturus in eum locum adduxisset ibique alligasset, tam diu hoc ab illo ignoratum fuisse, quoad ipsum sacrificii causa pater excitaverit ac bovis admonuerit.

Mortuo, ut videtur, parente patrimonium cum fratribus divisit Democritus, ipse sibi itineris causa minorem portionem quae numerata pecunia constabat eligens; id quod ex Diogene Laertio [17]) Demetrium in Homonymis [18]) et Antisthenem in philosophorum successionibus [19]) auctores laudante atque ex Aeliano [20]) discimus. Addit Diogenes, hoc fratres philosophi

---

[15]) de hac materia vide quae infra diximus.

[16]) Demetrius apud Diogenem IX, 36 — λέγει δὲ ὅτι τοσοῦτον ἦν φιλόπονος, ὥστε τοῦ περικήπου δωμάτιόν τι ἀποτεμόμενος κατάκλειστος ἦν· καί ποτε τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πρὸς θυσίαν βοῦν ἀγαγόντος καὶ αὐτόθι προσδήσαντος, ἱκανὸν χρόνον μὴ γνῶναι, ἕως αὐτὸν ἐκεῖνος διαναστήσας προφάσει τῆς θυσίας καὶ τὰ περὶ τὸν βοῦν διηγήσατο. Ad quem locum cf. Huebnerum, qui Rossii conjecturas commemorat.

[17]) Diog. Laert. IX, 35 τρίτον τε ὄντα ἀδελφὸν νείμασθαι τὴν οὐσίαν. Καὶ οἱ μὲν πλείους φασὶ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἑλέσθαι, τὴν ἐν ἀργυρίῳ, χρείαν ἔχοντα κατ' ἀποδημίαν, τοῦτο κἀκείνων δολίως ὑποπτευσάντων.

[18]) Hic est Demetrius Magnes, Attici et Ciceronis aequalis, qui librum scripserat περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων. Sic enim integra libri inscriptio se habebat. Vid. Menag. ad Diog. lib. I, 38.

[19]) Hic Antisthenes, diversus a Socratis discipulo Cynicae sectae conditore, genere Rhodius fuit, ac nobilissimum opus composuit, cui titulum fecerat φιλοσόφων διαδοχαί. Certum est, eum ante Aristotelem floruisse. Vid. Menag. ad Diog. Laert. lib. VI, 19.

[20]) Aelian. var. hist. IV cap. 20: τὴν παρὰ (τοῦ) Δαμασίππου τοῦ πατρὸς οὐσίαν εἰς τρία μέρη νεμηθεῖσαν τοῖς ἀδελφοῖς (δι' αὐτοῦ) τοῖς τρισί, τ' ἀργύριον μόνον λαβὼν ἐφόδιον τῆς ὁδοῦ τὰ λοιπὰ τοῖς ἀδελφοῖς εἴασε. Perizonius verba δι' αὐτοῦ quae non in omnibus codd. sunt, deleri vult, ut dubium relinquatur, ipsene Democritus, an ejus pater

dolo factum suspicatos esse: quae cur eorum animis insederit suspicio, mihi non constat. Demetrius in dividendo patrimonio Democriti partem centum amplius talenta explesse auctor est, quam ille summam postea totam consumpserit [21]). Itaque non est verisimile quod scribit Valerius Maximus [22]), Nostrum parva admodum summa retenta patrimonium suum patriae donasse. Nam longinqua itinera non sine magnis sumtibus fieri possunt. Jam si Democritus ex amplissimo patrimonio nihil nisi pecuniam qua in peregrinatione uteretur, sibi elegit, sequitur, eum fundos, pecora et reliquas possessiones fratribus reliquisse. Quocirca ratio fugit Ciceronem [23]), Horatium [24]) veteremque ejus interpretem [25]), Philonem [26]) et

---

diviserit patrimonium. Idem haesit in verbis τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς τρισί. Ait enim, Democrito duos tantum, non tres fuisse fratres. Sed fortasse Aelianus dicere volebat, praeter duos fratres sororem fuisse Democrito, quod tamen pro certo habere non ausim. Cf. adnot. 8.

[21]) Diog. Laert. IX, 36 ὁ δὲ Δημήτριος ὑπὲρ ἑκατὸν τάλαντά φησιν εἶναι αὐτῷ τὸ μέρος, ἅπαντα δὲ καταναλῶσαι.

[22]) Valer. Maxim. lib. VIII cap. 7 exempl. extern. 4: At Democritus, quum divitiis censeri posset, — quo magis vacuo animo studiis litterarum esset operatus, parva admodum summa retenta patrimonium suum patriae donavit.

[23]) Cicero de fin. bon. et mal. lib. V cap. 29: Cur ipse Pythagoras et Aegyptum lustravit, et Persarum magos adiit? Cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? tot maria transmisit? cur haec eadem Democritus? qui (vere falsone quaerimus) dicitur oculis se privasse: certe, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, quid quaerens aliud, nisi beatam vitam? Id. Tuscul. disp. V, 39: Quid ergo? aut Homero delectationem animi ac voluptatem, aut cuiquam docto defuisse unquam arbitramur? aut, ni ita se res haberet, Anaxagoras aut hic ipse Democritus agros et patrimonia sua reliquissent, huic discendi quaerendique divinae delectationi toto se animo dedissent?

[24]) Horat. epist. I, 12, 12:

Miramur, si Democriti pecus edit agellos
Cultaque, dum peregre est animus sine corpore velox.

[25]) Vetus Horatii interpres ad epist. I, 12, 12 haec notavit: Democritus, Abderites philosophus, atomorum inventor et errorum multorum, dum philosophiae intentus esset, neglexit agros suos, adeo ut vicinorum pecora ibi libere pascerentur.

[26]) Philo de vita contemplativa p. 891: Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον

Origenem [27]) qui Abderae alumnum neglexisse patrimonium agrosque deseruisse incultos ajunt. Similia multi veterum de Anaxagora et Thalete rettulerunt, in his Plato et Aristoteles quorum summa etiam in talibus narrandis auctoritas est. Uterque certiores nos facit, hos duos aliosque sapientissimos viros prae rerum sublimium et reconditarum indagatione rem familiarem contempsisse et ea quae ad vitam commode tuendam necessaria sint, neglexisse [28]). De Democrito nihil hujusmodi produnt, idem fortasse narraturi, si tale quid de eo ab idoneis testibus accepissent. Verum, ut fieri solet, commune multorum vitium a posteriorum saeculorum scriptoribus qui parum curarent accuratam hujusmodi rerum vel scientiam vel narrationem, ad eos etiam traductum est, quos nemo antiquorum talis negligentiae fortunarumque despicientiae insimulasset. Imprimis vero istorum scriptorum incuria vel inde patet, quod Democrito quidam tribuunt Thaletis illud artificium, quo provisa ac praecognita futura olearum ubertate omnibusque Milesiorum et Chiorum prelis oleariis et trapetis vili conductis [29]) vel ut

---

Ἕλληνες ᾄδουσιν, ὅτι φιλοσοφίας ἱμέρῳ πληχθέντες μηλοβότους εἶασαν γενέσθαι τὰς οὐσίας.

27) Orig. contra Cels. lib. II p. 86.

28) Plato Hipp. maj. pag. 283 a. ed. Steph.: Καλόν γε, ὦ Ἱππία, λέγεις καὶ μέγα τεκμήριον σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ἀρχαίους ὅσον διαφέρουσι. Τῶν γὰρ προτέρων περὶ Ἀναξαγόραν (sic corr. vulg. Ἀναξαγόρου) λέγεται πολλὴ ἀμαθία κατὰ τὸν σὸν λόγον. Τοὐναντίον γὰρ Ἀναξαγόρᾳ φασὶ συμβῆναι ἢ ὑμῖν· καταλειφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων καταμελῆσαι καὶ ἀπολέσαι πάντα· οὕτως αὐτὸν ἀνόητα σοφίζεσθαι. — Aristoteles Ethic. Nicom. lib. V cap. 7, 6 Διὸ Ἀναξαγόραν καὶ Θαλῆν καὶ τοὺς τοιούτους σοφοὺς μέν, φρονίμους δ' οὔ φασιν εἶναι, ὅταν ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέροντθ' αὑτοῖς καὶ περιττὰ μὲν καὶ θαυμαστὰ καὶ χαλεπὰ καὶ δαιμόνια εἰδέναι αὐτοὺς φασιν, ἄχρηστα δέ, ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητοῦσιν. Ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὰ ἀνθρώπινα καὶ περὶ ὧν ἔστι βουλεύσασθαι κ. τ. λ.

29) Aristoteles Politicorum lib. I cap. 11: ὀνειδιζόντων γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν πενίαν, ὡς ἀνωφελοῦς τῆς φιλοσοφίας οὔσης, κατανοήσαντά φασιν αὐτὸν ἐλαιῶν φορὰν ἐσομένην ἐκ τῆς ἀστρολογίας, ἔτι χειμῶνος ὄντος, εὐπορήσαντα χρημάτων ὀλίγων ἀρραβῶνας διαδοῦναι τῶν ἐλαιουργείων, τῶν τ' ἐν Μιλήτῳ καὶ Χίῳ πάντων, ὀλίγου μισθωσάμενον, ἅτ' οὐδενὸς ἐπιβάλλοντος. Ἐπειδὴ δ' ὁ καιρὸς ἦκε, πολλῶν ζητουμένων ἅμα καὶ ἐξαίφνης, ἐκμισθοῦντα ὃν τρόπον ἠβούλετο, πολλὰ χρήματα συλλέξαντα

alii scribunt omni olea, antequam florere coepisset, in agro Milesio coemta [30]), ingentem sibi pecuniam comparavit, ostensurus se quamvis vilipenderet pecuniam, tamen si vellet, facili negotio divitem fore. Quodsi hoc paulo aliter de Democrito [31]), quam de Thaléte narratur, haec ipsa diversitas indicio est memoriae lapsu non solum Democritum pro Thalete positum, sed etiam rem quae haud dubie aliquando et ab uno tantum gesta est, non incorrupta fide traditam esse.

Porro Diogenes [32]) Demetrium in Homonymis et Antisthenem in philosophorum successionibus auctores secutus ait, Democritum in Aegyptum ad sacerdotes geometriae discendae

---

ἐπιδεῖξαι ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι πλουτεῖν τοῖς φιλοσόφοις, ἂν βούλωνται, ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἐστὶ περὶ ὃ σπουδάζουσιν. Idem legitur ap. Diog. Laert. lib. I, 26 Φησὶ καὶ ὁ Ῥόδιος Ἱερώνυμος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σποράδην ὑπομνημάτων, ὅτι βουλόμενος δεῖξαι ῥᾷον εἶναι πλουτεῖν, φορᾶς μελλούσης ἐλαιῶν ἔσεσθαι, προνοήσας ἐμισθώσατο τὰ ἐλαιουργεῖα καὶ πάμπλειστα συνέλε γρήματα. Cf. ibi Menag. de voc. ἐλαιουργεῖον.

[30]) Cicero de divinatione lib. I, 49 — non plus quam Milesium Thalem qui ut objurgatores suos convinceret ostenderetque, etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse, omnem oleam, antequam florere coepisset, in agro Milesio coemisse dicitur. Animadverterat fortasse quadam scientia, olearum ubertatem fore.

[31]) Plinius hist. nat. lib. XVIII cap. 28. Ferunt Democritum qui primus intellexit ostenditque cum terris coeli societatem, spernentibus hanc curam ejus opulentissimis civium, praevisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, qua diximus ratione, ostendemusque jam plenius, magna tum vilitate propter spem olivae coemisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem et quietem doctrinarum ei sciebant imprimis cordi esse, atque ut apparuit causa et ingens divitiarum cursus, restituisse mercem anxiae et avidae dominorum poenitentiae, contentum ita probasse opes sibi in facili, quum vellet, fore.

[32]) Diog. Laert. lib. IX, 35 Φησὶ δὲ Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις καὶ Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς, ἀποδημῆσαι αὐτὸν καὶ εἰς Αἴγυπτον πρὸς τοὺς ἱερέας, γεωμετρίαν μαθησόμενον καὶ πρὸς Χαλδαίους καὶ εἰς τὴν Περσίδα καὶ εἰς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν γενέσθαι. Τοῖς τε γυμνοσοφισταῖς φασί τινες συμμῖξαι αὐτὸν ἐν Ἰνδίᾳ καὶ εἰς Αἰθιοπίαν ἐλθεῖν. Quod in codd. legitur καὶ πρὸς Χαλδαίους εἰς τὴν Περσίδα inserto καὶ ante εἰς emendavit Perizonius ad Aelian. var. hist. IV, 20 T. I p. 376 ed. Abr. Gronov.; cujus sententia et Huebnero arrisit. Nam licet Suidas v. Δημόκριτος etiam auctor sit, Democritum discipulum Magorum et Χαλδαίων Περσῶν fuisse ac Persas et Indos et Aegyptios adiisse et singulorum populorum sapientiam addidicisse, tamen utriusque scriptoris verba,

gratia se contulisse atque ad Chaldaeos et in Persidem et ad rubrum mare profectum esse. Idem prodit fuisse qui philosophum cum Indorum Gymnosophistis commercium habuisse et in Aethiopiam contendisse memorarent. Eadem fere apud Aelianum [33]), Suidam [34]), Hesychium Milesium [35]) et Clementem [36]) leguntur. Maguam Asiae partem Nostrum peragrasse

---

quia Chaldaei non fuissent in Perside, sed in Babylonia, viri docti corrigere voluerunt. Ac Perizonius quidem, ut diximus, inserto καὶ apud Laertium scribi jussit καὶ πρὸς Χαλδαίους καὶ εἰς τὴν Περσίδα. et apud Suidam Portus legendum esse censuit καὶ Χαλδαίων καὶ Περσῶν. Perizonius dubitat, an Suidas potius ipse erraverit. Idem ut Laertii verbis addendum illud καί, sic in Aeliani loco excludendam eandem particulam arbitratur. Haec igitur mutatio ei placet: καὶ πρὸς τοὺς Χαλδαίους εἰς Βαβυλῶνα. At vero his emendationibus opus non esse ostendere studuit Ern. Frid. Neubauerus in disputatione, quae inscribitur: „defensio lectionis vulgaris in Diogene Laertio et Suida de Chaldaeis in Persia a Democrito auditis adversus clarorum criticorum correctionem, qua occasione de Chaldaeorum nomine philosophis tributo nonnihil agitur." Gissae 1745, 4. Demonstrat enim in veterum monumentis Chaldaeos, uti Magos, saepe generatim designare astronomiae et astrologiae divinandique artis peritos aliarumque doctrinarum magistros et sapientes, sive sint Chaldaei in ipsaque Chaldaea vivant, sive alibi Chaldaeorum dogmata profiteantur; atque inde fieri, ut in Perside quoque, Syria et alibi Chaldaei reperiantur, et Democritus dicatur in Perside tum magos tum Chaldaeos Persas audivisse h. e. Persas, sive Persarum doctrinam magicam sive chaldaicam professos. Neubauerus denique a pag. 32 — 37 diluere nititur argumenta quibus Perizonii sententia defendi queat, et Aeliani verborum sensum circumlocutione explanat. Sed dubium est, num Antisthenis et Democriti tempore Chaldaeorum nomen hoc generali significatu jam usurpatum sit, quo M. Tullius accipere solet. Quod quum vix credibile videatur, cautius est Diogenis textui καί particulam inserere.

[33]) Aelian. var. hist. IV, 20 — καὶ πολλὴν ἐπῆλθε γῆν. ἦλθεν οὖν καὶ πρὸς τοὺς Χαλδαίους καὶ εἰς Βαβυλῶνα καὶ πρὸς τοὺς Μάγους καὶ τοὺς σοφιστὰς τῶν Ἰνδῶν.

[34]) Suidas v. Δημόκριτος· ἦλθε καὶ εἰς Πέρσας καὶ Ἰνδοὺς καὶ Αἰγυπτίους καὶ τὰ παρ' ἑκάστοις ἐπαιδεύθη σοφά.

[35]) Hesychius Milesius s. v. Δημόκριτος pag. 18 ed. Orell. Οὗτος νειμάμενος τὴν οὐσίαν τῷ ἀδελφῷ καὶ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἑλόμενος τοῖς γυμνοσοφισταῖς συνέμιξε καὶ εἰς Ἰνδίαν ἀπῆρε καὶ Αἰθιοπίαν.

[36]) Clemens Alexandr. στρωμ. I pag 304 ed. Sylburg. (lib. I §. 15 pag. 357 ed. Potter) Democriti verbis subjungit: ἐπῆλθε γὰρ Βαβυλῶνί τε καὶ Περσίδι καὶ Αἴγυπτον, τοῖς τε μάγοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων.

scribit Strabo [37]). Ab eo ultimas terras visas esse tradit M. Tullius [38]). Plinius hist. nat. lib. XXV cap. 5 (cap 2 edd. vett.) Democritum apud Persidis, Arabiae, Aethiopiae Aegyptique magos fuisse perhibet. Exsilia verius quam peregrinationes hunc aliosque philosophos ad discendam magicam artem suscepisse idem scriptor [39]) opinatur. Quae verba non magis vera quam falsa esse planum est. Ut enim itinerum magnitudinem spectanti exsulasse videtur Democritus, ita eum magiae neque gnarum neque cupidum fuisse infra videbimus. Sed litterarum causa multas gentes terrasque lustravit; quamobrem Aeliano [40]) teste laudatus est a Theophrasto, quod has regiones obiens meliora collegerit quam vel Menelaus vel Ulixes, quippe qui non aliter quam mercatores Phoenices circumerrarent pecuniam cumulantes atque hanc tum pedestrium tum navalium itinerum causam habentes. In Aegypto quinquennium commoratum esse Democritum, auctore Diodoro [41]) jam supra docuimus idque confirmari ipsius Democriti apud Clementem verbis demonstravimus. Denique Julianus Imperator [42]) epistola

---

[37]) Strab. lib. XV pag. 703 ed. Casaub.

[38]) Cicero de Fin. bon. et mal. lib. V, 19: Quid de Pythagora, quid de Platone aut Democrito loquar, a quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas?

[39]) Plinius hist. natural. lib. XXX cap. II ed. Franz. (c. 1. edd. vett.)

[40]) Aelian. var. hist. IV, 20: διὰ ταῦτά τοι καὶ Θεόφραστος αὐτὸν ἐπῄνει, ὅτι περιῄει χρείττονα ἀγερμὸν ἀγείρων Μενελάου καὶ Ὀδυσσέως. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἦλῶντο αὐτόχρημα Φοινίκων ἐμπόρων μηδὲν διαφέροντες. Χρήματα γὰρ ἤθροιζον καὶ τῆς περιόδου καὶ τοῦ περίπλου ταύτην εἶχον τὴν πρόφασιν.

[41]) Diodor. Sic. Bibl. hist. lib. I, 98 vol. I p. 110 ed. Wess.

[42]) Julianus epist. XXXVII pag. 413 ed. Lips. Φασὶ καὶ Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην, ἐπειδὴ Δαρείῳ γυναικὸς καλῆς ἀλγοῦντι θάνατον οὐκ εἶχεν ὅτι ἂν εἰπὼν εἰς παραμυθίαν ἀρκέσειεν, ὑποσχέσθαι οἱ τὴν ἀπελθοῦσαν εἰς φῶς ἀνάξειν, ἢν ἐθελήσῃ τῶν εἰς τὴν χρείαν ἡκόντων ὑποστῆναι τὴν χορηγίαν. Κελεύσαντος δ' ἐκείνου μὴ φείσασθαι, ὅ,τι δ' ἂν ἐξῇ λαβόντα τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδῶσαι, μικρὸν ἐπισχόντα χρόνον εἰπεῖν, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ ἔργου πρᾶξιν συμπορισθείη, μόνου δὲ ἑνὸς προσδέοιτο, ὃ δὴ αὐτὸν μὲν οὐκ ἔχειν ὅπως ἂν λάβοι· Δαρεῖον δὲ ὡς βασιλέα ὅλης τῆς Ἀσίας οὐ χαλεπῶς ἂν ἴσως εὑρεῖν. Ἐρομένου δ' ἐκείνου, τί ἂν εἴη τοσοῦτον, ὃ μόνῳ βασιλεῖ γνωσθῆναι συγχωρεῖται, ὑπολαβόντα φασὶ τὸν Δημόκριτον, εἰ τριῶν ἀπενθήτων ὀνόματα τῷ τάφῳ τῆς γυναικὸς ἐπιγράψειεν, εὐθὺς αὐτὴν ἀναβιώσεσθαι, τῷ τῆς τελευτῆς νόμῳ

XXXVII talem narrat fabellam ad Persicum Democriti iter pertinentem. Ajunt Democritum, quum nullo modo posset Darium cui paulo ante uxor pulcherrima e vita excesserat, consolari, se illi mortuam in vitam revocaturum dixisse, si vellet res ad hoc necessarias suppeditare; quumque rex eum juberet, nulla sumtus ratione habita, quidquid opus esset accipere promissaque praestare, tum paullisper cunctatum dixisse, caetera quidem sibi abunde suppetere, unum deesse, neque id quemadmodum parari posset, se intelligere, Darium tamen, qui totius Asiae rex esset, facile fortasse inventurum. Hic quum rogaret ille, quid tandem tam magnum esset, quod solus rex cognitum posset habere, Democritum respondisse ferunt, si tumulo uxoris inscriberet nomina trium luctus expertium, illam ab inferis esse redituram; fore enim, ut communi mortis lege erubesceret. Ea re perturbato Dario neque quemquam reperiente, cui non triste aliquid accidisset, Democritum pro sua consuetudine ridentem ita fatum esse: Et tu, omnium ineptissime, non vereris effuse lugere, quasi unus tanti mali particeps, quum neminem eorum qui unquam fuerunt sine privato aliquo dolore vixisse reperias?

Haec fere de Democriti itineribus ad peregrinas nationes susceptis in antiquorum voluminibus prodita deprehendi. Adjiciamus hic ea quae Demetrius Magnes [43]) apud Diogenem Laertium ait Democritum latere voluisse, quumque Athenas venisset ob contemtum gloriae agnosci noluisse, et quamvis novisset Socratem, ab eo tamen ignoratum esse, id quod Abderitae verbis testimonii loco ex libro quodam ejus prolatis: *veni Athenas neque quisquam me agnovit*, probare annititur.

δυσωπουμένην. Ἀπορήσαντος δὲ τοῦ Δαρείου καὶ μηδένα ἄνδρα δυνηθέντος εὑρεῖν, ὅτῳ μὴ καὶ παθεῖν λυπηρόν τι συνηνέχθη, γελάσαντα συνήθως τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν· Ἔπι, ὦ πάντων ἀτοπώτατε, θρηνεῖς ἀνέδην, ὡς μόνος ἀλγεινῷ τοσούτῳ συμπλακεὶς ὁ μηδὲ ἕνα τῶν πώποτε γεγονότων ἄμοιρον οἰκείου πάθους ἔχων εὑρεῖν;

[43]) Demetrius ap. Diog. Laert. lib. IX, 36 δοκεῖ δέ, (φησί,) καὶ Ἀθήναζε ἐλθεῖν καὶ μὴ σπουδάσαι γνωσθῆναι δόξης καταφρονῶν, καὶ εἰδέναι μὲν Σωκράτην, ἀγνοεῖσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ. Ἦλθον γάρ, φησίν, εἰς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκεν.

Cf. Cic. Tusc. V, 36.[44]). Similis est Valerii Maximi locus qui lib. VIII cap. 7 exempl. ext. 4: „Athenis autem compluribus, inquit, annis moratus omnia temporum momenta ad percipiendam et exercendam doctrinam conferens ignotus illi urbi vixit, quod ipse in quodam volumine testatur."

Jam quid de singulorum testimoniis et opinionibus dicendum sit, videamus. Quum antiquissimus et, quod Democriti fere aequalis fuit, gravissimus auctor Antisthenes in philosophorum successionibus scriptum reliquisset, Democritum in Aegyptum ad sacerdotes geometriae discendae causa profectum atque apud Chaldaeos et in Perside et ad rubrum mare peregrinatum esse, de hujus testimonii veritate non est quod dubitemus. Neque enim solum Demetrius in Homonymis idem tradiderat, sed ipse Democritus in scriptis hoc de se videtur narrasse. Etenim philosophi verbis ex opere nescio quo depromtis, quae cap. I tractavimus, haec subjungere Clementem vidimus[45]): ἐπῆλθε γὰρ Βαβυλῶνά τε καὶ Περσίδα καὶ Αἴγυπτον τοῖς τε μάγοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων. Quum Clemens Abderitae nostri volumina legendo cognosset[46]), probabile est, eum ipso Democrito teste hoc docere. Quare statuo Abderae alumnum, quem recte ait Strabo magnam Asiae partem peragrasse, sapientiae desiderio flagrantem non modo Aegyptios, sed etiam Chaldaeos in Babylonia et Persas petiisse. Unum moneo, magos quorum mentionem facit Clemens, ab ipso adjectos videri. Neque enim magi caeterique qui doctorum hominum nomine apud Persas vocabantur, tanta praestabant sapientia, ut peregrinis sui adeundi injicerent cupiditatem. Etsi igitur e Graecis nonnulli subinde ad Persas itinera susceperunt, ut gentis illius mores, ritus sacros et instituta cognoscerent, quibus de rebus multa apud Herodotum libro primo et

---

[44]) Ciceronis verba infra ponemus simulque ea quae Demetrius Phalereus in Socratis apologia de eodem argumento dixit, commemorabimus.

[45]) Clemens στρωμ. I p. 304 ed. Sylb. (lib. I §. 15 p. 357 ed. Potter.)

[46]) vid. prooem. lib. II.

in egregio Xenophontis de Cyri institutione opere perscripta leguntur, neminem tamen philosophiae, geometriae vel aliarum doctrinarum causa in illas regiones tetendisse constat. Quippe Persarum adolescentes nihil nisi equitare, sagittare et vera loqui didicisse testatur Herodotus [47]). Quapropter Democritum, qui postea insigni rerum naturalium scientia inclaruit, ad Chaldaeos et in Persidem se contulisse certum est, magis ut aëris temperiem, terrae, plantarum, arborum indolem, quam ut hominum illius tractus eruditionem qualemcunque cognosceret. Quodsi in istis regionibus doctos homines convenit, qui mathematicae et astronomiae peritia valebant, ab his tamen non multum proficere potuit, quum ipsius judicio Aegyptiorum Harpedonaptae eruditos aliarum gentium viros hac in parte longe superarent [48]). Huc accedit, quod licet Persarum magi non solum de rebus divinis praecepisse, sed etiam de rebus naturalibus imprimisque de natura animalium nec non de corporibus coelestibus multum quaesivisse dicantur [49]), tamen vix credibile est, illos quidquam docuisse, quod Democritus suo ingenio reperire nequiverit.

Has igitur ob causas arbitramur, Democritum Chaldaeorum Persarumque terras eo potissimum consilio lustrasse, ut insatiabile quo tenebatur scrutandi res naturales desiderium expleret. Caeterum itineris Asiatici duo fuerunt monumenta quae in commentariorum ethicorum partibus numerabantur Χαλδαϊκὸς λόγος et Φρύγιος λόγος. Huc fortasse etiam referri oportet scriptionem iisdem commentariis insertam, cui indicem fecerat Ὠκεανοῦ περίπλους. Sed ad Aegyptiacum iter pertinet ea illius operis pars quae inscribebatur περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων. Vide quae diximus hac de re lib. II. Quod Diogenes praeterea affirmat fuisse, qui hunc philosophum cum Indorum Gymnosophistis commercium habuisse et in Aethiopiam con-

[47]) Herod. lib. I, 136 παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας, ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι μέχρι εἰκοσαέτεος, τρία μοῦνα, ἱππεύειν καὶ τοξεύειν καὶ ἀληθίζεσθαι.

[48]) Vid. Democritum ap. Clement. l. l.

[49]) Rhode heilige Sage des Zendvolks p. 214 seqq. et 527 seqq.

contendisse dicerent: id partim falsum est, partim verum. In India quam ante Alexandrum Magnum nemo Graecorum intravit non fuit Democritus, quamquam in libro de Geographia scripto commentatus erat de rebus Indicis, de quibus fando aliquid acceperat; id quod Strabonis auctoritate demonstrabimus lib. II eo loco, ubi de opere isto Democriteo agemus. Contra in Aethiopia fuisse Democritum, Meroen certe ibi visitasse, satis patet ex illo commentariorum moralium tomo qui περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων titulum gerebat. Neque id mirum videri potest reputanti, Aethiopiae regiones septentrionales, de quibus disserit Herodotus lib. II, 29 — 30, illius saeculi Graecis jam fuisse notas, licet plerique, in quibus et ipse Herodotus est, magis eas accurata aliorum narratione quam peregrinando cognitas haberent. In Arabia fuisse Democritum soli Plinio non credo narranti, qui hoc inde fortasse conclusit, quod apud veteres legerat Abderitam ad rubrum mare commoratum esse, sed hoc licebat etiam Aegyptum peragranti. Quod reliquum est fabula a Juliano Caesare de Democrito Darii consolatore in epistolis perscripta stultum habet architectum qui nesciret, Darium Hystaspis filium jam Ol. 73 anno 4 vel ante Chr. n. 485 multo ante Democriti ortum exspirasse, Darium secundum autem, qui ab Olympiadis 88 anno 4 usque ad Olympiadis 94 annum primum vel ab anno 425 usque ad annum 404 ante Chr. n. regnavit, ante Parysatidem uxorem obiisse, ut ex Anabasis Xenophonteae initio nobis compertum est. Praeter hanc alias ei fuisse uxores non memini me legere in antiquorum scriptis. —

Nunc ad duas res transimus, quae etiamsi omni fere dubitatione carent, negligenter tamen a veteribus traditae sunt, ut nihil nisi suspiciones et conjecturae relictae nobis videantur. Altera est Democriti cum Leucippo praeceptore commercium, altera iter a philosopho nostro in Italiam inferiorem factum. Nihil apud Diogenem [50]) de Leucippo Democriti magistro praeter haec verba ὕστερον δὲ Λευκίππῳ παρέβαλε deprehendimus. Dicit autem ὕστερον,

[50]) Diog. Laert. lib. IX, 34.

tempus respiciens, quod Democriti pueritiam excepit, ut e verbis praecedentibus emergit. Quare id tantum inde conjicimus, Democritum non ante itinera sua, sed peregrinantem a Leucippo eam didicisse philosophiam primis quasi lineis adumbratam, ad quam ornandam magisque excolendam ipse postea studia sua contulit. Quum vero Diogenes nos doceat [51]) ab aliis antiquorum Leucippum pro Eleate, ab aliis pro Abderite, ab aliis denique pro Melio, vel ut Menagius legi jubet, Milesio habitum esse, fieri potest, ut jam in patria urbe Abdera Democritus Leucippum audiverit. Nam Eleaten fuisse Leucippum nemo nisi Laertius prodit, Abderiten autem auctor quoque φιλοσόφου ἱστορίας facit, quae perperam Galeno ascribitur, quamquam fatendum est reperiri etiam alios scriptores qui eum Milesium esse voluerint [52]). Sed quemadmodum veterum nonnulli Laertio teste Democritum, ut primi capitis initio observavimus, Milesium appellarunt, licet plerique omnes, quibus praeteritorum temporum notitia curae fuit, eum Abderitam esse scirent: ita non miramur idem Leucippo accidisse. Verum utcunque se haec habent, quamvis tempus non minus incertum sit quam locus, quo Democritus Leucippo usus sit magistro, tamen auditorem Leucippi eum fuisse minime dubium est.

Porro Italicum Democriti iter jam alii [53]) collegerunt ex hoc Laertii loco [54]): „Videtur autem, inquit Thrasyllus, et Pythagoricorum fuisse imitator. Quin etiam ipsius Pythagorae meminit, in cognomini opere illum admirans. Omnia vero ab eo videtur accepisse, sic ut illum et audivisse putaretur, nisi

---

[51]) lib. IX, 36: Λεύκιππος Ἐλεάτης, ὡς δέ τινες, Ἀβδηρίτης, κατ' ἐνίους δὲ Μήλιος.

[52]) Vid. Menag. ad Laert. IX, 30.

[53]) Tennemann. Gesch. der Phil. Tom. I p. 337 ed. Wendt.

[54]) lib. IX, 38: δοκεῖ δέ, φησὶν ὁ Θράσυλλος, ζηλωτὴς γεγονέναι καὶ τῶν Πυθαγορικῶν. Ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου μέμνηται, θαυμάζων αὐτὸν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι. Πάντα δὲ δοκεῖ παρὰ τούτου λαβεῖν καὶ αὐτοῦ δ' ἂν ἀκηκοέναι, εἰ μὴ τὰ τῶν χρόνων ἐμάχετο. Πάντως μέντοι τῶν Πυθαγορικῶν τινος ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸν Γλαῦκος ὁ Ῥηγῖνος, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους αὐτῷ γεγονώς. Φησὶ δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Κυζικηνός, Φιλολάῳ αὐτὸν συγγεγονέναι.

temporum ratio obstaret. Omnino tamen Pythagoricorum quempiam audivisse eum Glaucus Rheginus ait, qui iisdem atque ille temporibus vixit. Ait vero etiam Apollodorus Cyzicenus, cum Philolao eum consuetudinem habuisse"[55]). Difficillimum hodie apparet dijudicare, num recte an minus recte statuerit Thrasyllus. Quamvis enim a verisimilitudine non abhorreat, Democritum Pythagorae, de quo librum confecerat, admirationem incessisse, tamen, quatenus Pythagoricorum imitator Thrasyllo visus sit, admodum obscurum est. At in hoc manifesto erravit doctus ille vir, quod ei Democritus nihil ipse invenisse, sed omnia a Pythagora visus est accepisse, quem saeculo prius natum audire non potuit[56]) et cujus dogmata a discipulis accepta non ita servavit, ut discipuli speciem prae se ferret. Quid? quod nemo scriptorum qui Thrasyllum aetate antecesserunt, Democritum vel Pythagoreorum numero ascripsit vel hanc tantam decretorum Democriteorum cum Pythagoreis similitudinem esse significavit. Veruntamen non adversamur Glauco Rhegino Pythagoricorum quempiam a philosopho nostro auditum esse contendenti, modo ne quis probet, quod Duris apud Porphyr. vit. Pythag.[57]) ait, Arimnestum, Pythagorae filium a Democrito auditum esse. Nimirum Arimnesti decrepita senectus in Democriti pueritiam incidit, qua eum in Italiam jam appulisse haud facile mihi patiar persuaderi. Neque vero quidquam obstat, quin Apollodori Cyziceni sententiae patrocinemur Democriti familiarem[58])

---

[55]) Postrema male vertuntur in Huebneri editione: *refert autem et Apollodorus Cyzicenus, Philolao illum aequalem fuisse.*

[56]) Cf. Diog. Laert. lib. VIII, 45; Tennemann. Gesch. der Phil. Tom. I p. 85 ed. Wendt.; Hegels Vorlesungen über Gesch. der Phil. Tom. I p. 222 ed. I.

[57]) Porphyr. vit. Pythag. init. p. 181 ed. Cantabrig. 1655: Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ὡρῶν παῖδα τ' αὐτοῦ ἀναγράφει Ἀρίμνηστον, καὶ διδάσκαλόν φησι γενέσθαι Δημοκρίτου.

[58]) συγγίγνεσθαι ut συνεῖναι de magistrorum, imprimis philosophorum, cum discipulis familiaritate dici, non est quod exemplis ostendam.

Philolaum nominantis, quem Boeckhius [59]) inter Olymp. 70 et 95 vixisse arbitratur. Id solum quaeri oportet, utrum Democritus Philolaum Thebis, ubi aliquantisper versatus est [60]), an in Italia inferiore convenerit [61]). Mihi placet, Democritum in Italia Philolao familiariter usum esse, quoniam inter testes hujus rei Glaucus est, e Teo Rhegium profectus atque ideo Aristoteli Rhetoricorum lib. III cap. 1 Teïus, aliis Rheginus dictus [62]) qui Democritum, cujus aequalem fuisse eum inter auctores convenit, fortasse in Italia viderat, sed postmodum de eo scribens non amplius sciebat, quem ille Pythagoricorum audivisset, sic ut Democritum Pythagorei alicujus discipulum esse traderet, magistri autem nomen non ederet. Quodsi in Italia Democritus Philolai disciplina fruitus est, non modo omnes philosophus Abderitanus obiit terras, quas Graeci tunc eruditionis causa petere solebant, sed alias etiam lustravit regiones paucis illorum temporum peregrinatoribus visas. Quamobrem si Noster praeter Graeciam Europaeam, Asiam quoque minorem [63]), Persidem, Aegyptum, Aethiopiam septentrionalem et Italiam inferiorem peragravit atque ideo vel doctorum hominum gratia vel ad cognoscendam coeli solique naturam multarum orbis regionum diu a patria abfuit, luculentus ille philosophi apud Clementem Alexandrinum et Eusebium locus, quo itinera sua paucissimis verbis tangit, nihil amplius difficultatis continebit. Nam quum dicat Democritus, plus se terrarum

---

[59]) Philolaos des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchstücken seines Werkes von Boeckh (Berol. 1820) pag. 5 seqq.

[60]) Vid. Platon. Phaedon. p. 61 E; ubi Simmias et Cebes inter Philolai auditores, quo tempore Thebis erat, fuisse dicuntur.

[61]) Scholiasta ad Platonis l. l. Οὗτος ὁ Φιλόλαος Πυθαγόρειος ἦν. ἐξ Ἰταλίας πεφευγὼς διὰ τὸν ἐμπρησμὸν τὸν τότε ὑπὸ Κύλωνος γεγονότα διὰ τὸ ἀνεπιτήδειον αὐτὸν πρὸς φιλοσοφίαν ὄντα ἀπελαθῆναι τοῦ ὁμακοΐου, ὃς καὶ δι' αἰνιγμάτων ἐδίδασκε, καθάπερ ἦν ἔθος αὐτοῖς. Ἦλθεν οὖν οὗτος εἰς Θήβας, τεθνεῶτι τῷ διδασκάλῳ λύσιδι χοὰς ποιήσων, ἐκεῖ τεθαμμένῳ. Ἵππαρχος δὲ καὶ Φιλόλαος μόνοι τῆς εἱρημένης συμφορᾶς τῶν Πυθαγορείων διεσώθησαν.

[62]) Vide quae de hoc disputavit Menagius ad Diog. Laert. lib. VIII, 52.

[63]) Hanc quoque memoramus ob scriptionem cujus titulus Φρύγιος λόγος

peragrasse, quam eorum quemquam qui ipsius tempore vixerint, disjunctissima quaeque lustrantem, coeli solique genera cognosse quam plurima, eruditos homines permultos audivisse, nec in componendis adjuncta demonstratione lineis a quoquam superatum esse, ne ab iis quidem qui Harpedonaptae apud Aegyptios audiant, apud quos postquam (caeterorum) omnium terras adierit, quinque per annos peregrinatus sit: non tantum omnia ibi narrata cum iis quae statuimus congruunt, sed etiam ordinem, quo singulas terras philosophus viserit, inde licet colligere. Ac primum quidem aperte testatur scriptor, ultimos apud quos commoratus sit, fuisse Aegyptiorum Harpedonaptas, praeterea antequam Leucippi disciplina uteretur, Pythagoreo alicui Democritum operam dedisse et juvenili ardore impulsum ad celebrandas Pythagorae laudes animum adjecisse in libri II prooemio perspicue ostendemus, denique ex illo, qui mox citabitur, Ciceronis loco cogendum est, Abderitam nostrum, quo tempore Athenas venit, ubi Valerio teste plures annos transegit, jam editis aliquot scriptis inclaruisse. Ex his indiciis minime dubiis concludendum opinamur, Democritum adolescentem relicta patria urbe Abdera, quum praecipua Graeciae oppida vix a limine salutaret, statim in Italiam appulisse, ibique aliquamdiu moratum ac jam nominis aliquid in litteris consecutum postea Graeciam Europaeam obiisse, inde in Asiam minorem navigasse, quumque ibi in singulis urbibus, quae bonarum artium et disciplinarum plenae essent, satis diu mansisset, Chaldaeos petiisse, et expleta discendi cupiditate ad Persas tetendisse, inde reducem apud Aegyptios et Aethiopes peregrinatum esse, atque ex hac denique terra post longam moram velis in altum datis natale solum repetiisse.

Restat, ut accuratius de Democriti apud Athenienses commoratione loquamur. Si verum est, quod ait Demetrius apud Diogenem l. c., Democritum Athenas venisse videri, sed ob gloriae contemtum agnosci noluisse ac novisse quidem Socratem, sed ab eo ignoratum esse, idque simul confirmari philosophi verbis: *veni Athenas neque quisquam me agnovit*, hanc agendi rationem iniisse opinor hominem laboriosissimum non

solum, quod gloriam contemneret, sed etiam quod nihil otio doctis hominibus necessario perpetuoque cum Musis commercio anteponendum esse arbitraretur. Quae opinio nititur etiam Valerii Maximi verbis supra allatis, qui: *Athenis autem compluribus*, inquit, *annis moratus omnia temporum momenta ad percipiendam et exercendam doctrinam conferens ignotus illi urbi vixit, quod ipse in quodam volumine testatur.* Neque dissimilia sunt quae apud Aelianum var. hist. IV, 20 reperiuntur: Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην λόγος ἔχει τά τε ἄλλα γενέσθαι σοφόν, καὶ δὴ καὶ ἐπιθυμῆσαι λαθεῖν καὶ ἐν ἔργῳ θέσθαι σφόδρα πάνυ τοῦτο. Quodsi non injuria a quibusdam proverbialis locutio λάθε βιώσας Epicuro tribuitur [64]), qui Democriti fontibus hortulos suos irrigavit, putaverim Gargettium philosophum in pronuntianda hac sententia Democriti exemplum imprimis respexisse. Caeterum non est negligendus in hac quaestione Ciceronis locus, apud quem Tuscul. V, 36 haec legimus: *veni Athenas*, inquit Democritus, *neque me quisquam ibi agnovit*, quibus verbis scriptor addit: „*constantem hominem et gravem! qui glorietur, a gloria se afuisse.*" Extrema argumento sunt, ut paulo ante dixi, Democritum, quo tempore Athenas migrarit, magna jam per totam Graeciam fama floruisse. Ne igitur multae salutationes obeundae essent, neve quotidie illustrium virorum turba stipatus aliis magis quam sibi viveret, alio videtur nomine assumto Athenis degisse Democritus. Porro ex Thrasyllo mirum Diogenes [65]) locum profert quem integrum hic exhibebo: Εἴπερ οἱ Ἀντερασταὶ Πλάτωνός εἰσι, (φησὶ Θράσυλλος) οὗτος ἂν εἴη ὁ παραγενόμενος ἀνώνυμος τῶν περὶ Οἰνοπίδην καὶ Ἀναξαγόραν ἕτερος, ἐν τῇ πρὸς Σωκράτην ὁμιλίᾳ διαλεγόμενος περὶ φιλοσοφίας· ᾧ φησίν, ὡς πεντάθλῳ ἔοικεν ὁ φιλόσοφος. Καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος. Ἤσκητο [66]) γὰρ τὰ φυσικὰ καὶ τὰ ἠθικά, ἀλλὰ καὶ τὰ μαθη-

[64]) Vid. Menag. ad Laert. IX, 36.

[65]) Diog. Laert. IX, 37.

[66]) Hoc verbum recte ex Suida adjecit Huebnerus, quemadmodum voluerant Casaubonus, Menagius, Petrus Faber Agonisticorum lib. I cap. 30, Vossius in Dissertatione de Gymnastica sect. 78.

ματικὰ καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. Huebnerus interpretatur: „Siquidem Anterastae Platonis sunt, ait Thrasylus, hic esse videtur ille qui non nominatus aderat, diversus ab asseclis Oenopidis et Anaxagorae, in colloquio cum Socrate disserens de philosophia, cui dicit Socrates, pentathlo similem esse philosophum. Et erat revera in philosophia quinque certaminum victor: ornabat enim et naturalia et moralia, verum etiam mathematica et liberales disciplinas artiumque omnem peritiam callebat." Quamvis bene verterit Huebnerus neque Ambrosii et Aldobrandini somniis in errorem inductus sit, est tamen in hoc mirabili Thrasylli dicto, quod quum valde displiceat ac prorsus ridiculum[67]) judicandum sit, Huebneri aciem, qui nihil praeterea adnotat, fugisse apparet. Etenim Socrates in isto dialogo[68]) non tam ipse dicit, quinquertioni similem esse philosophum, sed musici illius cujus nomen reticetur opinionem minus dilucide enuntiatam plane intellecturus ex ipso quaerit, num philosophum quinquertioni comparet, qui in singulis quinquertii partibus iis qui unam ejus partem tractaverint inferior, contra in universis sine controversia caeteris athletis superior sit. Licet autem musicus ille statim respondens his verbis utatur[69]): „*bene*, o Socrates, *philosophi rationem perspexisse videris, quoniam eum cum pentathlo contulisti*," tamen vel ipsum Thrasyllum male locutum, vel Diogenem Thrasylli judicium male rettulisse planum est. Jam ut taceam de verbis ὁ παραγενόμενος ἀνώνυμος τῶν περὶ Οἰνοπίδην[70]) καὶ Ἀναξαγόραν ἕτερος, quae nullo modo difficilia erunt iis qui dialogum legerunt, quae tandem ista tam absurda ratiocinatio est, qua Thrasyllus ex germano hujus dialogi ortu a Platone parente repetendo

---

[67]) Ob ineptias, quae hic leguntur, Schleiermacherus Translat. Plat Tom. 5 p. 510 Diogenis textum corruptum esse statuit.

[68]) Rival. p. 135 ed. Steph.

[69]) ibid. p. 136 ed. Steph. καλῶς γέ μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, δοκεῖς ὑποβαλεῖν τὰ περὶ τοῦ φιλοσόφου, ἀπεικάσας αὐτὸν τῷ πεντάθλῳ.

[70]) De Oenopide copiose tractat Menagius ad Laert. lib. IX, 37, quem vide.

musicum illum Democritum esse, ex aliena ejus opusculi origine non esse Democritum effici sibi persuasit! O mirificum hominem! Atqui caput rei illud est, quod musicus iste ne Democritus quidem esse potuit propter verba, quibus rivalem gymnasticae arti deditum acerbe traducit. Quippe sic eum perstringit[71]): „Minime e re tua facis, Socrates, hunc interrogans, num turpe quid philosophiam esse ducat: an non compertum tibi est, eum universam aetatem ita egisse, ut nihil aliud quam collum adversariis inter luctandum obtorqueret, corpus cibis repleret ac somno indulgeret?" Haec vix peregrini et alienigenae quantumvis diu Athenis versati, sed hominis in ipsa Atheniensium urbe et nati et educati oratio est. Quid? quod Democritum, qui coitum parvam apoplexiam[72]) appellans spreta Venere per totam vitam caelebs videtur fuisse, nequaquam credi par est Graecorum more adolescentes amasse. Itaque ex loco superius allegato nihil discimus nisi Thrasylli errorem ac praeterea judicium quoddam de Democrito. Thrasyllo igitur judice (si ab errore discedimus) musici illius opinio, qui cum Socrate in Platonis Rivalibus de philosophia disputans philosophum pentathlo similem esse existimat, sic Democrito convenit, ut hic potissimum philosophus ob magnam ingenuarum artium et doctrinarum peritiam quinquertionis speciem prae se ferat, id quod iis quae sequuntur demonstrare studet: καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος. Ἤσκητο γὰρ τὰ φυσικὰ καὶ τὰ ἠθικά, ἀλλὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. Caeterum totum locum inde a verbis εἴπερ οἱ Ἀντερασταὶ usque ad ἐμπειρίαν ex Thrasyllo sumtum opinor, id quod Diogenis negligentia, qua suas sententias ab aliorum testimoniis non ubique distinguit, hoc loco patitur. Sin autem Thrasyllus tantum usque ad verba ᾧ φησίν, ὡς πενταθλῳ ἔοικεν ὁ φιλόσοφος

---

[71]) l. l. pag. 132 ed. Steph. Οὐ πρὸς σοῦ γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ποιεῖς τὸ καὶ ἀνερέσθαι τοῦτον εἰ αἰσχρὸν ἡγεῖται φιλοσοφίαν εἶναι· ἢ οὐκ οἶσθα αὐτόν, ὅτι τραχηλιζόμενος καὶ ἐμπιπλάμενος καὶ καθεύδων πάντα τὸν βίον διατετέλεκεν;

[72]) Vid. fragm. moral. 50.

loquitur, reliqua vero Laertii sunt, non tamen est, quod Laertii existimationem a Thrasylli judicio admodum diversam fuisse arbitreris. Denique Demetrius Phalereus in Socratis apologia [73]), ut Diogenes [74]) testificatur, Democritum ne venisse quidem Athenas narravit, id quod majus etiam Laertius judicat, quam si ignotus in hac amplissima Graeciae urbe philosophus Abderitanus vixit, quippe qui tantam contemnens civitatem non ex loco gloriam consequi, sed loco gloriam afferre vellet. At ne exponam, quantum desit ad verisimilitudinem, Abderae alumnum multos per annos peregrinatum Graeciae caput humanitatisque parentem Athenas non vidisse, satis refutatur Demetrius ab ipso Democrito qui, ut Diogene auctore docuimus, in scriptis alicubi se Athenas venisse, sed a nemine cognitum esse dixerat. Quam tenui victu Democritus in his itineribus contentus fuerit, recte videtur colligi ex ejus sententia quam servavit Stob. Flor. XL, 6. Cf. fragm. moral. 38—39.

CAPUT V.

Ex itineribus reducem in summa egestate Democritum qui omnem rem familiarem consumsisset vixisse, sed a Damaste fratre sustentatum esse e Laertio Antisthenem auctorem citante discimus [1]). Idem Diogenes addit [2]), Democritum, quum res

---

[73]) Cf. Jonsius de script. hist. phil. I, 18.

[74]) Diog. Laert. lib. IX, 37 Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ μηδὲ ἐλθεῖν φησιν αὐτὸν εἰς Ἀθήνας. Τοῦτο δὲ καὶ μεῖζον, εἴγε τοσαύτης πόλεως ὑπερεφρόνησεν, οὐκ ἐκ τόπου δόξαν λαβεῖν βουλόμενος, ἀλλὰ τόπῳ δόξαν περιθεῖναι προελόμενος.

[1]) Diog. Laert. lib. IX, 39 ἐλθόντα δέ φησιν (ὁ Ἀντισθένης) αὐτὸν ἐκ τῆς ἀποδημίας ταπεινότατα διάγειν, ἅτε πᾶσαν τὴν οὐσίαν καταναλωκότα· τρέφεσθαί τε διὰ τὴν ἀπορίαν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Δαμάστου, ubi fortasse reponendum ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς Δαμάστης. Vid. Cap. IV adn. 3—8. Dio Chrysost. orat. 54 p. 559. a. ἄλλος δέ τις ἀνὴρ Ἀβδηρίτης οὐχ οὕτως ἀργύριον παρ' ἑτέρων ἐλάμβανε, ἀλλὰ καὶ διέφθειρε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ συχνὴν οὖσαν.

[2]) Diog. l. c. ὡς δὲ προεῖπόν τινα τῶν μελλόντων εὐδοκίμησε, λοιπὸν ἐνθέου δόξης παρὰ τοῖς πλείστοις ἠξιώθη. Haec verba ad litteram

quasdam futuras felici successu praedixisset, jam divino spiritu tactum plerisque hominibus esse visum. Duo hujusmodi praedictionum exempla suppeditat Plinius, quorum unum quum ab aliis veterum de Thalete narretur, admodum suspectum est, alterum ad rem facilem et vulgarem pertinens adeo nulla sagacitate excellit, ut in agricolam potius, quam in philosophum quadret. Prius illud [3]) ad olei coemtionem spectat, cujus rei ab aliis aliter relatae jam antea in hoc libro memini [4]). Posterius sic se habet [5]): „Tradunt eundem Democritum metente fratre ejus Damaso, ardentissimo aestu, orasse, ut reliquae segeti parceret raperetque desecta sub tectum, paucis post horis saevo imbre vaticinatione approbata." Idem litteris consignavit Clemens [6]) Strom. lib. VI pag. 255 ed. Sylb. (p. 755 ed. Potter.) Ob hanc igitur futurorum praesensionem, vel ut Clemens [7]) ait, quod ex sublimium observatione multa praediceret, Sapientiae cognomen invenit Democritus. Non dissimile est, quod Aelianus [8]) memoriae prodidit, Abderitas Democritum

---

exscripta leguntur apud Hesychium Milesium p. 18 ed. Orell. Minus recte Diogenis interpretes ea reddunt, inter quos Ambrosius sic vertit: „Ubi autem futura quaedam praedixerat, sequensque rerum eventus fidem fecerat, divinis jam honoribus dignus a plerisque judicatus est." Longe melius Hesychii interpres Hadrianus Junius sensum exprimit: „postquam vero in eo praedictionem futurorum eventus comprobavit, divinitatis opinionem vulgus de illo concepit." Caeterum nihil verius Henrici Stephani ad verba ἐνθέου δόξης παρὰ τοῖς πλείστοις ἠξιώθη adnotatione, qui: „mire, inquit, hoc dictum (siquidem germana est haec lectio) pro eo quod est ἠξιώθη τοῦ δοκεῖν εἶναι ἔνθεος. Hoc autem ἔνθεος exponendum esse dixerim: percitus oestro quodam divino et prophetico, sive quali prophetae afflari solebant."

[3]) Plin. lib. XVII cap. 28.

[4]) Cf. Cap. IV adn. 29.

[5]) Plin. hist. nat. lib. XVII, 35.

[6]) Clemens Strom. l. c. ὑποδεξαμένου γ' οὖν αὐτὸν (τὸν Δημόκριτον) φιλοφρόνως Δαμάσου τοῦ ἀδελφοῦ, τεκμηράμενος ἔκ τινων ἀστέρων, πολὺν ἐσόμενον προεῖπεν ὄμβρον.

[7]) Clemens Alexandrinus l. l. Δημόκριτος δὲ ἐκ τῆς τῶν μεταρσίων παρατηρήσεως πολλὰ προλέγων Σοφία ἐπωνομάσθη.

[8]) Aelian. var. hist. IV, 20: οἱ Ἀβδηρῖται ἐκάλουν τὸν Δημόκριτον φιλοσοφίαν, τὸν δὲ Πρωταγόραν λόγον.

vocitasse φιλοσοφίαν, Protagoram vero λόγον. Summum imperium apud Abderitas Democrito esse commissum e Suida [9]) cognoscimus, sed diu reipublicae praefuerit, an per breve tempus, prorsus incertum est. At vero quum lex apud Abderitas esset, qua sanciebatur, ut qui patrimonium dilapidasset, indignus sepultura in patriae finibus haberetur: Democritum Antisthenes [10]) perhibet, ne ab invidis et calumniatoribus ad rationem reddendam in jus vocaretur, legisse illis magnum Diacosmum palmarium opus caeterisque ipsius scriptis praestans. Quo facto quingentorum summam talentorum praemium accepisse atque insuper aereis imaginibus honoratum esse. Nolim equidem aereas imagines in dubium vocare, sed quingentorum talentorum donum citra fidem esse contendo. Quamobrem numerum jam vetustis saeculis in Antisthenis volumine a librariis corruptum existimo. Quae vero hic depravatio facta sit, ex Demetrii et Hippoboti [11]) de hac re testimonio conjicere licet. Uterque, quemadmodum Diogenes [12]) scribit, testatum reliquerat, Democriti propinquos magnum ejus de ordinata mundi compositione opus recitasse, idque centum talentorum summa praemii loco data dignum esse habitum. Nihil refert, ipse Democritus, an ejus propinqui librum recitarint, sed centum an quingenta talenta philosopho Abderitae dederint, in magno discrimine ponendum est. Quum autem duo scriptores in iisdem centum talentis muneri datis consentiant, probabile fuerit hanc summam, quae par est Democriti patrimonio longinquis

---

[9]) Suidas v. Δημόκριτος: ἤκμαζε δὲ ἐν Ἀβδήροις διὰ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν τιμηθείς.

[10]) Antisthenes ap. Diog. Laert. lib. IX, 39 νόμου δὲ ὄντος τὸν ἀναλώσαντα τὴν πατρῴαν οὐσίαν μὴ ἀξιοῦσθαι ταφῆς ἐν τῇ πατρίδι, φησὶν ὁ Ἀντισθένης συνέντα. μὴ ὑπεύθυνος γενηθείη πρός τινων φθονούντων καὶ συκοφαντούντων, ἀναγνῶναι αὐτοῖς τὸν μέγαν Διάκοσμον, ὃς ἁπάντων τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων προέχει· καὶ πεντακοσίοις ταλάντοις τιμηθῆναι, μὴ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χαλκαῖς εἰκόσι.

[11]) De hoc confer Jons. de script. hist. ph. libr. IV.

[12]) Diogenes Laertius lib. IX, 40 Ὁ δὲ Δημήτριος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ φησιν ἀναγνῶναι τὸν μέγαν Διάκοσμον, ὃν μόνον ἑκατὸν ταλάντων τιμηθῆναι. Ταῦτα δὲ καὶ Ἱππόβοτός φησιν.

ituneribus absumto, cives ei largitos esse. Itaque eam de qua locuti sumus diversitatem notarum arithmeticarum H et ⌈ıı⌉ sive ⌈ı⊣⌉, aut ρ′ et φ′ permutatione ortam esse reor. Haec enim signa saepe confundi ostendit Bastius in Comment. palaeogr. in Schaeferi editione Gregorii Corinthii p. 715 et 848. Ab hac Antisthenis, Demetrii et Hippoboti narratione discrepant ea quae Athenaeus et antiquus Horatii interpres referunt. Athenaeus [13]) affirmat, Democritum a civibus suis patrimonii consumti crimine accusatum librum qui Μέγας Διάκοσμος inscribebatur, et alterum quem De Inferorum rebus confecerat, publice legisse, quumque dixisset, se his similibusque intentum fortunarum suarum jacturam fecisse, absolutum ac dimissum esse. Vetus Horatii explicator [14]) sic: „Democritus, Abderites philosophus, atomorum inventor et errorum multorum, dum philosophiae intentus esset, neglexit agros suos; adeo ut vicinorum pecora ibi libere pascerentur: tandem dementiae apud judicem reus factus obtulit libros de re physica a se conscriptos; ob quam causam liberatus est et praemium accepit."

Quod Athenaeus prodit non prorsus rejiciendum dixerim, siquidem in hoc cum Antisthene antiquissimo teste facit, quod ipsum Democritum ait illa scripta recitasse, sed utrum accusatus an accusationem metuens hoc fecerit solumque magnum Diacosmum, an praeterea librum orcinum legerit, non definio. Nimirum quam negligenter Diogenes aliorum auctorum verba excerpserit, omnes scimus. Quare per me Athenaei honos salvus esto. Sed praemio aliisque benevolentiae signis affectum esse Democritum, quod caeterorum omnium testimonio comprobatur, omittere videtur Athenaeus, sive non memor judicum sententiae aut communis civium judicii populiscito significati, sive accuratam rei velut in transitu memorandae expositionem

---

[13]) Athenaeus lib. IV, 19 p. 168. B. Καὶ Δημόκριτον δ' Ἀβδηρῖται δημοσίᾳ κρίνοντες, ὡς κατεφθαρκότα τὰ πατρῷα, ἐπεὶ ἀναγνοὺς αὐτοῖς τὸν Μέγαν Διάκοσμον καὶ τὰ περὶ τῶν ἐν Ἅιδου εἶπεν εἰς ταῦτα ἀνηλωκέναι, ἀφείθη. Scripsimus hic εἶπεν ex Huebneri conjectura ad Diog. IX, 39 pro vulgato εἰπών.

[14]) Vetus Horatii explanator ad epist. I, 12, 12.

minime necessariam esse ratus. Denique Horatii interpres quem liquet causam accusationis non recte explicare, in hoc cum Antisthene, Demetrio et Hippoboto non valde pugnat, quod libros de re physica a Democrito conscriptos judici oblatos esse dicit. Magnus scilicet Diacosmus physicis hujus philosophi operibus adnumerabatur [15]), quamquam praeter egregium illud de rerum universitate volumen alia quoque physica ejus scripta ferebantur, quorum omnium neque lectioni neque auditioni judices forensibus negotiis districti vacare potuissent. Caeteroquin hic explicator quisquis est, silentio transit, sicut reliqui, opus περὶ τῶν ἐν Ἅιδου, cujus apud solum Athenaeum hac in re mentio est. Quum autem non absumtae rei familiaris insimulatum, sed propter agros neglectos dementiae reum factum esse Democritum opinetur, in hoc solum Athenaeo astipulatur, quod in jus raptum atque ingenii monumentorum gratia absolutum Democritum credit. Postremo Democritum praemio donatum esse universe indicat, quo non nisi Antisthenis, Demetrii et Hippoboti narratio confirmatur. Verum utcunque haec se habent, victrix fuit Democriti sapientia, ut ex iis quae superius adnotata sunt, efficitur.

Porro ab Antisthene [16]) apud Diogenem traditum est, Democritum visa varie probare et explorare studuisse, interdum in solitudine vagantem atque in sepulcris commorantem. Eadem habet Hesychius Milesius [17]). Utroque loco δοκιμάζειν τὰς φαντασίας nihil est, nisi inquirere, quid ἐν ταῖς φαντασίαις vere τῇ φύσει et quid opinione tantum τῇ δόξῃ sit [18]). Hic secretorum locorum amor Democrito proprius ac peculiaris, de quo Antisthenis philosophi eodem tempore clari auctoritas dubitare nos non sinit, valde congruit cum illo latendi studio

---

[15]) Vide infra lib. II.

[16]) Antisthenes ap. Diog. lib. IX, 38: ἤσκει δέ, φησὶν ὁ Ἀντισθένης, καὶ ποικίλως δοκιμάζειν τὰς φαντασίας, ἐρημάζων ἐνίοτε καὶ τοῖς τάφοις ἐνδιατρίβων.

[17]) Hesych. Milesius p. 18 ed. Orell.

[18]) Ita recte haec verba declarat Orellius in adn. ad Hesych. Miles. p. 121.

quo effecit, ut Athenis a nemine agnosceretur. Quod autem physici nunc quoque facere solent, ut easdem res variis locis intueantur, visuri quae discrimina loci magis minusve aut clari aut obscuri efficiant, et quomodo pro locorum natura partim cernendi actio magis minusve juvetur vel impediatur, partim ipsae res aliam atque aliam speciem prae se ferant: idem Democritus fecisse putandus est. Quapropter modo imaginis animo conceptae a re, unde illa orta esset, diversitatem, modo ipsius rei discrimina locorum varietate spatiorumque intervallis aspectabilia considerabat. Praeterea quoniam nihil fortasse viro insatiabili litterarum cupiditate ardenti optabilius videbatur, quam secessus et solitudo, neque vero ad valetudinem tuendam perpetuo domi esse licebat, probabile est eum cogitabundum et solivagum per loca deserta atque ab omni hominum strepitu aspectuque remota nonnunquam errasse. Huc accedit, quod Petronio [19]) teste Democritus omnium herbarum succos expressit, et ne lapidum virgultorumque vis lateret, aetatem inter experimenta consumpsit. Itaque vel hanc ob causam non est mirum, eum interdum loca ab arbitris remota adiisse. Neque enim ad herbas quaslibet colligendas aliena opera uti poterat, sed ipsum hoc quidquid est negotii suscipere oportebat. Verum quod ad sepulcra attinet, in quibus praeter Antisthenem Lucianus etiam philosophum Abderitanum versatum esse perhibet, illa doctorum recentioris aetatis virorum plerisque [20]) sic displicuerunt, ut malae fidei homines rem quae fieri nullo pacto posset commentos esse putarent. Neque ego eruditos, quibus hujusmodi loca ut Musis earumque cultoribus ingrata non probabantur, valde reprehendo, etsi scio etiammunc in Graecia, Asia minore, Syria, Aegypto permulta sepulcra vel monumenta sepulcralia non uni, sed pluribus humandis destinata e saxis quadratis in ampli conclavis formam exstructa esse, in quae plures fenestrae lucem admittant [21]), adeo ut si quis velit,

---

[19]) Petron. Arb. Sat. pag. 22.

[20]) Cf. Tiedemann. Gesch. d. specul. Philos. I p. 265.

[21]) Tale fuit procul dubio conditorium illud Ephesium cujus Petronius meminit p. 80 ed. Nodot.

commorari ibi satis commode queat, praesertim quum mortuorum corpora in terrae visceribus latentia malum odorem non diffundant [22]), id quod ea qua Democritus degebat tempestate, qua mortui cremabantur, multo minus verendum erat. Quod igitur Lucianus [23]) contendit, Democritum extra urbis portam sepulcro inclusum dies noctesque scriptioni vacasse: id fieri quidem potuisse planum, sed factum esse verisimile non est. Etenim licet necesse sit, hunc philosophum qui ingentem librorum numerum confecit nullum diem intermisisse, quin aliquid commentaretur, atque ideo saepe dies noctesque scripsisse, nemo tamen facile mihi persuaserit, eum interdum extra urbem in sepulcris, quam domi suae scribere maluisse, cujus rei idonea causa excogitari nulla potest. Si enim studiorum quietem otiumque ad scribendum necessarium et locum interpellatoribus non patentem quaerebat Democritus, domi suae facilius obtinere poterat, ut a nemine impeditus continenter studiis operaretur, quam foris. Insuper Lucianus auctor est, Abderae alumnum in sepulcro latentem ibique diurnis nocturnisque horis scribendo occupatum a pueris lemures simulantibus eumque terrere volentibus illusum esse. Quibus eum nihil ista re motum ac ne respicientem quidem respondisse ait: „desinite tandem ludere," quippe cui persuasum esset, animos e corporibus hisce elapsos nihil esse. Quis autem eorum qui Lucianum bene norunt in animum inducat, hunc urbanissimum scriptorem, qui hujus ge-

---

[22]) Quin etiam notum est, in Palaestina et Arabia non solum fures et latrones in hujusmodi monumentis delitescere, sed etiam pauperes aestivo maxime tempore habitare.

[23]) Lucianus Philopseud. cap. 32 vol. III cap. 59 ed. Reitz: Νὴ Δί', ἦν δ' ἐγώ, μάλα θαυμαστὸν ἄνδρα τὸν Ἀβδηρόθεν ἐκεῖνον Δημόκριτον, ὃς οὕτως ἄρα ἐπέπειστο, μηδὲν οἷόν τε εἶναι συστῆναι τοιοῦτον, ὥστε ἐπειδὴ καθείρξας ἑαυτὸν ἐς μνῆμα ἔξω πυλῶν ἐνταῦθα διετέλει γράφων καὶ συντάττων, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν· καί τινες τῶν νεανίσκων ἐφεσχελεῖν βουλόμενοι αὐτὸν καὶ δειματοῦν στειλάμενοι νεκρικῶς ἐσθῆτι μελαίνῃ καὶ προσωπείοις ἐς τὰ κρανία μεμιμημένοις περιστάντες αὐτόν, περιεχόρευον ὑπὸ πυκνῇ τῇ βάσει ἀναπηδῶντες. ὃδε οὔτε ἔδεισε τὴν προσποίησιν αὐτῶν, οὔτε ὅλως ἀνέβλεψε πρὸς αὐτούς· ἀλλὰ μεταξὺ γράφων, Παύσασθε, ἔφη, παίζοντες. Οὕτω βεβαίως ἐπίστευε μηδὲν εἶναι τὰς ψυχὰς ἔτι, ἔξω γενομένας τῶν σωμάτων.

neris narratiunculas prout praesens materia postulare videbatur, immutare consueverat, hic illibata fide referre quae in antiquorum voluminibus repererat? Quocirca existimo Lucianum quoque vel in Antisthenis libro nihil legisse, nisi quod Diogenes inde excerpsit: ὁ Δημόκριτος ἤσκει ποικίλως δοκιμάζειν τὰς φαντασίας ἐρημάζων ἐνίοτε καὶ τοῖς τάφοις ἐνδιατρίβων. Quodsi philosophus Abderitanus in cogitationibus defixus aliquando in solitudine ambulabat herbas lecturus, vel res corporeas vario modo contemplaturus, liceret quidem, ne prorsus mendax Lucianus judicaretur, conjicere, eum sepulcra nonnunquam paullisper intrasse, ut quae antea observasset, ibi perscriberet; veruntamen longe potior praesto est conjectura quae mihi jam pridem in mentem venit. Vero proximum putaverim, Antisthenem verba illa quae sunt apud Diogenem sumpsisse e volumine quodam Democriteo, quo philosophus de vitae suae ratione pauca exposuerit. Atqui Democritus ionice scribens haec de se dicere poterat: Ῥιζοτομέω καὶ ἀσκέω ποικίλως δοκιμάζειν τὰς φαντασίας ἐρημάζων ἐνίοτε καὶ τοῖσι τάρφεσι ἐνδιατρίβων. Neminem hic offendit poetica vox τάρφος, qui meminerit, qualis sit Democriti locutio. Vid. prooem. lib. II. Suspicor ergo Antisthenem in libro suo Democriti verba servasse, in quibus postea poeticum vocabulum τάρφεσι a librariis τάφοισι exaratum putantibus dialectorumque varietates inter describendum tollentibus in τάφοις sit mutatum. Quo factum est, ut Democritus qui mea opinione nihil de se testatus erat nisi se interdum radices secantem et herbas colligentem (ῥιζοτομέοντα καὶ βοτανολογέοντα) vel res sub aspectum cadentes varie explorantem in solitudine vagari et densissimis silvarum locis (τάρφεσι) immorari, a posterioribus in sepulcris nonnunquam versatus esse crederetur atque adeo Luciano diurnae nocturnaeque scriptionis, quam in mortuorum monumentis hic philosophus factitasset, ad risum movendum ementiendae copia daretur. Sed satis de hoc Antisthenis loco.

C A-

CAPUT VI.

Transeo ad fabulas a citerioris aetatis nebulonibus excogitatas. Harum maxime celebrata est illa quae de voluntaria Democriti coecitate a pluribus refertur auctoribus. Gellius [1]) haec ait: Democritum philosophum in monumentis historiae graecae scriptum est, virum praeter alios venerandum auctoritateque antiqua praeditum luminibus oculorum sua sponte se privasse, quia existimaret cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturae rationibus vegetiores et exactiores fore, si eas videndi illecebris et oculorum impedimentis liberasset. Id factum ejus modumque ipsum, quo coecitatem facile sollertia subtilissima conscivit, Laberius poëta in mimo, quem scripsit Restionem, versibus quidem satis munde atque graphice factis descripsit: sed causam voluntariae coecitatis finxit aliam vertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter. Est enim persona, quae hoc apud Laberium dicit, divitis avari et parci, sumtum plurimum ἀσωτίαν τε et propinationem adolescentis filii deplorantis. Versus Laberiani hi sunt:

Democritus Abderites physicus philosophus
Clypeum constituit contra exortum Hyperionis,
Oculos effodere ut posset splendore aereo:
Ita radiis solis aciem effodit luminis,
Malis bene esse ne videret civibus.
Sic ego perosus splendorem pecuniae
Volo elucificare exitum aetatis meae,
Ne in re bona videam esse nequam filium.

Non putaverim in monumentis historiae graecae hoc scriptum fuisse, quod Gellius narrat, nisi forte in libris ad solam legentium delectationem compositis in quibus vera an falsa tradantur, scriptoris non interest. Huc accedit, quod Gellius nullum citat auctorem. Quare facile adducor, ut credam, hominem in exponendis aliorum opinionibus referendisque rebus, quas alibi perscriptas invenerat, non semper diligentem hic potius incertam de hoc philosopho famam inde ab eo tempore quo stultitiae labes Abderitis aspersa esset ortam, quam historiarum scriptoris auctoritatem sequi. Ut enim brevi praecidam, stul-

[1]) Gellius lib. X cap. 17.

tissimum esse oportet qui ideo se oculorum lumine privet, ut nullo aliarum rerum interventu perpetua sublimium aeternorumque contemplatione ac meditatione fruatur. Tantae igitur mentis angustiae scurris et blateronibus maxime in philosophum apud Abderitas, quos bardos et barones habebant, natum quadrare videbantur. Neque enim isti meminerant, Democritum permultos composuisse libros atque rerum naturalium studio continenter occupatum fuisse vel, ut Petronii verba supra posita repetam, omnium herbarum succos expressisse et ne lapidum virgultorumque vis lateret, aetatem inter experimenta consumsisse, quae omnia sine oculorum usu fieri nequeunt. Quamobrem nihil veri in Gellii narratione inesse existimo, quippe quum tota eorum dicacitati, qui hujusmodi facetiis suum aliorumque otium fallere solebant, deberi censenda sit. Quod autem ad Laberium attinet, jam ipse Gellius nobis viam in hoc argumento commonstrat. Laberius, quoniam poeta comicus fuit nec nisi comoediae suae convenienter fictitiam illam de Democrito narratiunculam in scenam producere voluit, nulla ejus ratio hic ducenda est. Nam vel pueri intelligunt, si Democritus nihil spectasset nisi ut malis civibus ne bene videret esse, hoc eum sola coecitate consequi non potuisse, sed coecitate conjuncta cum surditate consecuturum demum fuisse. Quod Tertullianus [2]) ait: „Democritus oculis se privavit, quod mulieres sine cupiditate intueri non posset," risum movet omnibus qui ex aliorum scriptorum locis caelibem semper hunc philosophum fuisse concludunt. Etenim, qui coitum parvam ἐπιληψίαν appellavit [3]) Veneremque damnans, ut in qua homo alius exiret ab homine [4]), perpetuus amoris osor fuisse putandus est, quomodo quis hunc tanta fuisse salacitate sibi persuadeat, ut mulieres sine cupiditate aspicere nequiret? Hoc ut philosopho omninoque viro disciplinis liberalibus erudito indignum est, ita ab insatiabili discendi aviditate qua flagrasse

---

[2]) Tertullianus apolog. c. 46.

[3]) Vid. Clement. Alex. Paedag. II p. 193. D.

[4]) ut apud Plinium ait lib. XXVIII, 16.

hunc Abderitarum philosophum notum testatumque est, plane abhorret. Quapropter non magis causa exstincti oculorum luminis, quam ipsa ejus sensus amissio magno in errore versatur. Himerii verba apud Photium ἔχων δὲ ἐνόσει σῶμα Δημόκριτος, ἵνα ὑγιαίνῃ τὰ κρείττονα eundem videntur errorem continere, quem pluribus exagitarem, si longior esset sententia. Denique memorandus Cicero est qui in Tusculanis disp. [5]) de materia de qua agimus, ita loquitur, ut si a Laberii additamentis discesseris fabulam ex eodem fonte quo hic ipse ejus aequalis et post eum Gellius hausisse videri queat. „Democritus, inquit Tullius, luminibus amissis, alba scilicet et atra discernere non poterat. At vero bona, mala; aequa, iniqua; honesta, turpia; utilia, inutilia; magna, parva poterat: et sine varietate colorum licebat vivere beate; sine notione rerum non licebat. Atque hic vir impediri etiam animi aciem aspectu oculorum arbitrabatur: et quum alii saepe, quod ante pedes esset, non viderent, ille in infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret." At idem de finib. bonor. et malor. libro V cap. 29 dubitanter de hac re: „Cur, inquit, haec eadem Democritus? qui (vere falsone non quaerimus) [6]) dicitur oculis se privasse." Inde efficitur, Ciceronem huic fabulae fidem non omnino adjunxisse, sed vera esset falsane dubitasse. Itaque ne prior quidem locus quem e Tusculanis quaestionibus attuli, argumento esse potest, rem huic scriptori credibilem esse visam. Quippe ibi demonstraturus de Epicuri sententia [7]) sapientem semper esse beatum, etiamsi oculorum auriumve sensibus careat, cum aliorum qui caeci fuerint, sed sapientia et eruditione excelluerint exempla proponit, tum Democriti atque Homeri. Ac caeterorum quidem nomina hic tacebo. Id tantum dicam, in hoc quod Democriti atque Homeri mentionem facit Tullius, virum praestantissimum prae festinatione qua Tusculanas conscripsit disputationes, inquirere in fabularum

---

[5]) Cicero Tuscul. disp. lib. V, 39.

[6]) sic corrigenda est vulgata.

[7]) Cf. Tuscul. disp. lib. V. c. 38.

originem noluisse, sed vulgi opiniones secutum esse. Atque haec potissimum causa est, cur non probem doctorum quorundam recentioris aetatis [8]) virorum sententiam, qui hoc uno Ciceronis loco confisi Democritum senem coecutire coepisse arbitrati sunt. Etenim nihil est, quod nos cogat, ut anilem fabellam quam de Democrito oculis capto male sedula lucifugorum hominum turba olim excogitavit, pronis hodie auribus accipiamus. His omnibus expositis libenter addo gravissimi auctoris Plutarchi testimonium, qui in libro περὶ πολυπραγμοσύνης [9]) praefracte negat, veram esse vulgatam de Democrito famam, qua hic vir sapientissimus adhibito speculo [10]) caustico oculorum aciem solis radiorum repercussu praestrinxisse perhibebatur. Verba ejus haec sunt: ἐκεῖνο μὲν ψεῦδός ἐστι, τὸ Δημόκριτον ἑκουσίως σβέσαι τὰς ὄψεις, ἀπερεισάμενον εἰς ἔσοπτρα πυρωθέντα, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν ἀνάκλασιν δεξάμενον, ὅπως μὴ παρέχωσι θόρυβον, τὴν διάνοιαν ἔξω καλοῦσαι πολλάκις, ἀλλ' ἐῶσιν ἔνδον οἰκουρεῖν καὶ διατρίβειν πρὸς τοῖς νοητοῖς, ὥσπερ παρόδιοι θυρίδες ἐμφραγεῖσαι. Quomodo alii nostra patrumque memoria et prius etiam de hoc argumento judicarint, nolo uberius persequi. Vide, si tanti est, Menag. Origines italic. voc. *abbacinare*. Gundling. Otior. part. III cap. 1 p. 51 seqq. Heumanni acta philos. vol. I p. 671. Bruckeri hist. crit. ph. vol. I p. 1180. Baelii lexic. hist. et crit. v. Démocrite adn. K (L). Tiedemanni Geist der speculativen Philosophie Tom. I p. 265. Adde eos quos laudat Bruckerus l. c.

Venio nunc ad aliam fabulam quae, nisi fallor, iisdem innititur fundamentis. Non pauci scriptores tam Graeci quam Romani inde ab Octaviani Augusti fere temporibus ajunt Democritum risisse omnes res humanas vel ut alii volunt, nunquam sine risu in publicum prodiisse. Sed ut perpetuas Heracliti lacrimas, ita risum Democriteum neque Aristoteles noverat neque quisquam veterum

---

[8]) Heumanni act. philos. vol. I p. 671. Harles. ad Fabric. Bibl. gr. vol. II p. 632.

[9]) Plutarchus περὶ πολυπραγμ. p. 521. D. (p. m. 246.)

[10]) Laberius pro *speculo* dixit *clypeum*, ut vidimus.

Graecorum quorum nobis de hujusmodi causa judicium exempli auctoritatisque loco existimandum est. Porro ipsum temporis spatium, ex quo utriusque linguae scriptores Democrito rerum humanarum despicientiam cachinno junctam ascripserunt, concinit cum eo quod infra de stultitia Abderitis afficta dicam. Quocirca non dubito, quin illa ipsa Abderitarum stupiditas quae tamen et Democrito et caeteris omnibus ejus aevi Graecis ignota fuerat, postquam petulantium hominum commentis subito nata in ore vulgi esse coepit, hanc quoque risus Democritei fabulam comminiscendi copiam dederit. Nimirum isti sic ratiocinabantur, ut qui inter fatuos, excordes ac stipites viveret, cum inania hominum studia quotidie videndo numquam non ridendi materia abundare dicerent. Adde quod Epicurus ejusque discipuli non minore arrogantia quam inscitia, qua et caeteros philosophos et omnino reliquos mortales despiciebant[11]), signum quasi hominibus sustulerant ad talem arrogantiam antiquis etiam philosophis attribuendam; siquidem qui nullo non tempore aliorum irrisor est, eum vel stultum vel arrogantem atque acerbum esse oportet. Ea igitur sors fuit Democriti, ut quum ab ineunte aetate usque ad extremum vitae halitum ad litterarum artiumque intelligentiam omnes cogitationes suas atque omnia studia contulisset quumque vitam, quoad ejus fieri posset, solitariam et ab hominum consortio remotam scribendo, meditando, herbis colligendis, dissecandis animalium cadaveribus occupatus egisset, commenticio isto risu cui inter tot tantosque labores nihil loci fuerat, a posteris in arrogantiae suspicionem adduceretur. Qui si Epicurum perpetui risus insimulassent, multo et justius hoc et commodius facere poterant. Atqui quamvis variorum auctorum verba quae nunc citaturus sum, nihil veri contineant, quo ad illustrandam vitam moresque Democriti utamur, tamen obibo illud negotium memorandi locos, ex quibus constet, quid citerior aetas commenta sit et quid senserit de re, de qua hic disputatur. Quod reliquum est in auctorum

---

[11]) cujus rei luculentum est Velleji apud Ciceronem lib. I de nat. deor. exemplum.

quorum antiquissimus Horatius est, recensu non temporis, sed materiae ordinem sequar. Seneca [12]): „Heraclitus, inquit, quoties prodierat et tantum circa se male viventium, immo male pereuntium viderat, flebat, miserebatur omnium qui sibi laeti felicesque occurrebant, miti animo, sed nimis imbecillo, et ipse inter deplorandos erat. Democritum contra ajunt nunquam sine risu in publico fuisse: adeo nihil illi videbatur serium eorum quae serio gerebantur," et alio loco [13]): „In hoc itaque flectendi sumus, ut omnia vulgi vitia non invisa nobis, sed ridicula videantur: et Democritum potius imitemur, quam Heraclitum. Hic enim quoties in publicum processerat, flebat: ille, ridebat. Huic omnia quae agimus, miseriae; illi ineptiae videbantur." Aelianus [14]) haec refert: κατεγέλα δὲ πάντων ὁ Δημόκριτος καὶ ἔλεγεν αὐτοὺς μαίνεσθαι, ὅθεν καὶ Γελασῖνον [15]) αὐτὸν ἐκάλουν οἱ πολῖται. De eodem risoris vel Γελασίνου cognomine Suidas [16]) loquitur his verbis: ἐπεκλήθη δὲ Δημόκριτος καὶ Γελασῖνος διὰ τὸ γελᾷν πρὸς τὸ κενόσπουδον τῶν ἀνθρώπων. Facete Lucianus [17]) hanc de Democrito fabulam suam in rem convertit. Sic enim colloquentes facit Jovem, Mercurium, emtorem et Democritum: ΖΕΥΣ. Μετάστησον· ἄλλον παράγαγε· μᾶλλον δὲ τὼ δύο τούτω, τὸν γελῶντα τὸν Ἀβδηρόθεν καὶ τὸν κλαίοντα τὸν ἐξ Ἐφέσου. Ἅμα γὰρ αὐτὼ πεπρᾶσθαι βούλομαι. ΕΡΜ. Κατάβητον ἐς τὸ μέσον. Τὼ ἀρίστω βίω πωλῶ, τὼ σοφωτάτω πάντων ἀποκηρύττομαι. ΑΓΟ. Ὦ Ζεῦ, τῆς ἐναντιότητος. Ὁ μὲν οὐ διαλείπει γελῶν, ὁ δέ τινα ἔοικε πενθεῖν· δακρύει γὰρ τοπαράπαν. Τί ταῦτ', ὦ οὗτος, τί γελᾷς; ΔΙΗΜ. Ἐρωτᾷς; ὅτι μοι γελοῖα πάντα δοκέει τὰ πρήγματα [18])

---

[12]) Seneca lib. II de ira cap. 10.

[13]) libro de tranquillitate cap. 15.

[14]) Aelianus lib. IV, 20; cf. lib. IV, 29.

[15]) Sic scribendum pro vulgato Γελάσινον vel, ut alii legunt Γελασινόν. Vide Etym. M. p. 793, 48 et novissimam Thesauri Stephanici editionem s. h. v.

[16]) Suidas s. v. Δημόκριτος.

[17]) Lucianus in vitarum auctione cap. 13 Tom. I p. 553 ed. Reitz.

[18]) Sic scripsi pro vulgato πράγματα, quoniam hic et paulo post in Democriti verbis ionica dialecto utitur Lucianus.

ὑμέων καὶ αὐτοὶ ὑμέες. ΑΓΟ. Πῶς λέγεις; καταγελᾷς ἡμῶν ἁπάντων καὶ παρ' οὐδὲν τίθεσαι τὰ ἡμέτερα πράγματα; ΔΗΜ. Ὥδε ἔχει· σπουδαῖον γὰρ ἐν αὐτέοισι οὐδέν, κενὰ δὲ τὰ πάντα, καὶ ἀτόμων φορὴ καὶ ἀπειρίη. ΑΓΟ. Οὔμενοὺν, ἀλλὰ σὺ κενὸς ὡς ἀληθῶς καὶ ἄπειρος, ὦ τῆς ὕβρεως, οὐ παύσει γελῶν; Juvenalis [19]) ait Democritum qui antiqua illa aetate jam inania hominum studia risu exceperit, multo majorem, si ipsius tempore degeret, risus materiam propter auctam hominum levitatem, vanitatem, luxuriam et inanem pompam habiturum fuisse. Subjiciam ipsa ejus verba:

Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus, quamquam non essent urbibus illis
Praetexta et trabeae, fasces, lectica, tribunal.
Quid, si vidisset Praetorem curribus altis
Exstantem, et medio sublimem in pulvere Circi
In tunica Jovis et pictae Sarrana ferentem
Ex humeris aulaea togae magnaeque coronae
Tantum orbem, quanto cervix non sufficit ulla?
Quippe tenet sudans hanc publicus, et sibi Consul
Ne placeat, curru servus portatur eodem.
Da nunc et volucrem, sceptro quae surgit eburno,
Illinc cornicines, hinc praecedentia longi
Agminis officia et niveos ad frena Quirites,
Defossa in loculis, quos sportula fecit amicos.
Tum quoque materiam risus invenit ad omnes
Occursus hominum, cujus prudentia monstrat
Summos posse viros et magna exempla daturos
Vervecum in patria crassoque sub aëre nasci.
Ridebat curas, nec non et gaudia vulgi,
Interdum et lacrimas; cum fortunae ipse minaci
Mandaret laqueum mediumque ostenderet unguem.

Similiter jam Horatius [20]) putavit futurum fuisse, ut plebecula Romana a Democrito, si sub Augusto viveret, derideretur. Etenim sic scribit:

Si foret in terris, rideret Democritus; seu
Diversum confusa genus panthera camelo,
Sive elephas albus vulgi converteret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipsis,
Ut sibi praebentem mimo spectacula plura;
Scriptores autem narrare putaret asello
Fabellam surdo: nam quae pervincere voces
Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra?

[19]) Juvenalis Satyr. X v. 33 — 53.
[20]) Horatius. Epist. lib. II, 1 v. 194 — 201.

Postremum locum concedam Abderitarum verbis in epistola ad Hippocratem [21]) a stulto homine, ut videbimus, conficta. Atque, ut ii quos modo excitavi scriptores nullius in hoc argumento auctoritatis sunt: ita ineptus hujus caeterarumque quae inter Hippocrateas leguntur epistolarum subjector ob tam manifestam fraudem silentio praetereundus videretur, nisi omnia quae apud antiquos de hac materia scripta reperiuntur, unum in locum cogere vellem. Sic igitur nebulo iste Abderitas Hippocrati scribere voluit: ἐκλαθόμενος γὰρ (scil. ὁ Δημόκριτος) ἁπάντων καὶ ἑωυτοῦ πρότερον, ἐγρηγορὼς καὶ νύκτα καὶ ἡμέρην, γελῶν ἕκαστα μικρὰ καὶ μεγάλα καὶ μηδὲν οἰόμενος εἶναι τὸν βίον ὅλον διατελέει.

Porro multorum fuit opinio eaque a Plinii majoris [22]) usque temporibus ducta, Democritum inter magos nomen suum professum esse. Plinii verba sunt: „Primus, quod exstet, ut equidem invenio, commentatus de ea (i. e. de magice) Osthanes, Xerxem regem Persarum bello, quod is Graeciae intulit, comitatus: ac velut semina artis portentosae sparsit, obiter infecto, quacunque commeaverat, mundo. Diligentiores paulo ante hunc ponunt Zoroastrem alium Proconnesium. Quod certum est, hic maxime Osthanes ad rabiem, non aviditatem modo scientiae ejus Graecorum populos egit. Quamquam animadverto summam litterarum claritatem gloriamque ex ea scientia antiquitus et paene semper petitam. Certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hanc discendam navigavere, exsiliis verius quam peregrinationibus susceptis. Hanc reversi praedicavere: hanc in arcanis habuere. Democritus Apollobechen Coptiten [23]) et Dardanum e Phoenice illustravit, voluminibus Dardani in sepulcrum ejus petitis: suis vero ex disciplina eorum editis: quae recepta ab aliis hominum atque transiisse per memoriam aeque ac nihil in vita mirandum est.

---

[21]) pag. 1273 Tom. II ed. Foes. oper. Hippocr. (p. 775 Tom. III ed. Kühn. Lips. 1827.)

[22]) Plin. hist. nat. lib. XXX, 1.

[23]) In aliis codd. legitur Apollonicen Captidenem.

In tantum fides istis fasque omne deest, adeo ut ii, qui caetera in viro illo probant, haec ejus esse opera inficientur. Sed frustra. Hanc enim maxime affixisse animis eam dulcedinem constat. Plenumque miraculi et hoc, pariter utrasque artes efloruisse, medicinam dico magicenque, eadem aetate illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum Graeciae bellum, quod gestum est a CCC urbis nostrae anno." Nihil unquam minus vere quam haec verba Plinius scripsit. Neque enim Democritum solum, sed Platonem quoque, Empedoclem, Pythagoram inter magos numeravit. Ac caeteros quidem in praesens omittamus, Democritum autem ab omni superstitione, omni fuco omnibusque fallaciis abhorruisse, testis ejus philosophia est, testis etiam illa fragmentorum συλλογή, quam huic operi inseruimus. Quodsi quis est inter Graecorum philosophos qui odio habuerit fallaces magorum caerimonias eorumque glaucomata et praestigias, hunc imprimis Democritum fuisse existimo. Sed quum inde a Claudii Imperatoris tempore magia per imperium Romanum magna quotidie incrementa caperet[24]), non dubitabant magicae fraudis defensores ad auctoritatem ei quam profitebantur disciplinae conciliandam antiquis philosophiae auctoribus opera magica subjicere. Quare Plinii aetate subditiva ferebantur opuscula ad Democritum auctorem a subjectoribus relata, quae una cum aliis sub libri secundi finem recensebimus. Ex his opusculis Plinius variis historiae naturalis locis mira, incredibilia, portentosa in medium profert, quae a Democrito scripta esse jam nemo credet[25]). Horum locorum nonnullos cum Gellii de his rebus judicio memorabo lib. II in explicando titulo 31 Αἰτίαι περὶ ζώων; caeteri apud ipsum Plinium legantur. Praeclare vero Gellius intellexit, deceptum fuisse naturalis historiae conditorem libellis suppositiis; quare iis quae ex Plinio excerpsit haec adjungit verba: „multa autem videntur ab homini-

[24]) Vid. Tiedemann. disput. de artium magicarum origine et propagatione. Marburgi 1787, 4 pag. 65 seqq.

[25]) Credidit olim Salmasius Exercit. Plin. in Caj. Jul Solini Polyhist. Traj. ad Rh. 1689 pag. 69.

bus male sollertibus hujuscemodi commenta in Democriti nomen data, nobilitatis auctoritatisque ejus perfugio utentibus." Plinio fortasse etiam opponere licet C. Jul. Solinum Polyhist. c. 3 ap. Salmas. Exercit. Plin. pag. 13 ed. Traj. ita scribentem: „Verum ager Corsicanus, quod in eo agro unicum est, solus edit, quem κατοχίτην vocant lapidem fatu dignissimum. Major est ceteris qui ad ornatum destinantur, nec tam gemma quam cautes. Idem impositas manus detinet, ita se junctis corporibus adnectens, ut cum ipso haereant quibus tangitur; sic ei inest velut de glutino lentiore nescio quid parque gummi. Accipimus Democritum Abderiten ostentatione scrupuli hujus frequenter usum, ad probandam occultam naturae potentiam in certaminibus quae contra magos habuit." Si unquam cum magis in Perside certavit Democritus, quod valde dubium est, e Solini verbis sequi videtur, studuisse eum rerum naturalium ope magorum artem nihil esse demonstrare. In ipsa Graecia philosophi nostri tempestate non erant magi[26]). Quapropter recte Simplicius Auscultatt. lib. II p. 65. A. ait τὴν ἀποτελεσματικήν, quae praecipua magiae pars est, Posidonii temporibus nondum ad Graecos fuisse perlatam, vel ut verba graeca allegem: τὸ τῆς ἀστρολογίας ὄνομα, μήπω τότε τῆς ἀποτελεσματικῆς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐλθούσης ἐπὶ τῆς νῦν καλουμένης ἀστρονομίας ἔφερον. Quod autem attinet ad verba: ἐμοὶ δὲ δοκέουσι οἱ πρῶτοι τοῦτο τὸ νούσημα ἀπιερώσαντες τοιοῦτοι εἶναι ἄνθρωποι οἷοι καὶ νῦν εἰσι μάγοι τε καὶ καθαρταὶ καὶ ἀγύρται καὶ ἀλαζόνες, ὁκόσοι δὴ προσποιέονται σφόδρα θεοσεβέες εἶναι καὶ πλέον τι εἰδέναι, quae reperiuntur in limine commentationis de morbo sacro[27]) Hippocrati vulgo tributae, quum alii jam viderunt, hunc libellum Hippocrati suppositum esse, tum recentissimus ejus editor Dietzius. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ; neque enim uberiore opus est disputatione, qua Democritum non fuisse magum ostendamus.

At omnium quae de Democrito ab hominibus stulte sapientibus

---

[26]) De iis loquor, quos Persico vocabulo μάγους vocabant; nam γόητας tum inter Graecos fuisse non nego.

[27]) pag. 301 ed. Foes.; pag. 588 Tom. I ed. Kühn.

excogitatae sunt fabularum nulla est, tot cum mendaciis tantoque cum verborum, quamvis inanium ornatu memoriae prodita, quam quae de Democriti insania ac de Hippocrate ad hanc curandam a Senatu populoque Abderitarum accito in epistolis legitur Hippocrati et Democrito falso ascriptis. Quod ut plane perspiciatur, breviter illarum epistolarum argumentum enarrabo postea demonstraturus, cardinem rei quem contineant esse figmentum simulque indicaturus tempus quo compositae videantur. Incipiamus ab ea epistola quam Senatus populusque Abderitanus [28]) Hippocrati scripsisse dicitur. Quum tanta esset in Democrito rerum humanarum omnium despicientia, ut mortalium res secundas atque adversas, ut quotidiana vitae negotia, mercaturam, conciones, legationes, ut magistratus, ut honores, ut gaudia et voluptates, ut singulorum tristitiam atque moerorem eorumque modo ortum modo interitum ludibrio haberet, quumque inquireret in ea, quae apud inferos fiunt ac de iis scriberet et imaginum plenum aerem esse diceret seque avium voces intelligere perhiberet ac saepenumero de nocte surgens solus placide canere videretur, quum denique nonnunquam in infinitatem omnem se peregrinari contenderet et innumerabiles eosque sui similes esse Democritos prae se ferret: hunc alioquin egregium virum, in quo universae civitatis salus niteretur, Abderitae mente captum esse rati litteras scripserunt ad Hippocratem, quas ei Amelesagoras civium suorum nomine cum aliis ad eum missus reddidit. His litteris precati sunt artis salutaris coryphaeum Aesculapio inter divos relato genere arteque conjunctum, ut non unius hominis causa, sed cunctorum Abderitarum gratia quasi totius Joniae fundator futurus urbemque ipsorum sanctiore muro circumdaturus ad Democritum sanandum veniret. Et quamvis ipsis persuasum esset, apud Hippocratem plus doctrinae quam fortunae rationem valere, tamen se maximam pecuniae summam pro restituta tanti civis sanitate daturos esse polliciti sunt. Sequitur Hippocratis responsio [29]) in hanc fere senten-

---

[28]) pag. 1273 Tom. II ed. Foes. (pag. 775 Tom. III ed. Kühn.)

[29]) pag. 1274 Tom. II ed. Foes. (pag. 778 Tom. III ed. Kühn.)

tiam scripta. Amelesagoram ait medicus eo die appulisse quo festa per totam Coorum insulam celebritas esset, quum vero ex verbis ejus vultuque intelligeret, hominem gravissimum ob negotium venisse, quod procrastinari non posset, legisse se statim populi Abderitani epistolam. In ea sibi mirabile visum esse refert, quod de unius hominis salute tota civitas sollicita sit, quasi nemo praeter hunc in ea reperiatur laudatque Abderitarum in Democritum benevolentiam atque eos beatos praedicat, quia non turres, non moenia, sed prudentium virorum consilia urbium esse propugnacula sciant. At vero artes deorum esse munera credens, homines autem naturae opera, ab ipsa natura ad conservandum hoc ejus opus, non ab Abderitis se vocari Hippocrates existimat. Addit praeterea gratis factitandam esse medicinam longaque disputatione Abderae civibus exponit, nullo pacto commoveri se posse, ut accepta mercede ex amicorum morbis ditescat. Quodsi sola divitiarum accumulandarum cupiditate arderet, hujus explendae occasionem apud Persas se habiturum fuisse, ad quos salutari arte juvandos maximis praemiis propositis ab Artaxerxe invitatus esset. Utcumque igitur res se habeat, se ad Democritum sive aegrotantem sive, quod optet non aegrotantem (fieri enim posse, ut Abderitae fallantur) vela esse daturum. Tertiam [10]), cujus hic habenda est ratio, epistolam Hippocrates dedisse traditur ad Philopoemenem Abderitam, quocum vetus ei hospitium intercederet. Hujus epistolae initio paucis verbis amico significat, se a legatis ad reddendas Abderitarum reipublicae litteras in Coorum insulam profectis ipsius quoque epistolam accepisse, qua ob promissum hospitium caeterasque res ad vitam necessarias valde laetatus sit. Deinde non dissimulat suspicionem quae perlectis Abderitarum litteris ipsi injecta esset, nullam in Democrito esse insaniam, sed eximium quoddam animi robur, quippe qui neque liberorum neque uxoris neque cognatorum neque rei familiaris neque cujusquam omnino curam habeat, sed dies noctesque solus in antris plerumque ac solitudinibus

---

[10]) pag. 1275 Tom. II ed. Foes. (pag. 781 Tom. III ed. Kühn.)

aut in arborum umbraculis aut in mollibus herbis aut juxta crebra aquarum fluenta degat. Id enim saepe accidere, ut qui litterarum discendarum desiderio teneantur, in eorum animis reliquae omnes curae prae uno sapientiae studio velut consopitae jaceant. Quemadmodum enim ministri ac ministrae in aedibus tumultuantes et concertantes, si quando repente hera eis affuerit, attoniti conquiescant, sic etiam reliquas animi cupiditates quae malorum hominibus administrae sint, ubi sapientia se in conspectum dederit, tanquam mancipia discedere. Neque vero speluncas et quietem a solis amentibus expeti, sed ab iis quoque qui quum despiciant res humanas tranquillitatem desiderent. Quum enim mens curis externis agitata corpus recreare negotiisque exsolvere volens quieti illud tradiderit, tum eam erectam circa sese veritatis locum undique contemplari, ubi non pater, non mater, non uxor, non liberi, non frater, non cognati, non ministri, non fortuna, neque omnino quidquam tumultum edat, sed omnia quae turbare soleant, timore arceantur et exclusa procul subsistant neque appropinquare audeant prae eorum qui illic habitent reverentia. Illum autem locum tenere artes, omne virtutum genus, deos, daemones, consilia certasque sententias. Denique magnum polum stellis multiplici motu agitatis tanquam corona cinctum in illa esse regione, in quam forsitan Democritus quoque ob sapientiam demigraverit. Qui quum longe remotus peregrinetur neque amplius cives suos videat, ob hunc solitudinis amorem factum esse, ut delirare putetur. Rogat postremo Hippocrates Philopoemenem, ut quoniam perturbatae urbi molestus esse nolit, hospitio se excipiat. Quarta epistola [31]) Hippocrates Dionysio Halicarnassensi narrat, Democriti gratia Abderam sibi abeundum esse, eumque rogat, ut tantisper, dum domo abesse cogatur, ille Coon profectus rei familiaris curam suscipiat et uxoris vitam, quamvis haec apud parentes interea mansura sit, diligenter observet. Quinta [32]) epistola Hippocrates Damageto scribit, se quum

---

[31]) pag. 1276 Tom. II ed. Foes. (pag. 783 Tom. III ed. Kühn.)

[32]) pag. 1276 Tom. II ed. Foes. (pag. 786 Tom. III ed. Kühn.)

apud ipsum Rhodi esset, pulcherrimam vidisse navem eumque precatur, ut hanc celerrime ad se mittat. Sibi enim ea opus esse ad iter illo tempore Abderam faciendum. Sexta epistola[33]) Hippocrates Philopoemeni Abderitae copiose exponit Aesculapii imaginem per somnium sibi ingestam esse opinanti, se jam ad Abderitanas portas pervenisse. Quumque deus porrecta manu benignum se praeberet, ait se illum precatum, ne se in curando Democrito desereret, hoc tulisse responsum: „nihil mea opera in praesentia indiges, verum haec communis tam immortalium quam mortalium dea te nunc hospitem deducet." Hanc deam ipsam fuisse Veritatem quae se ad domum, ubi paratum putaret hospitium, perduxerit. Praeterea se intuitum esse Opinionem apud Abderitas habitantem. Postea experrectum eam se hujus somnii explicationem reperisse, ut quoniam ipse deus medendi auctor discessisset, Democritum diceret medico non egere, Veritatem apud Democritum, quod sanus esset, manere, Opinionem apud Abderitas, quod aegrotarent, domicilium constituisse. Septima epistola[34]) Hippocrates Cratevam jubet herbas ad sanandum Democritum necessarias legere. Octava epistola[35]) quae Damageto inscripta est hunc certiorem facit Hippocrates, Democritum non delirare, sed sapere. Ait autem, se ad ipsum remisisse navem qua prospera usus navigatione Abderam appulisset eo die, quo se adventurum putasset. „Omnes, inquit, pro portis congregatos offendimus, nos, ut est verisimile, exspectantes, non viros solum, sed etiam mulieres atque etiam senes, pueros, infantes. Hi moerore conficiebantur, quod Democritus insaniret. Ubi autem me viderunt, laetiore spe teneri visi sunt. Inter eos Philopoemen me in hospitium ducere parabat, id quod omnibus probabatur. At ego, o Abderitae, nihil mihi prius faciendum existimo, quam ut Democritum videam. Quo audito laetati illi cum acclamationibus per forum me ad moenia in collem altum, longis densisque populis

---

[33]) pag. 1277 Tom. II ed. Foes. (pag. 788 Tom. III ed. Kühn)
[34]) pag. 1278 Tom. II ed. Foes. (pag. 790 Tom. III ed. Kühn.)
[35]) pag. 1279 Tom. II ed. Foes. (pag. 793 Tom. III ed. Kühn.)

opacatum duxerunt, unde Democriti domicilium conspiciebatur. Ipse Democritus sub umbrosa et humillima platano sedebat, brevi crassaque tunica infra humeros desinente, quam exomidem vocant, indutus, solus, discalceatus, in lapidea sella, perquam pallidus et macer, barba promissa. Juxta eum ad dextram tenuis aquula per declivem tumulum decurrens placide resonabat. Erat autem delubrum quoddam super tumulum illum, Nymphis, quantum conjicere licebat, dicatum, sponte enatis vitibus circumdatum. Democritus interim composite admodum librum super genua habebat, et alii quidam utraque ex parte ei adjacebant; porro crebra animalium cadavera quae dissecta erant, accumulata cernebantur. Interdum intentissima cura scriptioni incumbebat, interdum diu cessans meditansque quiescebat. Deinde non multo post his peractis surgens ambulabat et animalium viscera attente inspiciebat hisque depositis reversus rursus considebat. Dum haec geruntur, Abderitae tristes ac paene lacrimantes: Vides, inquiunt, o Hippocrates, Democriti vitam, vides eum insanire neque quid velit aut quid faciat nosse. Et ex his aliquis quum ejus insaniam magis etiam mihi demonstrare vellet, altos ejulatus edidit, deinde rursus ingemuit. Quo audito Democritus partim subrisit, partim cachinnos sustulit, neque quidquam amplius scribens caput frequenter concussit. At ego, Vos, inquam, Abderitae, hic manete, ubi autem ipse propius accessero virique et verba audiero et corpus videro, in quo statu versetur cognoscam. Quibus dictis placide descendi. Caeterum locus ille praeceps et pronus erat. Simulatque igitur propius accessi, forte in eum incidi, quum quid divino furore actus et concitatus scriberet. Quare substiti paullisper, tempus opportunum, dum ipse cessaret, exspectans. Sed ille non multo post, ut primum impetus fuit remissior, deposito stilo scriptorio me accedentem aspexit et: Salve, inquit, hospes. Et ego, tu quoque plurimum, inquam, Democrite, hominum sapientissime, salve." Mox Democritus audito Hippocratis nomine virum artis salutaris scientia clarum considere jussit eumque adventus causam interrogavit. Ille civitatis suae nomine legationem se obire dicens, ipsius Democriti gratia, ut

hominem sapientia et eruditione praestantem adiret, Abderam se venisse respondit. Post haec philosophus Abderitanus cum Hippocrate longissimum de hominum dementia, stultitia, insania colloquium seruit, quo risus sui vel a principe medicorum initio reprehensi causam explicuit. Quippe hominem se ridere dementia refertum, recte factis vacuum, in omnibns consiliis pueriliter ac stulte se gerentem, nullius utilitatis gratia infinitos labores exantlantem libere professus est eamque sententiam plurimis exemplis ex rerum usu, quotidianis vitae humanae negotiis atque ab ea quam plerique mortales sequuntur vivendi ratione petitis illustravit. Denique rejectis quaecunque objecerat Hippocrates, argumentorum pondere suum de rebus humanis judicium tueri conatus est. Finito sermone Democritus quasi relicta priore forma ad deorum similitudinem accessisse Hippocrati videbatur. Is philosophi hujus beneficio multis, ut ajebat, sapientiae praeceptis repletus amplissima se hospitalitatis munera in patriam reportare ratus est. Quamobrem a Democrito, perspicaci naturae humanae investigatore, discedens prae se ferre non dubitavit, se illius laudum praeconem perpetuo esse futurum. Tum Hippocrates citato gradu ad Abderitas qui velut in specula positi ipsum opperiebantur reversus magnas illis pro legatione quam ad se misissent, gratias egit, Democritum sapientissimum esse virum testatus, qui solus hominibus prudenter agendi vias monstrare posset. Haec fere in litteris ad Damagetum scriptis leguntur. Restant duae [36]) epistolae quas post habitum illud inter Democritum et Hippocratem colloquium compositas esse scriptor finxit. In his insania ab Abderitis Democrito tributa breviter commemoratur. Sed earum epistolarum argumentum, quod ad praesens institutum minus accommodatum est, hoc loco referre supersedemus. Denique a proposito alienae sunt litterae [37]) quas Hippocrates de

---

[36]) pag. 1286 Tom. II ed. Foes. (pag. 814 Tom. III ed. Kühn.) et pag 1287 Tom. II ed. Foes. (pag. 818 Tom. III ed. Kühn.)

[37]) pag. 1287 Tom. II ed. Foes. (pag. 819 Tom. III ed. Kühn.) et pag. 1288 Tom. II ed. Foes. (pag. 823 Tom. III ed. Kühn.)

de purgatione veratro facta Democrito et quas Democritus de de natura humana Hippocrati inscriptas confecisse feruntur. Multi inter doctos recentioris aetatis viros has omnes epistolas pro genuinis habuerunt [38]): sed suppositas esse primus intellexit Jos. Scaliger qui ep. CCCVI ad Everh. Vorstium: „De epistolis Hippocratis, inquit, quod ex me quaeris, antiquas esse scio, ut Democriti, Solonis, Pittaci Mitylenaei, quae apud Laertium leguntur. Sed quia omnes illas, quae illis philosophis a Laertio attribuuntur, multis argumentis confictas esse a Graecis — probare possum, ideo, cur et de his Hippocrateis dubitem, justissima causa est. Et certe, si animi nervos intendere velim, facile, non esse Hippocratis, vincam. Unicuique judicium suum relinquimus: tutius tamen est de eo dubitare, quod facilius est confutare, quam asserere." Easdem epistolas spurias esse judicarunt Menagius Comm. ad Laert. IX, 42, Clericus hist. med. P. I l. III c. 31 p. 458, Hieronymus Mercurialis in nov. bibl. Hal. tom. III, 29 p. 816. Conringius de medic. Hermet. lib. I c. 9 p. 87, Heumannus in Act. erud. Lips. mens. Octob. 1713 p. 458 seqq. et in Actis philos. vol. I p. 670 seqq. Bruckerus hist. crit. phil. vol. I p. 1183. Inter hos illi quos postremo loco citavi, Heumannus et Bruckerus hancce materiam diligentius quam caeteri tractarunt. Hi igitur ob jejunam quae in istis epistolis inest philosophiam, ob declamatorium et scholasticum scribendi genus, quod a simplici veterum oratione valde abhorret atque in artificiosa locorum descriptione et eorum quae ad rem minime faciunt commemoratione cernitur, denique ob multas quarum plenae sunt ineptias has epistolas Hippocrate et Democrito indignas esse statuerunt. Quumque neminem eruditorum fugiat, rhetores et sophistas primis post Chr. n. saeculis argumenta antiquioris aevi cupide quaesivisse, quibus stilo ornandis eloquentiam pararent summique, ut tum

---

[38]) Thom. Stanlejus X p. 889 seqq. Christ. Thomasius hist. sapient. et stult. T. II p. 8 seqq. Chrysost. Magnenus in Democrito reviviscente pag. 24 ed. Hag. Petr. Lotichius Comment. ad Petron. lib. I c. 19 p. 131 — 145.

homines existimabant, disserendi artifices evaderent: secundi [39]) vel tertii saeculi sophistam harum lucubrationum auctorem esse illi quos citavi viri docti sibi persuaserunt. Quae quamvis ita se habeant, tamen caput rei eorum qui de his epistolis scripserunt [40]), neminem vidisse miramur. Etenim Democriti tempore Abderitae nondum pro stultis habebantur. Nec mirum. Nam si recte factis laus et honos debetur, immortali gloria dignissima fuit Abdera, siquidem magnum clarorum in litteris virorum proventum parva haec tulerat civitas. Quippe plurimi Abderitae ab iis qui illustrium virorum catalogos confecerunt, memorabantur [41]). Quos inter praeter Democritum Protagoras et Anaxarchus philosophi, Hecataeus historicus, Nicaenetus, heroicorum carminum scriptor, nomina sua profitebantur. Neque vero desunt loci in veterum scriptis, quos ad Abderae laudem potius quam vituperationem referas. Hujusmodi sunt illa quae apud Strabonem [42]) legimus verba: Καὶ ἡ Τέως [43]) δὲ ἐπὶ Χερρονήσου ἵδρυται, λιμένα ἔχουσα· ἔνθεν

---

[39]) secundo saeculo has epistolas nondum scribi potuisse infra pluribus verbis probabimus.

[40]) Postremus est Theod. Ca. Schmidt qui censuram epistolarum quae Hippocrati tribuuntur Jenae 1813 edidit.

[41]) Stephanus Byzantius s. v. Ἄβδηρα· Πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται. Νικαίνετος ἐποποιός, καὶ Πρωταγόρας κ.τ.λ.

[42]) Strabo lib. XIV p. 644 §. 30 ed. Siebenk. et Tzschuck.

[43]) Teji enim, ut tradit Herodotus lib. I, 168, simulatque urbem suam per aggerem ab Harpago, Cyri satrape, captam viderunt, omnes vasis collectis et conscensis navibus in Thraciam trajecerunt ibique denuo condiderunt Abderam, quam olim Timesius Clazomenius fundare aggressus erat. Tejorum colonia facta est Abdera centum et duodecim annis post Clazomeniorum adventum, hoc est, Olymp. 59 anno 1 vel 2 Cf. Voss. ad Pomp. Mel. II, 2 et Salmas. Plinian. Exercit. in Solin. Polyhist. c. X p. 114 ed. Ultraj. Clazomenii autem Olympiadis trigesimae primae altero anno rebus suis florentibus huc miserant coloniam Timesio duce quem ait Herodotus nullum inde fructum percepisse, sed a Thracibus esse expulsum. Herodoti verba sunt: παραπλήσια δὲ τούτοισι καὶ Τήϊοι ἐποίησαν· ἐπεί τε γὰρ σφέων εἶλε χώματι τὸ τεῖχος Ἅρπαγος, ἐσβάντες πάντες ἐς τὰ πλοῖα οἴχοντο πλέοντες ἐπὶ τῆς Θρηϊκίης, καὶ ἐνθαῦτα ἔκτισαν πόλιν Ἄβδηρα· τὴν πρότερος τούτων Κλαζομένιος Τιμήσιος κτίσας οὐκ ἀπώνητο, ἀλλ' ὑπὸ Θρηίκων ἐξελαθεὶς τιμὰς νῦν ὑπὸ Τηίων τῶν ἐν Ἀβδήροισι ὡς ἥρως ἔχει.

δ' ἐστὶν Ἀνακρέων [44]) ὁ μελοποιὸς, ἐφ' οὗ Τήϊοι τὴν πόλιν ἐκλιπόντες, εἰς Ἄβδηρα ἀπῴκησαν, Θρᾳκίαν πόλιν, οὐ φέροντες τὴν τῶν Περσῶν ὕβριν· ἀφ' οὗ καὶ τοῦτ' εἴρηται· Ἄβδηρα, καλὴ Τηΐων ἀποικία. Πάλιν δ' ἐπανῆλθόν τινες αὐτῶν χρόνῳ ὕστερον.

Omnino tum demum Graecia irrisisse Abderae incolas videtur, quum post bella intestina perpetuasque discordias ne Macedonica quidem servitute finitas a Romanis sub jugum missa suosque contemnere docta antiquam civitatum suarum gloriam oblivisceretur. Neque enim ante Ciceronis aetatem ullus apud Graecos Latinosve scriptores locus reperitur, quo jam prius Abderam stultitiae sedem vocitatam esse ostendi queat [45]). Post illud tempus multi scriptores

---

[44]) Negari non potest, mellitissimum lyricorum Anacreontem aliquod vitae spatium apud Abderitas transegisse. Videtur autem, posteaquam Athenis, deinde apud Polycratem Samium, tum rursus in patria Teo fuerat, orta Histiaei seditione Olymp. 71, denuo relicta patria, apud Tejos Abderitanos consenuisse. At fortasse jam Olymp. 59, 2 cum caeteris Tejis, quo tempore admodum juvenis fuisse putandus est, Abderam demigravit. Apud Suidam v. Τέω haec solum leguntur: Ἀνακρέων Τήϊος, λυρικὸς ὁ μελοποιός, διὰ τὴν Ἰστιαίου ἐπανάστασιν ἐκπεσὼν Τέω ᾤκησεν Ἄβδηρα ἐν Θρᾴκῃ.

[45]) Saepius Abderae ejusque incolarum meminerunt Graeci scriptores qui ante illud tempus vixerunt. Neque tamen unquam contemtim hoc faciunt. Cf. Herodot. lib. I, 128; lib. VI, 46; lib. VII, 109 et 126; lib. VIII, 120. Thucyd. lib. II, 97. Hippocr. lib. III de morb. vulg. sect. 7. pag. 1102, 1103, 1104, 1106, 1108, 1111 ed. Foes. Anacreon. epigr. p. 296 ed. Fisch. II. Duo tantum proferuntur testimonia quibus jam antiquitus vecordes fuisse Abderitas viri docti vincere conati sunt. Alterum est in oratione de foedere cum Alexandro p. 218, 10 Steph., quam alii Demosthenis, alii Hyperidis esse volunt; alterum in Machonis Sicyonii fragmento apud Athenaeum VIII, 41 p. 349. B. Oratoris verba sunt: —— ἀλλ' εὐτυχοῦσιν, ὅτι ἐναποχρῶνται τῇ ὑμετέρᾳ ῥᾳθυμίᾳ τῇ οὐδὲ τῶν δικαίων ἀπολαύειν προαιρουμένῃ· ὃ καὶ ὑβριστικώτατον συμβέβηκεν, εἰ οἱ μὲν ἄλλοι Ἕλληνες καὶ βάρβαροι ἅπαντες τὴν πρὸς ὑμᾶς ἔχθραν φοβοῦνται, οὗτοι δ' οἱ νεόπλουτοι μόνοι καταφρονεῖν ὑμᾶς ὑμῶν αὐτῶν ἀναγκάζουσι, τὰ μὲν πείθοντες, τὰ δὲ βιαζόμενοι, ὥσπερ ἐν Ἀβδηρίταις ἢ Μαρωνείταις, ἀλλ' οὐκ ἐν Ἀθηναίοις πολιτευόμενοι. Horum verborum sensus est: Sed fortunati sunt Macedones, quod interim vestra fruuntur ignavia, quae ne jus quidem suum persequi unquam instituit (quamvis oporteat vos bellum inferre Macedonibus qui foedus non solum cum caeteris Graecis, verum etiam vobiscum ictum pluribus rebus violarunt). Atque hoc contumeliosissimum est, quod reliquis

certatim Abderitis dementiam, stuporem, ingenii tarditatem ac

---

Graecis et barbaris omnibus vestras inimicitias metuentibus novitii isti nuperisque suis divitiis elati Macedones eo vos redigunt, ut vobis ipsis (jam) contemtui sitis, alia vobis persuadendo, alia vi extorquendo, tanquam inter Abderitas aut Maronitas (parvorum oppidorum incolas quos impune ex libidine tractare atque injuriis afficere licet): non vero, ut inter Athenienses (amplissimae ac potentissimae urbis cives qui injurias ab hostibus illatas propulsare solent) rempublicam administrantes (i. e. Atheniensibus imperantes [ἄρχοντες]: qua tamen voce quum nihil ad dolorem acerbius civibus ejus illo tempore accidere posset, non dixit orator nisi *inter Athenienses rempublicam administrantes*.) Nolim uberius refutare interpretum commenta, ex quibus Hier. Wolfius hunc locum perperam vertit et explicuit, Reiskius erroris Wolfiani affinis fuit. Hic enim Abderitarum dementiae nec vola nec vestigium exstat. Transeo ad Machonis Sicyonii fragmentum apud Athenaeum l. l. De hoc C. Fr. Hermannus in Abderae oppidi historia e fontibus hausta (Versuch einer urkundlichen Geschichte von Abdera in Allg. Schulzeitung Mai. 1830 nr. 64 col. 516) ita judicavit: „Die erste und alteste Anspielung auf Abderas Verrufenheit findet sich wohl in einem Bruchstucke des Machon aus Sicyon bei Athenaeus VIII, 41 p. 349. B., wo dieser Zeitgenosse des Ptolemaeus Evergetes und seiner Nachfolger folgenden Witz des Citharoeden Stratonicus aus Athen, der nach Alexanders Tode lebte, berichtet: Als nämlich dieser einst, um einem musikalischen Wettstreite beizuwohnen, nach Abdera gekommen sei, so habe er wahrgenommen, wie dort fast jeder Bürger seinen eignen Herold habe und durch diesen nach Willkühr einen Neumond ausrufen lasse, überhaupt für die Anzahl der Bürger viel zu viel Herolde da seien. Er habe also plötzlich angefangen, mit starr auf die Strafse gerichteten Augen auf den Fufsspitzen einherzugehen und auf die Frage nach dem Grunde geantwortet, er fürchte auf einen Herold zu treten und sich zu spiefsen. Doch würde selbst diese Stelle, an sich betrachtet, namentlich da der Witz desselben Lustigmachers auch noch andere Stadte trifft, nichts beweisen als die Entvolkerung der Stadt und eine gewisse Ungewifsheit der Zeitbestimmung, wie sie wohl in mancher griechischen Demokratie Folge der Unfahigkeit oder Sorglosigkeit der Behorden gewesen sein mag, und wie sie Aristophanes (Wolken v. 611 ff.) höchst komisch persiflirt." Equidem ingenue fateor, me in illo, de quo loquitur Hermannus, fragmento, nihil indicii invenire, quo adducar, ut jam Machonis tempore male audivisse Abderitas statuam. Ubicunque fere Cicero Abderae atque Abderitarum meminit, eorem non tam stuporem quam animi levitatem et inconstantiam quae stultitiae proxima est, traducit. Nam in epist. ad Att. IV, 16: Messala, inquit, noster et ejus Domitius competitor liberalis in populum valde fuit. Nihil gratius. Certi erant Consules scilicet. At Senatus decrevit, ut tacitum judicium ante comitia fieret. Ab iis consiliis, quae erant sortita in singulos candidatos, magnus timor candidatorum. Sed quidam judices, in his Opi-

tenebras, fatuitatem ac desipientiam exprobrarunt. Atque alii

---

mius ex tribu Velina, ex Tromentina Antius tribunos plebis appellarunt, ne injussu populi judicarent. Res cedit. Comitia dilata ex senatus consulto, dum lex de tacito judicio ferretur. Venit legi dies; Terentius intercessit. Consules qui illud levi brachio egissent, rem ad senatum detulerunt. *Hic Abdera*, non tacente me. Dices, tamen tu non quiescis? ignosce, vix possum. Veruntamen, quid tam ridiculum? Senatus decreverat, ne prius comitia haberentur, quam lex lata esset: si qui intercessisset, res integra referretur. Coepta ferri leviter; intercessum non invitis; res ad Senatum; de ea re ita censuerunt, comitia primo quoque tempore haberi esse e re." Verborum *hic Abdera* sensum sic exprimit Manutius: „hic summa fuit Senatorum stultitia, ut Abderitae viderentur." Idem ad verba *non tacente me* observat: „reprehendente levitatem stultitiamque Senatorum, qui quum antea decrevissent, ut ante comitia tacitum judicium fieret, mox decernerent, ut primo quoque tempore comitia fierent, omisso tacito judicio." In iisdem ad Atticum epistolis lib. VII, 7 §. 5 ita scribit Tullius: „De honore nostro, nisi quid occulte Caesar per suos tribunos molitus erit, caetera videntur esse tranquilla. Tranquillissimus autem animus meus qui totum istud aequi boni facit, et eo magis, quod jam a multis audio constitutum esse Pompejo et ejus consilio, in Siciliam me mittere, quod imperium habeam. Id est Ἀβδηριτικόν. Neque enim Senatus decrevit, nec populus jussit, me imperium in Sicilia habere. Sin hoc respublica ad Pompejum defert, qui me magis, quam privatum aliquem mittat? itaque, si hoc imperium mihi molestum erit, utar ea porta, quam primam videro.' Id. de nat. deor. lib. I, 43: „Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus imprimis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare videtur in natura deorum. Tum enim censet imagines divinitate praeditas inesse in universitate rerum: tum principia mentis quae sunt in eodem universo, deos esse dicit: tum animantes imagines, quae vel prodesse nobis solent vel nocere: tum ingentes quasdam imagines tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus. Quae quidem omnia sunt patria Democriti, quam Democrito digniora." Ab his locis secernendi sunt illi quibus vox *Abderita* nihil nisi nomen gentile est. Hujusmodi duo exstant apud hunc scriptorem. Alter est de oratore lib. III cap. 32: „Quid de Prodico Ceo? Quid de Thrasymacho Chalcedonio, de Protagora Abderita loquar?" Hic nihil contemtionis, nam addit: „quorum unusquisque plurimum temporibus illis etiam de natura rerum et disseruit et scripsit." Alter locus lib. I c. 23 de nat. deor. legitur his verbis: „Quod enim omnium gentium generumque hominibus ita videretur, id satis magnum esse argumentum dixisti, cur esse deos confiteremur. Quod cum leve per se, tum etiam falsum est. Primum enim, unde notae tibi sunt opiniones nationum? Equidem arbitror, multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit. Quid? Diagoras, ἄθεος qui dictus est, posteaque Theodorus, nonne

quidem quasi jurgantes subrustice iis insultarunt[46]), alii lepidis de eorum stupiditate fabellis excogitatis magis urbane ac facete eos perstrinxerunt[47]). Inter eos quos posteriore loco nominavi numerari debet auctor epistolarum, de quibus hic agitur. Quas quum suppositicias esse satis a nobis vel hoc uno argumento demonstratum sit, quod Democriti tempore nemo Graecorum Abderitas bardos jam ac barones habuit, tamen operae pretium est videre, quid effecerit, ut haec monumenta confingerentur. Narrationis his epistolis expositae incunabula fuisse reor Athenodori verba apud Diogenem lib. IX, 42[48]), quem Athenodorum Menagius ad Laert. III, 4 Tarsensem esse existimat, qui et Alexandrinus et Cananites dictus est ac Stoicam philosophiam professus Augusti et Tiberii praeceptor fuit. Is igitur octavo Deambulationum libro, Diogene auctore, scriptum reliquerat, jussisse Democritum praesente Hippocrate qui ad ipsum venisset, afferri lac atque illud intuitum

---

aperte deorum naturam sustulerunt? nam Abderites quidem Protagoras cujus a te modo mentio facta est, Sophistes temporibus illis vel maximus, quum in principio libri sui sic posuisset, ***De diis neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere,*** Atheniensium jussu urbe atque agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti." Sed hoc posteriore loco, quoniam nomen gentile ante Protagorae nomen collocatum est, non deerunt qui dicant latere aliquid contemtionis. Siquidem illa collocatio facit, ut hunc esse verborum sensum perhibeamus: ***nam, is quidem, qui in hoc sane Abderites fuit, Protagoras.*** Potest enim Protagoras Ciceroni ineptus videri in hoc, quod libere suam de diis sententiam professus est, quae res simul et invidiosa et periculosa fuit.

[46]) Juvenalis Sat. X, 48 (Democritus) —— cujus prudentia monstrat Summos posse viros et magna exempla daturos Vervecum in patria crassoque sub aere nasci. Martial. lib. X, 25: Abderitanae pectora plebis habes. Tatianus orat. adv. Graec. p. 63 ed. Worth. Ἀβδηρολόγον dicit pro stultiloquo. Arnobius lib. X adv. gentes pag. 164 rigidam Abderitis attribuit soliditatem.

[47]) velut Lucianus initio libri de conscribendae historiae ratione.

[48]) Φησὶ δὲ Ἀθηνόδωρος ἐν τῇ Περιπάτων, ἐλθόντος Ἱπποκράτους πρὸς αὐτόν, κελεῦσαι κομισθῆναι γάλα· καὶ θεασάμενον τὸ γάλα εἰπεῖν, εἶναι αἰγὸς πρωτοτόκου καὶ μελαίνης. Ὅθεν τὴν ἀκρίβειαν αὐτοῦ θαυμάσαι τὸν Ἱπποκράτην. Ἀλλὰ καὶ κόρης ἀκολουθούσης τῷ Ἱπποκράτει, τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἀσπάσασθαι οὕτω. Χαῖρε κόρη· τῇ δὲ ἐχομένῃ. Χαῖρε γύναι. Καὶ ἦν ἡ κόρη τῆς νυκτὸς διεφθαρμένη.

dixisse, capellae primum cnixae et nigrae esse, Hippocratem vero Democriti in hujusmodi rebus diligentiam admiratum esse; porro Democritum primo die puellam Hippocratis comitem ita salutasse: *salve virgo*, postridie autem *salve mulier*, quoniam superiore nocte vitiata esset. Haec ab Athenodoro ea mente excogitata esse censemus, ut Democriti accuratam rerum naturalium scientiam traduceret[49]). Sed postquam Athenodori verbis ex Deambulationum opere forsitan paucis noto in medium prolatis Diogenes ad deridendum Democritum inscius quasi signum sustulit, non multo post alius exstitit, qui nova quaedam comminiscendo rem exiguam amplificaret atque augeret. Etenim post Laertium, quem Marci et Severi temporibus vixisse idoneis rationibus evicit Menagius initio Commentarii in primum illius scriptoris librum, Claudius Aelianus[50]), imperitus rerum diversissimarum narrator quem tertio post Chr. n. saeculo eoque fere medio floruisse constat, var. hist. lib. IV cap. 20 jam rettulit, Hippocratem in primo congressu cum Democrito in eam opinionem esse adductum, ut philosophum illum insanire putaret, sed postquam familiaritas inter eos esse coepisset, admirationi fuisse eundem philosophum Hippocrati. Non multo post Aelianum, nisi omnia me fallunt, tertii saeculi rhetor vel sophista vulgari opinione, qua nihil stultius Abderitis illo saeculo censebatur, fretus egregium ingenii specimen se editurum esse ratus est, si has epistolas, omni orationis fuco ornatas, tanquam germana antiquitatis monumenta in publicam lucem proferret. Caeterum simulatque prodierunt, mirum est, quantum fidei tam indocto fuerit architecto. Nam inde a tertio saeculo usque ad Scaligeri aetatem nemo videtur de earum epistolarum veritate et integritate

---

[49]) Apud Senecam epist. 79 jam legimus verba: Quam diu videbatur furere Democritus!

[50]) Aelian. var. hist. lib. IV cap. XX: λέγουσι δὲ οἱ αὐτοὶ (i. e. οἱ πολῖται) τὸν Ἱπποκράτην περὶ τὴν πρώτην ἔντευξιν ὑπὲρ τοῦ Δημοκρίτου δόξαν λαβεῖν ὡς μαινομένου· προϊούσης δὲ αὐτοῖς τῆς συνουσίας εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσαι τὸν ἄνδρα. Λέγουσι δὲ Δωριέα ὄντα τὸν Ἱπποκράτην, ἀλλ' οὖν καὶ τοῦ Δημοκρίτου χάριν, τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα.

dubitasse. Quare auctor vitae Hippocratis quae κατὰ Σωρανόν inscripta est [5 1]), sic ait: παρεκλήθη δὲ (ὁ Ἱπποκράτης) ὑπὸ τῶν Ἀβδηριτῶν πρὸς αὐτοὺς ἀπελθεῖν καὶ Δημόκριτον μὲν ὡς ἐν μανίᾳ θεραπεῦσαι, ῥύσασθαι δὲ λοιμοῦ τὴν πόλιν ὅλην; et Boethius lib. I cap. 1 de musica: Ut sese corporis habet affectus, ita etiam pulsus cordis motibus incitatur: quod scilicet Democritus Hippocrati medico tradidisse fertur, quum eum quasi insanum cunctis Democriti civibus id opinantibus in custodia medendi causa inviseret.

Neque tamen haec omnia a me eo consilio disputata sunt, ut Corn. Celsi aliorumque veterum opinionem, qui Hippocratem inter Democriti discipulos numerarunt, falsam esse vincerem. Quippe nihil pervagatae huic famae obstare jam tertio capite docuimus. Immo si recte conjicimus, quum Athenodorus a majoribus accepisset, Hippocratem aliquamdiu Democriti disciplina usum eumque propter singularem rerum naturalium cognitionem admiratum esse, id ipsum impulit Stoicum philosophum, ut hanc mirabilem earum rerum notitiam, quas Aristoteles aliique posteriores philosophi temporis progressu multo rectius percepisse videbantur, ea quam memoravimus narratione inventa deridendam sibi sumeret. Sed haec hactenus.

CAPUT VII.

Rejectis his fabulis pauca de Democriti caelibatu et morte dicenda supersunt, quae et ipsa fabulis non carent. Ex iis quae philosophus Abderitanus de connubio et de mulieribus judicavit fortasse colligendum est, virum in studiis assidue versantem ac matrimonium et liberorum procreationem fugientem coitumque pro parva apoplexia habentem per totam vitam fuisse caelibem [1]). Tum inter fabulas referendum erit quod est apud Antonium p. 609 [2]), Democritum interrogatum, cur, quum magnus esset, parvam duxisset uxorem, respondisse, se in malo

---

[5 1]) pag. 852 Tom. III oper. Hippocr. ed. Kühn (II, 1298 ed. Foes.).

[1]) Cf. fragm. moral. 50, 175 et seqq. usque ad 188.

[2]) Cf. fragm. moral. 180.

eligendo id quod minimum esset, elegisse. Sed si forte haec narratiuncula vera est, quod vix putaverim, statuendum videtur, malam ei obtigisse conjugem quae effecerit, ut omnino de conjugio et de femineo sexu parum honorifice sentiret.

De philosophi hujus obitu aut prorsus nihil aut certe nihil notabile relatum legebatur in Antisthenis libro, ex quo Diogenem certissima quaeque de Democriti vita protulisse vidimus. Neque enim dubitamus, quin si quid memoratu dignum hac de re ibi traditum reperisset Laertius, id fuerit memoraturus. Atqui hoc ipsum Antisthenis silentium indicio est, non esse vera mirabilia illa quae ab Hermippo Peripatetico [3]), Athenaeo, Lucretio, Luciano, Phlegonte, Marco Antonino, Antonio Melissa et Maximo, aliisque qui ad horum testimonia se applicuerunt, de hoc argumento narrata sunt. Hermippus apud Diogenem Laertium [4]) auctor est, Democritum senio confectum quum morti proximus esset, quo tempore Cerealia instarent, moerente sorore, quod fratre in festa illa celebritate morituro ipsa debitum deae officium praestare nequiret, bono illam animo esse jussisse panesque calidos sibi quotidie afferre: quos quum naribus admovisset, consecutum esse, ut quamdiu esset illa celebritas, vivum se servaret. Sed ubi tres dies festi transiissent, quietissime nulloque dolore animam efflasse. Quod eventum verum esse ratus admiratusque Diogenes [5]) hos de Democrito versus in Pammetro per lusum fudit:

Καὶ τίς ἔφυ σοφὸς ὧδε, τίς ἔργον ἔρεξε τοσοῦτον,
Ὅσσον ὁ παντοδαὴς μήνυσε Δημόκριτος;
Ὃς θάνατον παρεόντα τρὶ' ἤματα δώμασιν ἔσχε
Καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄσθμασιν ἐξένισε.

---

[3]) De hoc vide Menag. ad Diog. Laert. II, 55.

[4]) Diog. Laert. IX, 43: τελευτῆσαι δὲ τὸν Δημόκριτόν φησιν Ἕρμιππος τοῦτον τὸν τρόπον. Ἤδη ὑπέργηρων ὄντα πρὸς τῷ καταστρέφειν εἶναι. Τὴν οὖν ἀδελφὴν λυπεῖσθαι, ὅτι ἐν τῇ τῶν Θεσμοφορίων ἑορτῇ μέλλοι τεθνήξεσθαι, καὶ τῇ θεῷ τὸ καθῆκον αὐτὴν οὐ ποίησειν· τὸν δὲ θαρρεῖν εἰπεῖν καὶ κελεῦσαι αὐτῷ προσφέρειν ἄρτους θερμοὺς ὁσημέραι· τούτους δὴ ταῖς ῥισὶ προσφέρων διεκράτησεν αὐτὸν τὴν ἑορτήν. Ἐπεὶ δὲ παρῆλθον αἱ ἡμέραι (τρεῖς δὲ ἦσαν) ἀλυπότατα τὸν βίον προήκατο.

[5]) Diog. Laert. l. c. ἡμεῖς τε εἰς αὐτὸν ἐν τῇ παμμέτρῳ τοῦτον ἐποιήσαμεν τὸν τρόπον.

Similiter Tzetzes in Chiliad. III, 61.

Τοῦτον οὖν τὸν Δημόκριτον, πάνσοφον ὑπάρχμένον
Ἄλλα μυρία λέγουσι ὁρᾶσαι τῶν τεραστίων,
Καί γε τὸν Ἀιδὴν κατασχεῖν τρεῖς ὅλας ἐφ' ἡμέρας·
Ἄρτων θερμοῖς ἐν ἄσθμασι τοῦτον ξενοδοχοῦντα.

Laertii locum descripserunt Suidas s. v. Δημόκριτος et Eudocia Viol. in Villois. Anecd. Gr. I p. 135. At paulo aliter eandem rem narrat Athenaeus cujus haec sunt verba e libro II p. 46. F.: Δημόκριτον τόνδε τὸν Ἀβδηρίτην λόγος ἔχει διὰ γῆρας ἐξάξαι αὑτὸν διεγνωκότα τοῦ ζῆν, καὶ ὑφαιροῦντα τῆς τροφῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐπεὶ αἱ τῶν Θεσμοφορίων ἡμέραι ἐνέστησαν, δεηθεισῶν τῶν οἰκείων γυναικῶν μὴ ἀποθανεῖν κατὰ τὴν πανήγυριν, ὅπως ἑορτάσωσι, πεισθῆναι, κελεύσαντα μέλιτος ἀγγεῖον αὐτῷ πλησίον παρατεθῆναι· καὶ διαζῆσαι ἡμέρας ἱκανὰς τὸν ἄνδρα τῇ ἀπὸ τοῦ μέλιτος ἀναφορᾷ μόνῃ χρώμενον· καὶ μετὰ τὰς ἡμέρας [6]) βασταχθέντος τοῦ μέλιτος ἀποθανεῖν. Ἔχαιρε δὲ ὁ Δημόκριτος ἀεὶ τῷ μέλιτι· καὶ πρὸς τὸν πυθόμενον, πῶς ἂν ὑγιῶς τις διάγοι, ἔφη, εἰ τὰ μὲν ἐντὸς μέλιτι βρέχοι, τὰ δ' ἐκτὸς ἐλαίῳ. Inedia Democritum sua sponte obiisse referunt Lucianus [7]) et Phlegon [8]). Lucretius quoque lib. III vers. 1052 seqq. philosophi Abderitani mortem voluntariam fuisse scribit. Ait enim:

Denique Democritum postquam matura vetustas
Admonuit memores motus languescere mentis,
Sponte sua leto caput obvius obtulit ipse.

Ridiculum est quod apud Antonium Melissam et Maximum [9]) Serm. de morte legitur, Democritum aegrotantem, quum in le-

---

[6]) De dierum numero, per quos celebrabantur Thermophoria, cf. Casaub. ad Diog. l. c. Meurs. in Graecia Feriata et Fritsch. dissert. De Thesmophoriazus. Comici posterior. p. 2. Rostochii. 1831.

[7]) Lucian. in Macrob. Tom. III p. 221 ed. Reitz: Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατὸν ἀποσχόμενος τροφῆς ἐτελεύτα.

[8]) Phlegon Trallianus Longaev. cap. II p. 118 ed. Joh. Georg. Frid. Franz.: Δημόκριτος Ἀβδηρίτης ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα. Ἐτελεύτησε δὲ τροφῆς ἀποσχόμενος.

[9]) Anton. et Max. l. l. Δημόκριτος νοσήσας καὶ λιθάργῳ περιπεσὼν ὡς ἀνέντηψεν, οὐδέν με, ἔφη, ἐξαπατήσει ἡ φιλοζωία, καὶ ἐξήγαγεν ἑαυτὸν τοῦ βίου.

thargum incidisset posteaque ad se rediisset: *Non decipiet me amor vitae*, dixisse et se ipsum e vita eduxisse. Denique Marcus Antoninus Abderitam nostrum morbo pediculari periisse tradit lib. III περὶ τῶν εἰς ἑαυτὸν sect. 3. his verbis: Ἡράκλειτος περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐκπυρώσεως τοσαῦτα φυσιολογήσας, ὕδατος τὰ ἐντὸς πληρωθεὶς, βολβίτῳ κατακεχρισμένος ἀπέθανεν. Δημόκριτον δὲ οἱ φθεῖρες· Σωκράτην δὲ ἄλλοι φθεῖρες ἀπέκτειναν. Democriti nomen in Marci locum litterarum corruptione illatum esse vult Menagius ad Laert. lib. IX, 43 propterea quod Helladius in Chrestomathia apud Photium et Plutarchus in Sullae vita de iis loquentes qui τῇ φθειριάσει vetusta aetate consumti sunt, Democriti non fecerint mentionem. Sed in his omnibus narratiunculis ne umbram quidem veritatis inesse abunde patet ex eo quod Antisthenes apud Diogenem[10]) memoriae prodit, Democritum apud Abderitas et vivum aeneis statuis honoratum et mortuum publicis sumtibus sepultum esse. Qui enim ipse mortis suae auctor est aut foedo morbi genere absumitur: is nusquam terrarum publicis sumtibus honorifice effertur. Itaque nihil mirum in Democriti excessu accidisse existimantes senem longissimae vitae laboribus perfunctum centesimo fere anno[11]) acquiesse arbitramur.

EXCURSUS.

Praeter Abderitam alii quoque a veteribus memorantur Democriti, quorum tamen pauci clarum habuerunt nomen. Ex his praecipui sunt:

1) Democritus Chius Musicus, Abderitae aequalis teste Diogene Laertio lib. IX, 49. Meminerunt ejus Suidas s. v. χιάζειν, Pollux lib. IV cap. 9 §. 4. Aristoteles Rhetoric. III, 9. De hoc omnium optime egit Coraes ἐν Χιακῇς Ἀρχαιολογίας Ὕλῃ Ἀτακτ. Tom. III pag. 192 seqq.

---

[10]) Antisthenes ap. Diog. lib. IX, 39: (τὸν Δημόκριτον) πεντακοσίοις ταλάντοις τιμηθῆναι, μὴ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χαλκαῖς εἰκόσι, καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν δημοσίᾳ ταφῆναι, βιώσαντα ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη.

[11]) Cf. cap. III.

2) Democritus statuarius, ἀνδριαντοποιός, οὗ μέμνηται Ἀντίγονος, ait Diogenes l. c. Is fortasse est Democritus ille Sicyonius, cujus mentionem facit Pausanias Eliac. II. De Democrito statuario Plinius etiam loquitur hist. nat. XXXIV, 8. Adde inscript. ap. Sponium Miscell. p. 138.

3) Democritus Sicyonius, diversus, ut videtur, a statuario Allieno Proconsuli commendatur a Cicerone epist. ad famil. XIII, 78.

4) Democritus Ephesius, qui de templo Ephesio ac de urbe Samothrace scripsit. Cf. Diog. Laert. l. c. et Athenaeus XII, 5.

5) Democritus, ποιητὴς ἐπιγραμμάτων σαφὴς καὶ ἀνθηρός, ut ait Diogenes l. c. Hujus est epigramma εἰς Ἀφροδίτην ἀναδυομένην Anthol. lib. VII.

6) Democritus Pergamenus, ἀπὸ ῥητορικῶν λόγων inquit Diogenes l. c.; quem aliunde non novimus.

7) Democritus Nicomediensis philosophus, unus ex Dipnosophistis apud Athenaeum.

8) Democritus Naxiorum triremibus praefectus, de quo vide Herodot lib. VIII, 46.

9) Democritus, Demophontis filius Anagyrasius ab Atheniensibus ad Philippum legatus. Cf. Demosth. orat. de coron. p. 250, 15 (p. 223 ed. Bekk.)

10) Democritus, Plutarchi familiaris, quem cum Agia loquentem introducit Sympos. II, 9, 10.

11) Democritus Platonicus, cujus meminit Porphyrius in vita Plotini cap. 20. Syrian. in XII Metaph. Arist. p. 59. Vide de hoc Fabric. Bibl. Graec. vol. III. pag. 170 ed. Harles.

Nolo ex inscriptionibus aliisque monumentis eos hic excitare Democritos quorum commemoratio nihil utilitatis allatura videtur, neque de librariorum inscitia conqueri qui aliquoties pro Demetrio Democriti nomen scripserunt; id tantum moneo apud Diogenem VIII, 74 pro Democrito Troezenio Demetrium et apud Suidam v. Ἰούδας pro Democrito historico Demetrium legendum esse.

QUAESTIONUM DEMOCRITEARUM

LIBER II.

DE DEMOCRITI SCRIPTIS.

PROOEMIUM.

Constat Democritum Abderitam non modo librorum quos composuerat multitudine ac varietate unum maxime inter philosophos excelluisse, sed etiam scribendi genere clarissimis verborum luminibus distincto et prope ad poeticam granditatem elato haud paucos ejusdem aetatis scriptores ita superasse, ut a veteribus ejus oratio eximia laude ornaretur [1]). Verum in

[1]) Cicero de oratore lib. I, 11. Ornate locutus est, sicut fertur et mihi videtur, physicus ille Democritus. Id. de divin. lib. II, 64: Valde Heraclitus obscurus, minime Democritus. Quod autem Orat. c. 20 de hoc argumento ait: „sed video visum esse nonnullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam comicorum poetarum;" id non multum differt a judicio Dionysii Halicarnassensis de comp. verb. p. 370 ed. Schaef., qui Democriteum scribendi genus τῇ κοινῇ ἁρμονίᾳ adnumerat et quamvis arte et labore factum judicet, tamen cum Platonico et Aristoteleo dictionis philosophia dignae exemplum proponit. Plutarchus Convival. disput. lib. V p. 682 E. (vol. VIII p. 720 ed. Reisk.) eum δαιμονίως καὶ μεγαλοπρεπῶς locutum esse ait. Adde, quod Pyrrho venustam suam dicendi rationem Democriti imitatione consecutus esse traditur. Cf. Euseb. Praep. Evang.

illis quas omnes admirabantur dictionis virtutibus tamen peculiaria quaedam vocabula usurpavit Democritus, quae ne rerum inscios fallerent, explicari necesse fuit. Quare jam antiquis saeculis non defuerunt, qui interpretandis vocibus Democriteis vacarent. Inter eos clarum habuerunt nomen Callimachus et Hegesianax, quorum prior Suida teste s. v. Καλλίμαχος et auctore Anonymo in vita Callimachi, quae hujus operibus praeponi solet, Democriti scripta recensuerat ἐν πίναξι τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων [2]), posterior Stephano teste in Τρωϊάς simili opera huic philosopho navata περὶ τῆς τοῦ Δημοκρίτου λέξεως libellum conscripserat. Alii Democriti opiniones litterarum monumentis proditas impugnabant, vel omnino de ejus scriptis commentabantur. Namque Diogenes Laertius lib. V, 87 et 88 duo Heraclidis Pontici opuscula memorat, quorum alterum inscribebatur Πρὸς Δημόκριτον περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ (vel ut vult Fabricius Bibl. gr. vol. II p. 643 ed. Harl.,

---

pag. 731. Dubium est, quid statuendum sit de Sexti Empirici loco adv. math. lib. VII §. 265 pag. 423 ed. Fabric. ubi Democritus dicitur Jovis voci assimilari, quod intelligunt alii de suavitate ejus et perspicuitate, alii, ut Fabricius ad h. l. et Valesius ad Ammian. Marcell. XXII cap. 16 pag. 346 de eo accipiunt, quod dicta ejus fuerint certa. Huc denique referenda est illa laus, qua Timon apud Diog. Laert. lib. IX, 40 Democritum afficit. Sic autem ait:

Οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα, ποιμένα μύθων,
Ἀμφίνοον λέσχην, ἃ μετὰ πρώτοισιν ἀνέγνων.

(In his verbis pro ἀμφίνοον λέσχην scribendum esse ἀμφινόων λεσχῶν non viderunt Diogenis editores. Qua mutatione facta ferri potest quod Timon simul ad μύθους et ad appositum (τὰς) λέσχας rettulit. Sensus est: qualis fuit cordatus ille Democritus, auctor verborum dictorumque prudentiae plenorum, quae imprimis lectitavi). Quodsi in iis quae hodie supersunt fragmentis minus interdum nitet Democriti oratio, quum in summo bene dicendi studio tamen infantia quaedam hic illic appareat, nolim existimare, Ciceronem, Dionysium, Plutarchum, maximos Democriti laudatores, errasse, sed potius crediderim, non semper eundem dictionis Democriteae tenorem fuisse. Neque enim vana est conjectura, in iis libris, quos omnium primos edidit, minus bene singula elimasse philosophum Abderitanum, quam in posterioribus.

[2]) Ex hoc Callimachi opere sine dubio depromtae sunt voces Democriticae, quae hodie exstant apud Hesychium, Suidam et Aristotelis interpretes. Confer, ut alios omittam, Joh. Philop. ad Arist. de anim. B. p. 14. Harum locutionum indicem infra exhibebo.

verba πρὸς Δημόκριτον cum praecedentibus jungens, Περὶ εἰδώλων πρὸς Δημόκριτον,) alterum πρὸς τὸν Δημόκριτον ἐξηγήτεις α'. Praeterea Theophrastum testatur Diogenes lib. V, 43 et 49 duas de Democrito commentationes vulgasse, quarum una titulum περὶ τῆς Δημοκρίτου ἀστρολογίας α', altera περὶ Δημοκρίτου α' inscriptionem in fronte gerebat. Fortasse etiam in commentariis περὶ τοῦ διακόσμου (Diog. l. l.) et περὶ τῶν εἰδώλων de Democrito egit. Eundem in voluminibus quae de rerum natura confecit Democriti doctrinam frequenter respexisse cum ex iis videmus, quae ad nostram memoriam manserunt, tum ex Simplic. comm. ad Aristot. de coelo lib. III. fol. 139. B. Δημόκριτος δέ, ὡς Θεόφραστος ἐν τοῖς Φυσικοῖς ἱστορεῖ, ὡς ἰδιωτικῶς ἀποδιδόντων τῶν κατὰ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὰ τοιαῦτα αἰτιολογούντων, ἐπὶ τὰς ἀτόμους ἀνέβη. Idem de Eudemo Aristoteleo censendum. Cf. Simplic. ad Aristot. Phys. lib. III, fol. 106 et lib. IV, fol. 124. Ex citerioris aetatis scriptoribus de hoc philosopho praeclare meruit Thrasyllus edito libro qui praevius esset Democriti scriptorum lectioni. In eo enim opere cui indicem fecerat τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, ut Diogenes Laertius lib. IX, 41 et 45 docet, de Democriti vita et ingenii monumentis disputaverat. Licet vero multi citentur Thrasylli, de quibus Jonsius de scriptt. hist. ph. lib. III, cap. 3, 2 p. 13 locutus est, hunc tamen, de quo hic uberius disseremus, non esse adeo antiquum, sed quod bene conjecit idem Jonsius, eum fuisse philosophum et mathematicum qui sub Tiberio Imperatore vixit [3]), e pluribus

---

[3]) De hoc Juvenalis scholiasta ad Sat. VI, 574 ait: „*Thrasyllus multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicae sectae ac deinde mathesi, qua praecipue viguit apud Tiberium, cum quo sub honore ejusdem artis familiariter vixit: quem postea Tiberius in insula Rhodo praecipitare voluit in pelagus quasi conscium promissae dominationis. Quem dolum quum praesensisset, fugit.*" Cf. Tacit. Annal. VI, 20. Dio lib. LV p. 555 seqq. Porphyr. vit. Plotini cap. 20. Sueton. Aug. c. 98 et Tiber. c. 14 et 62 atque ibi interpretes. Notandum vero, eum Tiberio superstitem fuisse, neque ab illo esse interfectum, ut Jonsius opinatur lib. III, 3. Cf. Dio lib. LVIII pag. 638. Ejusdem Thrasylli filium Neroni imperium praedixisse Tacitus narrat Annal. VI, 22. No-

patet erroribus, in quos non incidisset, si aut vivendo attigisset Democritum, aut saltem prior aetate fuisset. Inter hos errores numeramus et eum, quod de temporis spatio, quo vixerit Democritus, falsa tradidit, et quod de Anterastis ita judicavit, ut neque, sintne Platonis an non sint compertum ei fuisse appareat, neque quibus argumentis Democrito in hoc dialogo locum vindicaverit, satis manifestum sit. Sed de utroque lapsu jam libro primo mentio facta est. Quae quamvis ita se habeant, tamen ne Thrasyllus quidem nobis despiciendus est, qui in conficiendo et Platonis et Democriti scriptionum elencho antiquiores videtur auctores secutus. Quod ut credam, pluribus adducor rationibus. Caeterum de Platonicorum dialogorum ordine prius nobis commentandum est, quam ad Democritum accedere liceat.

Ac primum quidem Thrasyllus apud Diogenem lib. III, 56 affirmat, Platonem libros suos ita dedisse foras, ut tragicorum poetarum tetralogias imitaretur, vel ut verba graeca ponam: Θρασύλαος δέ φησι καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους. Thrasyllus igitur opinabatur, quemadmodum tragici Graecorum poetae in publicis ludis ac certaminibus de palma inter sese certantes compositis quattuor fabulis in publicum prodire solebant, sic Platonem non singulos, sed quaternos dialogos argumento plerumque cohaerentes emisisse.

At-

minis varia scriptura apud Graecos est. A Latinis constanter Thrasyllus appellatur. Adde locis supra citatis hunc Juvenalis versum Sat. VI, 575: Non ibit pariter numeris revocata Thrasylli. Graece autem qui Θράσυλλος dicitur, eundem licet Θρασύλον vocare et Θρασύλαον. Vid. C. Keilium doctissime de hoc nominum genere disserentem in spec. onomatolog. gr. (Lipsiae 1840) pag. 68 et quos ibi excitat veterum scriptorum explicatores. Nam, ut unum hujusmodi nomen praeterea proferam, notissimae sunt variae ejusdem vocabuli formae Βάθυλλος, Βαθύλος, Βαθύλαος. Cf. Demosth. πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ προικὸς μητρῴας pag. 1009, 26. Steph. (pag. 265 ed. Bekker). Anthol. Pal. 7, 30. Athen. I p. 20. D. Alciph. III, 68, 6. Hinc evidens est, errasse Huebnerum qui in Diogenis Laertii editione ubique scripsit Θρασύλος pro Θράσυλλος fisus Ambrosiana Diogenis translatione laudatoque Boissonadio ad Aristaenet. epistt. p. 441. Vide ejus adn. ad Diog. lib. III, 1; IX, 41 etc., ubi codd. Θράσυλλος habent, et ad III, 56 ubi cunctae membranae in scriptura Θρασύλαος consentiunt.

Atqui si eodem Diogene [4]) auctore nonnulli, in quibus Aristophanes grammaticus fuit, dialogos Platonicos magnam partem[5]) in trilogias descripserunt a republica incipientes, ex qua cum Timaeo et Critia prima classis constaret, alii contra mutato ordine ac diversissimis rationibus operum Platonicorum classes constituerunt, hoc inter caeteros et Thrasyllum interesse judicandum est, quod caeteri quidem pro lubidine aliter atque aliter vel ipsius materiae, vel rerum tractationis, vel scribendi generis habita ratione Platonis scripta distibuerunt, hic autem singulis quas condidisse fertur classibus quattuor assignans dialogos ipsumque Platonem opera sua κατὰ τετραλογίαν publicasse contendens, non tam novi quid invenit, quam quod a veteribus acceperat intactum reliquit. Neque enim dubium est, quin multi alii eandem dividendorum Platonis operum viam rationemque probarint. Nam etiamsi Diogenes [6]) ait, a Thrasyllo primam ob argumenti similitudinem eam poni tetralogiam, qua ostendere velit, qualis philosophi vita esse debeat, atque idcirco Thrasyllus videri potest non servasse receptum dialogorum ordinem, sed quodammodo mutasse, attamen e verbis, quae lib. III, 61 indici librorum Platonicorum ad Thrasyllum auctorem relato subjungit, καὶ οὗτος μὲν οὕτω διαιρεῖ, καί τινες *atque is quidem sic dividit et* (alii) *nonnulli* (pari modo distribuunt), cogi oportet, praeter Thrasyllum alios quoque eodem modo libros Platonicos ordinasse. Huc accedit gravissima Varronis auctoritas, qui de ling. lat. libr. VII, 37 Phaedonem respiciens citat Platonem in quarto [7]). Est autem in

---

[4]) lib. III, 61: ἔνιοι δέ, ὧν ἐστι καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός, εἰς τριλογίας ἔλκουσι τοὺς διαλόγους κ. τ. λ.

[5]) Non omnes Platonis libros hac lege diviserunt, sed quum quindecim ejus volumina quinque trilogiis complexi essent, reliqua scripta sine ordine posuerunt.

[6]) lib. III, 57: πρώτην μὲν οὖν τετραλογίαν τίθησι τὴν κοινὴν ὑπόθεσιν ἔχουσαν· παραδεῖξαι γὰρ βούλεται, ὁποῖος ἂν εἴη ὁ τοῦ φιλοσόφου βίος.

[7]) Optimi codd. locum sic exhibent: *Plato in quarto de fluminibus apud inferos quae sint, de his unum Tartarum appellat; quare Tartari origo graeca.* In nonnullis legitur: *Plato in* IIII *de fl.* etc. Muellerus

Thrasylli classibus Phaedon quartus primae tetralogiae dialogus. Inde probabilis ducitur conjectura, Platonis librorum ordinem qui Thrasyllo tribuitur, et qui nunc quoque in plerisque codd. manu exaratis reperitur, jam ante Thrasyllum non tantum Varroni, sed omnibus fuisse notum, ita ut solus librorum numerus ad designandos singulos dialogos sufficeret. Jam si recte argumentamur, cum ea quam modo pronuntiavimus sententia fortasse sic conciliari potest quod memoriae prodit Thrasyllus, Platonem opera sua κατὰ τετραλογίαν foras dedisse, ut dicamus Thrasyllum, quum a veteribus accepisset, a Platone nonnullos dialogos κατὰ τετραλογίαν divulgatos esse, quumque eum quem Varro et reliqui omnes noverant dialogorum Platonicorum ordinem in membranis invenisset, hac servata librorum serie suas tetralogias constituisse. In his tetralogiis negari nequit quasdam esse Platone non indignas, veluti primam et secundam, quarum illa ex Euthyphrone, Apologia Socratis, Critone et Phaedone composita est, haec ex Cratylo, Theaeteto, Sophista et Politico constat; sed plerasque omnes minus bene materiae similitudine esse conjunctas, quasdam etiam vix ferendas videri, in promtu est. Sed enim, si primam tetralogiam cum secunda comparamus, jam haec nascitur difficultas, quod Cratylus et Theaetetus temporis ordine Euthyphronem praecedunt, id quod facile est ad intelligendum Cratyli finem cum Theaeteti argumento, ac

---

e Scioppii conjectura edidit: *„Plato in quattuor fluminibus apud inferos quae sint, in his unum Tartarum appellat; quare Tartari origo graeca,"* testem adhibens Platonem Phaedone p. 112 seqq. fabulosa de quattuor illis fluminibus narrantem. At vereor, ne Muellerus Platonem ipsum hic non inspexerit, neve cum Scioppio initium quod integrum est, male tentaverit, haud levi mendo in mediis verbis relicto. Nimirum quattuor illa flumina apud Plat. l. c. sunt Oceanus, Acheron, Pyriphlegethon et Styx sive Cocytus. Ait enim scriptor, ut bene Wyttenbachius interpretatur, postremum cognominari (ἐπονομάζεσθαι) Stygem, proprium autem ei nomen esse (ὄνομα δὲ τούτῳ ἐστί) Cocytum. Tartarum vero Plato perhibet esse hiatum, in quem fluvii omnes confluant et unde rursus effluant (εἰς γὰρ τοῦτο τὸ χάσμα συῤῥέουσί τε πάντες οἱ ποταμοὶ καὶ ἐκ τούτου πάλιν ἐκῥέουσιν). Itaque Varronis verba in hunc modum emendo: *Plato in quarto de fluminibus apud inferos loquens hiatum, in quem se effundunt, Tartarum appellat; quare Tartari origo graeca.*

Theaeteti finem cum Euthyphronis initio conferenti. Neque vero diffiteor, referri Theaetetum ad Sophistam, omninoque, si unius materiae, non temporis ducatur ratio, Cratylum, Theaetetum, Sophistam et Politicum justam haberi posse tetralogiam. Quodsi Thrasylli tetralogiae unam nobis hanc utilitatem afferunt, quod nunc quoque videmus, quo ordine jam ante ipsius aetatem Platonis scripta in vulgatis exemplaribus fuerint, quaeritur, unde ortus sit hic ordo quo in universum non minus temporis quam materiae ratio negligitur. Hujus originem inde repetendam reor, quod Plato quem verisimile est ante Socratis mortem et majora quae suscepit itinera, nihil quod litteris consignasset, emisisse, forsitan omnium prima ingenii sui monumenta junctim ediderit Euthyphronem, Socratis Apologiam, Critonem et Phaedonem, ut gratissimum erga praeceptoris manes animum testificaretur, neve posteras gentes (aequales enim omnes sciebant) ignorare sineret, quae causa mortis et qualis ipsa mors Socratis fuisset. Quae res nescio an effecerit, ut, quoniam primi, quos Platonem edidisse opinor, dialogi numero quattuor sunt, quumque fieri queat, ut postea quoque aliquando quattuor dialogos una vulgaverit, incertus rumor ad posteros serperet, Platonem opera sua omnia κατὰ τετραλογίαν luci publicae exposuisse. Enimvero huic opinioni non obstat, quod inter Platonicos qui ad nostram memoriam supersunt dialogos nonnulli reperiuntur longe illis quattuor et rudiores et imperfectiores, quos ante illos a philosopho scripto mandatos esse a verisimilitudine non abhorret, et quod multi tam argumento quam tempore illas quattuor scriptiones praegrediuntur. Neque enim necesse est, quae colloquia sive tempore prius quam alia vel a Platone perscripta vel ab iis qui colloquentes inducuntur conserta sunt sive argumento aliis sunt priora, ea etiam ante illa lucem vidisse. Quapropter forsitan non infelix sit conjector qui suspicetur, ordinem, quo Platonis opera vel vivo adhuc auctore vel mortuo prodierunt, non multum discrepare ab eo qui Varronis et Thrasylli aevo in codicibus manu exaratis erat. Veruntamen tantum abest, ut quaecunque exstant in Thrasylli catalogo eam ob rem genuina Platonis scripta esse

dicam, ut hominem nulla re minus quam critica faeultate valuisse existimem. Siquidem eos etiam dialogos Platonicos judicavit[8]), quos doctorum nostri saeculi virorum acumen e librorum Platonicorum numero exemit. Huc accedit, quod singulis libris duplicem titulum inscripsit, alterum, ut ait Diogenes[9]), a nomine, alterum a re ductum. In quo valde mihi videtur peccasse. Nam quum nomina hominum propria quae titulorum loco haud dubie jam ab ipso Platone libris imposita sunt, novis titulis qui dialogorum argumenta complecterentur, explicanda esse sibi persuasisset, nunquam ea usus est cautione, ut pluribus verbis auctoris in scribendo dialogo consilium exprimeret, sed ea quam elegit inscriptione haud raro a Platonis mente aberravit aut partem tantum propositae quaestionis attigit. Quo factum est, ut multi inferioribus saeculis posteriore inscriptione in errorem inducti male de plerisque Platonis operibus judicaverint.

Transeamus ad Democritum, cui eandem quam Platoni operam navavit Thrasyllus, scripta ejus per tetralogias digerendo. Quod ipsum testatur Diogenes Laertius lib. IX, 45 his verbis: τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θράσυλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως, ὥσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν. Ut Platonicorum librorum ordinem quem in scriptis exemplaribus deprehenderat, mea opinione sic servavit Thrasyllus, ut ei tetralogias suas aptaret: ita eum in ordinandis Democriti operibus versatum esse conjecto. Etenim multis de causis verisimile est, librorum Democriteorum elenchum qui ex Thrasylli tetralogiis depromptus apud Laertium lib. IX, 46—49 exstat, non differre, aut non multum diversum esse, in disponendis per genera locosque singulis scriptis, a vulgata ratione qua ante Thrasyllum atque adeo Democriti aetate, sive ab ipso auctore,

---

[8]) Diog. Laert. lib. III, 57: εἰσὶ τοίνυν, φησὶν (ὁ Θράσυλλος), οἱ πάντες αὐτῷ γνήσιοι διάλογοι ἓξ καὶ πεντήκοντα, τῆς μὲν πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης, τῶν δὲ νόμων εἰς δυοκαίδεκα· τετραλογίαι δὲ ἐννέα, ἑνὸς βιβλίου χώραν ἐπεχούσης τῆς πολιτείας καὶ ἑνὸς τῶν νόμων.

[9]) Diog. Laert. l. l. διπλαῖς δὲ χρῆται ταῖς ἐπιγραφαῖς ἑκάστου τῶν βιβλίων, τῇ μὲν ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, τῇ δὲ ἀπὸ τοῦ πράγματος.

sive post ejus obitum ab aliis Abderitani philosophi lucubrationes in codicibus calamo descriptis dispositae legebantur. Nam quum traditum sit ab Athenaeo lib. IV, 19 p. 168 B., ut superiore libro vidimus, Democritum ex itinere reducem apud Abderitarum judices publice recitasse opuscula περὶ τῶν ἐν ᾅδου et μέγαν διάκοσμον, necesse est, haec volumina jam a peregrinante esse conscripta, atque in primis Democriti operibus esse numeranda. Cui suspicioni non exiguum inde accedit firmamentum, quod in commentariis ethicis plures erant de peregrinis gentibus disputationes quas nonnulli, ut ex Diogene [10]) discimus, a reliquo commentariorum corpore secernentes, peculiares libellos judicabant, atque nomine argumenti naturae conveniente appellabant. Quippe commentarios sive ὑπομνήματα, quemadmodum Graecorum Latinorumque consuetudo fert, opus in itinere raptim conscriptum videtur philosophus nominasse, in quo cum nonnulla de morali philosophia dissereret, tum multa de exterarum quas tum forte lustraret gentium moribus, litteris, institutis exponeret. Denique non sine causa scriptorum Democriteorum quasi agmen illa ducit commentatio quam de Pythagora relictam hujus philosophi nomine Noster ornaverat. Quis enim credat, Democritum, quum jam Leucippi aliorumque magistrorum beneficio divinarum et humanarum rerum cognitione repletus ad sua decreta litteris mandanda animum appulisset, editisque pluribus hujus generis scriptionibus gloriam quandam esset consecutus, atque ad promovenda disciplinarum studia intentissima cura et assidua diligentia opus esse cerneret, celebrandis Pythagorae laudibus adhuc vacare potuisse [11])? Immo tale opusculum adolescenti, quam viro aut seni aptius erat. Haec autem tria quorum a me habita est mentio, Democriti opera initio librorum indicis ad nostram

---

[10]) lib. IX, 48: Τάττουσι δέ τινες κατ' ἰδίαν ἐκ τῶν ὑπομνημάτων καὶ ταῦτα· τὸ περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων, Περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων, Περὶ ἱστορίης. Χαλδαϊκὸς λόγος, Φρύγιος λόγος, Περὶ πυρετοῦ καὶ τῶν ἀπὸ νούσου βηξάντων, Νομικὰ αἴτια, Χερνικὰ ἢ προβλήματα.

[11]) Vide quae infra de hoc libello dicemus.

memoriam superstitis[12]) reperiuntur. Itaque statuo, dissertationem de Pythagorae laudibus Democritei ingenii esse primitias, ac postea librum de Orco et commentarios ethicos ante ejus in patriam reditum publicam lucem vidisse. Quod si his vestigiis insistentes illum librorum catalogum repraesentare eundem aut non valde diversum voluminum ordinem inferimus, qui in membranis ante Thrasylli aetatem atque etiam ipsius Democriti aevo erat, sive ab hoc, sive post ejus excessum ab aliis institutus, eo potissimum consilio, ut in tanta scriptorum varietate ac diversitate tam materiae, quam temporum quibus singula essent confecta, ratio haberetur, nolim sic accipi nostram sententiam, ut quum primum locum in indice obtineant opera moralia, secundum physica, tertium ea quae Diogenes vocat ἀσύνταχτα, quartum mathematica, quintum musica, sextum technica, post absoluta demum opera omnia moralia et physica et ἀσύνταχτα Democritus dicatur ad mathematica componenda se contulisse (id enim nemini probetur), sed ut, quo quis libellus prius conscriptus sit, eo priorem illi in singulis catalogi partibus locum contigisse significem. Quamobrem fieri potest, ut Democritus non modo moralia scripta, et ex physicis unum opus quod dicitur μέγας διάκοσμος, in itinere condiderit, sed ex reliquis quoque libris unam alteramve disputatiunculam ante repetitum natale solum fuderit. Verum, ut ad Thrasyllum redeamus, mirum est, in hoc elencho non esse singulorum librorum duplices inscriptiones ab eo inventas, ut in Platonico. Namque „ etsi aliquot libri dupliciter inscribuntur, velut περὶ ἀνδραγαθίης ἢ περὶ ἀρετῆς, περὶ ἀνθρώπου φύσιος ἢ περὶ σαρκός, περὶ εἰδώλου ἢ περὶ προνοίης, tamen in sexaginta librorum titulis non nisi novem hujus generis sunt. At, nonne alia est Platonis, alia Democriti scriptorum conditio? Nempe nominibus quae dialogis Platonicis indita sunt, non indicatur librorum materia et argumentum, quod contra accidit in Democriti libris, quibus qui inscripti sunt indices, iis res, de qua in singulis agitur, aperte declaratur. Idcirco in dispari scriptore non ea-

[12]) Diog. Laert. lib. IX, 46.

dem fuit Thrasyllo alterius tituli addendi vel necessitas vel cupiditas. Neque tamen dubitaverim, quin secunda inscriptio librorum omnium duplicem titulum gerentium a Thrasyllo profecta sit. Quis enim in animum inducat, Democritum sic posuisse in frontibus librorum: Περὶ γεωμετρίης ἢ γεωμετρικόν, Μέγας ἐνιαυτὸς ἢ ἀστρονομίη, Περὶ Ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείης καὶ γλωσσέων? Accedimus nunc ad ipsum catalogum, cui pristinam formam h. e. eam quae Thrasyllo probabatur [13]), sic reconciliabimus, ut illius viri docti tetralogias, pariter a Diogenis editoribus interpretibusque atque a Chrysostomo Magneno in Democrito reviviscente p. 13 seqq. et a Fabricio et Harlesio in Bibl. gr. vol. II p. 634 neglectas, restituamus. Hoc eo nobis factu facilius est, quod librorum numerum inveniri oportet, qui quaternario, ut loquuntur, numero dividi queat. Caeterum qui ante nos eadem re occupati fuerunt homines eruditi, quum de restituendis Thrasylli tetralogiis quas Laertius adnotare omisit, parum solliciti essent, plures conjecturas, quibus disjungenda conjunguntur et consocianda dissociantur, proposuerunt.

Sed ante omnia intelligitur id faciendum esse, ut tetralogias restituamus re argumentoque convenientes. Nemo certe aequo animo ferat perturbatum rerum ordinem, ut si unam eandemque tetralogiam videat res diversissimas complectentem,

---

[13]) Id solum requiritur, ut quomodo Thrasyllus Democriti opera distinxerit, planum faciamus. Num vero in scriptis quae ille germana philosophi nostri opera habuit, et quorum hodie fragmenta supersunt, nonnulla fuerint suppositicia, an omnia ejusdem auctoris: id difficilius est, quam quod nostra memoria adhuc ad liquidum possit perduci. Neque enim nobis nisi de ipsis fragmentis judicare licet. Est quidem a Suida v. Δημόκριτος mirabiliter dictum, ex omnibus Democriti libris genuinum non esse nisi magnum volumen de rerum universitate et de mundi natura ac praeterea epistolas. Verba graeca sunt: γνήσια δὲ αὐτοῦ βιβλία εἰσὶ δύο· ὅ τε μέγας διάκοσμος καὶ τὸ περὶ φύσεως κόσμου· ἔγραψε δὲ καὶ ἐπιστολάς. Sed hunc locum interpretor de genuinis Democriti operibus quae ejus critici vel grammatici aetate adhuc exstabant, ad cujus judicium Suidas hic se applicuit. Putaverim autem criticum illum tertio fere post Chr. n. saeculo vixisse, quo tempore praeter epistolas jam alia ferebantur opera Democrito auctori falso tributa. Vide finem libri primi et quae infra de eadem re dicemus.

adeo ut moralia physicis, vel mathematica musicis, vel grammatica medicis scriptis adjungantur. Quod necesse est fieri, si quis titulorum distinctionem vel a Diogenis editoribus et interpretibus, vel a Magneno, vel a Fabricio et Harlesio invectam tanquam normam servandam esse ratus, hocce negotium obeat. Nam quum ingens inter Platonis et Democriti opera discrimen in eo versetur, quod omnes fere Platonis dialogi vel ad argumentum e morali philosophia petitum, vel ad contemplandam aeternam et beatissimam numinis naturam, vel ad animi humani immortalitatem, vel ad aliam quampiam rem perenpem et immutabilem referuntur, Democriti vero libri admirabilem ac prope infinitam rerum varietatem ostendunt, quoniam hic philosophus per totum disciplinarum quae tum Graecis notae erant orbem libere vagatus praeclare inventa et excogitata litteris consignabat: planum est, tetralogias in scriptis Platonicis facilius posse ob majorem materiae similitudinem componi, in Democriticis, nisi similibus adjiciantur similia, prorsus esse ridiculas. Quibus incommodis aut defensa contra doctorum hominum opiniones vulgata apud Diogenem scriptura, aut levissimis tantum mutationibus medendum esse credidi. Sic mihi videor consecutus, ut sexaginta librorum titulis ad quindecim tetralogias revocatis moralia scripta primis duabus tetralogiis contineantur, his quattuor physicorum operum tetralogiae succedant, opuscula incomposita sive ἀσύνταχτα ad duas tetralogias redigantur, mathematici libri in tres tetralogias distribuantur, agmen denique duae musicarum scriptionum totidemque technicarum commentationum tetralogiae claudant. Quodsi in his postremis duabus librorum classibus major, quam in caeteris apparet rerum tractatarum varietas, omnia videntur ex definitione vocabulorum μουσικός et τεχνικός pendere, de quibus suo loco a nobis dicetur. De reliquo evidens est, duas illas musicorum operum tetralogias ad musicam quam vulgo vocant, ad poeticam et ad grammaticam artem spectare, technicorum autem voluminum unam tetralogiam nil nisi libros de arte salutari scriptos complecti, alteram sic comparatam esse, ut singuli libri ad singulas artes pertineant.

En igitur Democriti scripta ad Thrasylli normam in tetralogias divisa.

A. Scripta moralia.

I. 1. Πυθαγόρης.
2. Περὶ τῆς τοῦ σοφοῦ διαθέσιος,
3. Περὶ τῶν ἐν ᾅδου,
4. Τριτογένεια.

II. 5. Περὶ ἀνδραγαθίης ἢ περὶ ἀρετῆς,
6. Ἀμαλθείης κέρας,
7. Περὶ εὐθυμίης,
8. Ὑπομνημάτων ἠθικῶν η'.

B. Scripta physica.

III. 9. Μέγας διάκοσμος,
10. Μικρὸς διάκοσμος,
11. Κοσμογραφίη,
12. Περὶ τῶν πλανήτων.

IV. 13. Περὶ φύσιος πρῶτον,
14. Περὶ ἀνθρώπου φύσιος ἢ περὶ σαρκός β'.
15. Περὶ νόου,
16. Περὶ αἰσθησίων.

V. 17. Περὶ χυμῶν,
18. Περὶ χροιέων,
19. Περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν,
20. Περὶ ἀμειψιῤῥυσμιέων.

VI. 21. Κρατυντήρια,
22. Περὶ εἰδώλου ἢ περὶ προνοίης,
23. Περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν α' β' γ',
24. Ἀπορημάτων.

C. Scripta *ἀσύνταχτα*.

VII. 25. Αἰτίαι οὐράνιαι,
26. Αἰτίαι ἠέριοι,
27. Αἰτίαι ἐπίπεδοι,
28. Αἰτίαι περὶ πυρὸς καὶ τῶν ἐν πυρί.

VIII. 29. Αἰτίαι περὶ φωνέων,
30. Αἰτίαι περὶ σπερμάτων καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν,
31. Αἰτίαι περὶ ζώων γ',
32. Αἰτίαι ξύμμικτοι περὶ τῆς λίθου.

D. Scripta mathematica.

IX. 33. Περὶ διαφορῆς γνώμης,
34. Περὶ ψαύσιος κύκλου καὶ σφαίρας,
35. Περὶ γεωμετρίης ἢ γεωμετρικόν,
36. Ἀριθμοί.

X. 37. Περὶ ἀλόγων γραμμέων καὶ ναστῶν β',
38. Ἐκπετάσματα,
39. Μέγας ἐνιαυτὸς ἢ ἀστρονομίης παράπηγμα,
40. Ἄμιλλα κλεψύδρας.

XI. 41. Οὐρανογραφίη,
42. Γεωγραφίη,
43. Πολογραφίη,
44. Ἀκτινογραφίη.

E. Scripta musica.

XII. 45. Περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονίης,
46. Περὶ ποιήσιος,
47. Περὶ καλλοσύνης ἐπέων.
48. Περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων.

XIII. 49. Περὶ Ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείης καὶ γλωσσέων,
50. Περὶ ἀοιδῆς,
51. Περὶ ῥημάτων,
52. Ὀνομαστικόν.

F. Scripta technica.

XIV. 53. Πρόγνωσις,
54. Περὶ διαίτης ἢ διαιτητικόν,
55. Ἰητρικὴ γνώμη,
56. Αἰτίαι περὶ ἀκαιριέων καὶ ἐπικαιριέων.

XV. 57. Περὶ γεωργίης ἢ γεωργικόν,
58. Περὶ ζωγραφίης,
59. Τακτικόν,
60. Ὁπλομαχικόν.

Ergo litterarum monumentis Democritus illustravit, ut ex hoc scriptorum elencho patet, atque ut magis etiam e nostra explicatione quae librorum titulis infra adjungetur, patebit, non solum moralem philosophiam, verum etiam theologiam[14]), historiam[15]), physicam disciplinam et physiologiam[16]), hydroscopicen, astronomiam, scenographiam, opticen[17]), geometriam, arithmeticen, porro eas doctrinas quas nunc novis vocabulis psychologiam, chromatologiam, zoologiam, lithologiam, geologiam vocamus, praeterea botanicen, musicam, poeticen, grammaticam, medicinam, agriculturam, picturam, artem militarem. Quae quum ita sint, nemo dubitabit, quin philosophus Abderitanus in eorum fuerit numero, quorum vix singuli singulis saeculis nascuntur. Fuit ille, quamquam in caeteris dissimilis, in hoc aequabili omnium artium studio simillimus Aristotelis. Atque haud scio, an Stagirites illam qua reliquos philosophos superat eruditionem aliqua ex parte Democriti librorum lectioni debuerit. Inde illa frequens apud Aristotelem Democriti mentio est[18]). Constat

---

[14]) libro περὶ εἰδώλου ἢ περὶ προνοίης.

[15]) cf. quae dicentur de libris περὶ τῶν ἐν Ἅιδου et ἠθικῶν ὑπομνημάτων τ΄.

[16]) Inde est, quod non raro ab antiquis physicus cognominatur, quo facilius ab aliis Democritis Abderita possit distingui. Cf. Pompon. Mela lib. II cap. 2. Solin. Polyhist. cap. X. Scholiast. Apollon. lib. IV vers. 269 pag. 185. F.

[17]) vid. Montuclae histoire des mathématiques Tom. I part. I lib. III p. 141.

[18]) In iis quae aetatem tulerunt operibus septuaginta octo locis Democritum Aristoteles commemorat. Neque raro ita honorifice Democriti meminit, ut eum magni fecisse hujus judicium videas. Ex omnibus hujusmodi locis unum sufficiat allegasse, qui exstat de gen. et corr. lib. I cap. 2 vol. I p. 315 ed. Bekker. Ait autem, quum philosophorum nemo de generatione et corruptione, de incremento et mutatione nisi summatim et leviter tractarit, Democritum tamen videri omnia curae habuisse. Verba graeca sunt: Ὅλως τε δὴ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἁπλῆς λεκτέον, πότερον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστι καὶ πῶς ἐστιν, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπλῶν κινήσεων, οἷον περὶ αὐξήσεως καὶ ἀλλοιώσεως. Πλάτων μὲν οὖν μόνον περὶ γενέσεως ἐσκέψατο καὶ φθορᾶς, ὅπως ὑπάρχει τοῖς πράγμασι, καὶ περὶ γενέσεως, οὐ πάσης, ἀλλὰ τῆς τῶν στοιχείων· πῶς δὲ σάρκες ἢ ὀστᾶ ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων, οὐδέν· ἔτι οὔτε περὶ ἀλλοιώσεως οὔτε περὶ αὐξήσεως, τίνα τρόπον ὑπάρχουσι τοῖς πράγμασιν.

etiam, Diogenem Laertium lib. V, 26 tribuere Aristoteli duos libros προβλημάτων ἐκ τῶν Δημοκρίτου.

Quo magis mirandum est, tantum naturae interpretem ac tot artium disciplinarumque antistitem Democritum nusquam a Platone citatum esse. Qua de re ficta reperitur narratiuncula apud Diogenem Laertium lib. IX, 40[19]), ex Aristoxeni commentariis historicis sumta. Refert Aristoxenus, Platonem Democriti scripta, quaecunque colligere potuisset, voluisse comburere, sed abjecisse hoc consilium, Amyclae et Cliniae Pythagoricorum auctoritate commotum, qui nihil id afferre utilitatis dicerent, quum opera illa jam apud plurimos reperirentur. Addit Laertius, quamvis veterum fere omnium meminerit Plato, nusquam tamen eum Democriti jecisse mentionem, ne iis quidem locis, ubi quidpiam ei debuerit contradicere, non ignarum, se contra optimum philosophorum initurum esse certamen. Aristoxeni narratiuncula a fide abhorret, neque pluris facienda est, quam quae alibi[20]) de Platonis malignitate leguntur. Sed quaeritnr, quae fuerit causa illius silentii. Ad hanc quaestionem ab aliis aliter responderi posse, in promptu est. Dicam igitur quod sentio. Libri Democritici magnam partem ejusmodi fuerunt, ut eorum argumenta valde discreparent a Platonis dialogorum natura et materia. Quocirca Plato rarius habuit excitandi Democriti copiam et occasionem. Adde, quod uterque ejusdem prope aetatis fuit, licet minor natu sit Plato ac post

---

Ὅλως δὲ παρὰ τὰ ἐπιπολῆς περὶ οὐδενὸς οὐδεὶς ἐπέστησεν ἔξω Δημοκρίτου. Οὗτος δ' ἔοικε μὲν περὶ ἁπάντων φροντίσαι, ἧδη δὲ ἐν τῷ πῶς διαφέρει. Dolendum tantummodo, quod Aristoteles librorum Democriticorum inscriptiones nusquam laudat. Quod si fecisset, de Thrasylli elencho facilius foret judicare.

[19]) Ἀριστόξενος δὲ ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασί φησι, Πλάτωνα θελῆσαι συμφλέξαι τὰ Δημοκρίτου συγγράμματα, ὁπόσα ἠδυνήθη συναγαγεῖν· Ἀμύκλαν δὲ καὶ Κλεινίαν τοὺς Πυθαγορικοὺς κωλῦσαι αὐτόν, ὡς οὐδὲν ὄφελος· παρὰ πολλοῖς γὰρ εἶναι τὰ βιβλία ἤδη. Ὧδε δὲ ὄῆλον· (sic corr. l.) πάντων γὰρ σχεδὸν τῶν ἀρχαίων μεμνημένος ὁ Πλάτων οὐδαμοῦ Δημοκρίτου διαμνημονεύει, ἀλλ' οὐδὲ ἔνθα ἀντειπεῖν τι αὐτῷ δέοι· ὄῆλον εἰδὼς ὡς πρὸς τὸν ἄριστον οὕτω τῶν φιλοσόφων ἐρίσοιτο. (Sic leg. pro ἔσοιτο cum Luzac. Lectt. Att. p. 242.)

[20]) apud Athen. XI, 15 §. 114 sqq.

Democritum obierit. Jam si nec vivum nec mortuum iis quae scripsit, testem adhibere, aut refutare et carpere volebat Plato, justissima uti poterat excusatione. Etenim tanta fuerunt Democriti de litteris merita, ut si eum laudaret, facillime in adulationis suspicionem incurreret, si vituperaret, una cum invidiae obtrectationisque crimine et ipsius Democriti et ejus amicorum inimicitiae suscipiendiae essent. Neque tamen mihi persuasum est, ideo accidisse, ut perpetuo silentio Abderitam nostrum Plato praeteriret. Immo, nisi omnia me fallunt, pluribus locis Democritum non nominatum vel confutavit vel facetiis perstrinxit [21]). Quam rem in clarissima luce collocatam omnibus quasi spectandam exhiberemus, si in Platonici ingenii latebris certiora vestigia persequi nobis concessum esset. Nunc neque conjecturis indulgere, neque omnia ad vivum resecare placet.

Post Aristotelis tempora nulla res majus damnum Democriti scriptis attulit eaque paullatim in oblivionem adduxit, quam schola a Gargettio philosopho condita. Qui licet diuturna operum Democriteorum lectione multum profecisset [22]), ac Plutarcho teste initio Democriteum se esset professus [23]), postea tamen de eo, a quo magnam decretorum partem mutuatus erat, iniqne judicando [24]) sua auctoritate plerosque

---

[21]) Cf. Sophist. pag. 246 A. ibique Schleiermacheri adnotationem, qui Platonem a Democrito praecipue abhorruisse ratus est, quod Aristippus ejus de moribus doctrinam secutus castae Socraticorum disciplinae voluptatis maculam aspersisset. Adde Theaetet. p. 152, ubi fortasse tangit Democriti dogma memoratum a Sexto Empirico advers. Mathem. lib. VII §. 135 p. 399 ed. Fabric. νόμῳ γλυκὺ καὶ νόμῳ πικρόν, νόμῳ ψυχρόν, νόμῳ χροιή· ἐτεῇ δὲ ἄτομα μόνον καὶ κενόν. Ἅπερ νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητά, οὐκ ἔστι δὲ κατὰ ἀληθηίην ταῦτα· ἀλλὰ τὰ ἄτομα μόνον καὶ κενόν. Et paulo post ἡμέες δὲ τῷ μὲν ἐόντι οὐδὲν ἀτρεκὲς ξυνίεμεν, μεταπῖπτον δὲ κατά τε σώματος διαθιγήν, καὶ τῶν ἐπεισιόντων καὶ τῶν ἀντιστηριζόντων. Praeterea fieri potest, ut in Cratylo nonnulla a Democrito de linguarum natura et de rebus grammaticis dicta traduxerit.

[22]) Cf. Diog Laert. lib. X, 2.

[23]) lib. adv. Colot. pag. 1108 E. (vol. X pag. 560 ed. Reisk.) Καὶ πολὺν χρόνον αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνηγόρευε Δημοκρίτειον ὁ Ἐπίκουρος.

[24]) Diog. Laert. X, 8 narrat, Democritum ab Epicuro, qui Plato-

discipulos et posterioris aetatis sectatores in eandem sententiam traxit. Ac profecto, si a Lucretio [25]) et Philodemo [26]) discesseris [27]), haud facile quemquam Epicureorum invenias, qui honorifice de Democrito senserit. Quid? quod ne Stoici quidem ab insectando Democrito se abstinuerunt, cujus rei nobis documento sunt, quae Plutarchus libro adversus Stoicos p. 1079 (vol. X pag. 446 seqq. ed. Reisk.) Chrysippo opposuit. Scilicet vulgus hominum malignum et ingratum praesentibus tantum movetur, praeterita, quamvis magna, non curans. Quo factum est, ut postquam Epicurus ad bene beateque vivendum dux et auctor hominibus exstitit, pauci legerent Democriti libros, multi etiam placita ejus non satis intellecta [28]) impugnare auderent. In paucis illis qui Abderitani philosophi volumina adhuc manibus versarent, fuit Plutarchus Chaeronensis, acerrimus Democriti adversus Epicureos cum alios, tum Colotem defensor, qui non solum fragmenta aliquot ex Abderitae operibus petita servavit, sed etiam floribus Democriteis passim scripta sua conspersit [29]). Centum fere annis post Plutarchum

---

nem, Aristotelem, Protagoram, Heraclitum caeterosque omnes philosophos maledictis peteret, Ληρόκριτον nominatum esse. Procul dubio hoc nomine Democriti laudes subtilissimo de rebus naturalibus judicio partas deterere volebat. Quantum autem acumine in ejusmodi materia valuerit, abunde elucet e fragmentis librorum de animalibus. Apud Hesychium Milesium v. Ἐπίκουρος pag. 22 ed. Orell. non Ληρόκριτος, sed Λημόκριτος legitur, quod quamquam intelligi potest (vid. Hadr. Junii adnot. p. 130 ejusd. ed.), tamen ut admodum inconcinnum non putaverim Epicuri esse vocabulum.

[25]) Apud Lucretium lib. III v. 372 et iterum lib. V v. 621 leguntur verba:

Democriti quod sancta viri sententia ponit.

[26]) A Philodemo lib. IV de musica in vol. Hercul. tom. I p. 135. Democritus vocatur οὐ φυσιολογώτατος μόνον τῶν ἀρχαίων, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰ ἱστορούμενα οὐδενὸς ἧττον πολυπράγμων. Ita ipsi locum emendavimus fragm. var. arg. 4.

[27]) Fortasse Horatius quoque his adnumerandus est, quem etsi falsa quaedam de Democrito prodidisse lib. I et in adn. ad fragm. var. arg. 2 ostendimus, nusquam tamen aperte Abderitam vituperasse certum est.

[28]) Cf. Plutarch. adv. Colot. l. l. p. 561 ed. Reisk. et alibi.

[29]) velut libro de fortitudine Romanorum p. 317 (vol. VII pag. 256

Sextus Empiricus denuo philosophi nostri libros diligenti lectione contrivit. Cujus aequalis Clemens Alexandrinus attigit quidem et ipse Democritei ingenii monumenta, ex iisque pariter atque Sextus excerpta quaedam posteris reliquit, sed in his omnibus major Sexti, quam Clementis auctoritas est habenda. Ultimus qui Democriti libros evolvit, fuit Johannes Stobaeus quem Heerenius [30]) sub finem quinti saeculi vixisse existimat. Hunc videmus multa Democriti et dicta et fragmina sermonibus qui ad moralem philosophiam referuntur, (vulgo florilegium vocaut) inseruisse. Neque in altero ejus opere eclogarum nomine inscripto infrequens Democriti mentio est, sed tamen hujus operis dispar videtur esse ratio. Quaecunque enim ad mores spectantia e Democrito ibi proferuntur, ea ex ipsis fontibus a Stobaeo hausta esse apparet. Contra quae de deo, de necessitate, de mundi ortu et interitu, de stellis omninoque de rerum natura tanquam Democriti dogmata proponit auctor: ea magnam partem paucissimis enuntiata verbis ob ipsam brevitatem subobscura sunt. Inde facile conjicimus, physica Abderitae scripta ad quintum saeculum non esse propagata, et quum jam fontes exaruissent, Stobaeum ad hujusmodi res cognoscendas turbidos rivulos adire fuisse coactum. Neque enim verisimile est, virum otio affluentem ac philosophiae et ingenuarum artium studiis deditum, qui non ad vanam nominis gloriam aucupandam, sed ad Septimium filium erudiendum utrumque opus conscripserit, ipsius Democriti de rerum natura disputationes litteris consignatas neglecturum, neque planius et copiosius ejus decreta traditurum fuisse, nisi jam pridem illa librorum Democriteorum pars intercidisset. Caeteros post Chr. n. scriptores Graecos, sicubi Democriti meminerunt, ejusque verba

---

ed. Reisk.) — οὕτως ἄρα καὶ ὁ τὴν Ῥώμην ὑποβαλόμενος χρόνος μετὰ θεοῦ τύχην καὶ ἀρετὴν ἐκέρασε καὶ συνέζευξεν, ἵνα, ἑκατέρας λαβὼν τὸ οἰκεῖον, ἀπεργάσηται πᾶσιν ἀνθρώποις ἑστίαν ἱεράν, ὡς ἀληθῶς, καὶ πεῖσμα μόνιμον καὶ στοιχεῖον ἀΐδιον, ὑποφερομένοις τοῖς πράγμασιν ἀγκυρηβόλιον σάλου καὶ πλάνης, ὥς φησι Δημόκριτος.

[30]) Commentat. de fontibus Eclog. Joh. Stob. in edit. Ecl. phys. et eth. part. II Tom. II pag. 138.

afferunt, quidquid de eo commemorant, ab aliis accepisse multis ex indiciis patet. Nam Eusebium liquet fere omnia quae de Democrito dicit, ex Clementis Στρώμασιν in Praeparationem Evangelicam non sine mendis transscripsisse [31]). Idem de Theodoreto judicandum. Difficilior est de Aristotelis explanatoribus quaestio. Qui quum in commentariis suis nonnulla de Democrito observarint, quae frustra alibi quaeras, atque ad colligendas etiam librorum ejus reliquias paucissima[32]) quidem, sed non spernenda suppeditent, erunt fortasse qui opinentur, si non reliquos omnes, Simplicium tamen operum Democriteorum praesidio instructum fuisse. At huic quoque sagacissimo philosophiae antistiti omniumque Aristotelis interpretum facile principi nullum amplius praesto fuisse Democriti libellum, necessario efficitur ex ejus verbis in comm. ad lib. I de anim. fol. 6, ubi de praeceptione quadam philosophi Abderitani negat se accuratius posse judicare, quod Aristoteles non satis explicate de ea locutus sit. Si igitur sexto saeculo eo jam redacta res erat, ut ad hujusmodi dubitationem tollendam legendorum ipsius Democriti voluminum occasio deesset, atque in ea quidem urbe deesset, quae tum quoque omnis divinae humanaeque sapientiae domicilium habebatur, Athenis, ubi Simplicius ex Perside redux degebat: quaecunque majoris momenti de Democrito testatur, ex deperditis Aristotelis libris sumsisse existimandus est. Quodsi Simplicii tempore nullus jam exstabat Democriti liber, explodenda est eorum sententia, qui usque ad decimum saeculum nonnullas philosophi hujus commentationes durasse censent, Suidae verbis supra allatis inducti. Ex iis enim quae de Stobaeo et Simplicio exposita sunt, perspicue apparere arbitror, Suidam neque Magnum Diacosmum, neque volumen de mundi natura, quae sola germana esse ait Democriti opera, lectione cognita habuisse, epistolas autem non alias vidisse, nisi

---

[31]) Paucos excipio locos, ut Praep. Ev. p. 782 ed. Viger, ubi hic scriptor initium τῶν Ὑποθηκῶν, nescio unde nactus, allegat.

[32]) Simpl. ad Aristot. Phys. fol. 73. B. Δημόκριτος ἐν οἷς φησι δίνῃ ἀπὸ παντὸς ἀποκρίνεσθαι παντοίων εἰδέων κ. τ. λ. Vide fragm. phys. 6.

nisi quae hodie feruntur mutuae Hippocratis et Democriti, certissimum est. Quas epistolas tertio post Chr. natum saeculo utrique suppositas esse, sub finem primi harum Quaestionum libri, evidenter, ni fallor, demonstravi.

Restat, ad absolvendam hanc de philosophi scriptis disputationem, ut singula accuratius pertractemus.

A. SCRIPTA MORALIA [1]).

I. 1) Πυθαγόρης. Hujus operis meminit Diogenes lib. IX, 38: ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου μέμνηται (sc. ὁ Δημόκριτος) θαυμάζων αὐτὸν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι, ubi postrema verba interpretanda sunt *in libro ejusdem nominis* vel *in opere cognomini* i. e. in volumine Pythagorae nomine inscripto. Diogenis verba in Violarium transscripsit Eudocia ap. Villois. Anecd. Gr. vol. I p. 134: ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου μεμνῆσθαι, θαυμάζοντα αὐτὸν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι. Caeterum deperditum hunc Democriti librum ad cognoscendum Pythagoram ejusque dogmata dispicienda utilissimum fuisse, nemo non intelligit.

2) Περὶ τῆς τοῦ σοφοῦ διαθέσιος. Male Fabricius utrumque titulum jungit: Πυθαγόρης ἢ περὶ τῆς τοῦ σοφοῦ διαθέσιος.

3) Περὶ τῶν ἐν ᾅδου. Sic scribendum esse pro eo quod olim apud Laertium legebatur περὶ τῶν ἐν ᾅδῃ, primus vidit Menagius. Suidas voce Τριτογένεια· Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης ἔγραψε Περὶ τῶν ἐν ᾅδου. Praeterea Athenaeus lib. IV, 19 (p. 168. B.) ejusdem libri mentionem movet iis quae jam supra attulimus verbis: καὶ Δημόκριτον δ' Ἀβδηρῖται δημοσίᾳ κρίνοντες ὡς κατεφθαρκότα τὰ πατρῷα, ἐπεὶ ἀναγνοὺς αὐτοῖς τὸν Μέγαν Διάκοσμον καὶ τὰ περὶ τῶν ἐν ᾅδου εἰπὼν (leg. εἶπεν cum Huebnero ad Menag.

---

[1]) De his Diogenes Laert. lib. IX, 46 sic: ἔστι δὲ ἠθικὰ μὲν τάδε· Πυθαγόρης. Περὶ τῆς τοῦ σοφοῦ διαθέσιος. Περὶ τῶν ἐν ᾅδου. Τριτογένεια (τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι τρία γίνεται ἐξ αὐτῆς, ἃ πάντα τὰ ἀνθρώπινα συνέχει). Περὶ ἀνδραγαθίης ἢ περὶ ἀρετῆς. Ἀμαλθείης κέρας. Περὶ εὐθυμίης. Ὑπομνημάτων ἢ οἴκων (leg. ἠθικῶν)· ἡ γὰρ εὐεστὼ οὐχ εὑρίσκεται.

Comment. in Diog. Laert. lib. IX, 39)[2]) εἰς ταῦτα ἀνηλωκέναι, ἀφείθη. In hoc autem opusculo Democritus eorum conscripserat historiam, qui quum visi essent mortui, in vitam redierunt, ut patebit e Procli verbis quae subjiciam. Neque vero hanc rem mirabitur quicunque secum reputaverit, quam frequens sit apud veteres hominum ad vitam revocatorum commemoratio. Eorum igitur historiam cum alii collegerunt ante Democritum, quos hic enumerare non attinet, tum longo intervallo post Plinius Hist. Nat. lib. VII c. 53 (52 edd. vett.), ac citeriore aetate Proclus in commentario ad Platonis reipublicae lib. X (pag. 614 ed. Steph.) multa hujusmodi congessit exempla. Cf. imprimis de his narrationibus Aeneas Gaz. in Theophrast. p. 76 et J. C. Wolf. ad Centur. Liban. p. 292 et e posterioribus scriptoribus qui fabulam de Ere Pamphylio a Platone proditam respiciunt, Justin. Cohort. ad gent. p. 101; Clemens Alexandr. Strom. V p. 598 D. (T. II p. 710), ubi vid. Potter. adn.; Origen. contr. Cels. II, 16 T. I p. 402 B. ed. Paris., et ibi Spencer; Cyrill. contr. Julian. VII p. 250 C.; Theodoret. Serm. XI p. 653. Adde ob materiae cognationem Valer. Maxim. I, 8, 12; Augustin, de civit. Dei XXII, 28; Macrob. in Somn. Scip. I, 1. Inter recentiores legendi sunt Vigerus ad Eusebii praep. ev. p. 563; P. Leopard. Emendat. IX, 2; Gataker. ad M. Antonin. IV §. 48 p. 131 et Wyttenbach. ad Plutarch. de sera numinis vindicta pag. 89 seqq. Procli locus in Commentario ad Platonis de rep. libr. X (pag. 614 ed. Steph.) ex iis est vetustatis monumentis, quae fatum posteris monstrasse potius quam servasse videtur. Constat enim longe maximam partem hujus in rempublicam Platonicam commentarii intercidisse [3]) atque unicum disputationum in decimum librum exemplar manu exaratum,

---

[2]) Neque vero jam hac emendatione sententia legitimam habet formam. Sic enim erat dicendum: καὶ Δημόκριτος ὑπὸ τῶν Ἀβδηριτῶν δημοσίᾳ κρινόμενος ὡς κατεφθαρκὼς τὰ πατρῷα, ἐπεὶ ἀναγνοὺς αὐτοῖς τὸν μέγαν Διάκοσμον καὶ τὰ περὶ τῶν ἐν ᾅδου εἶπεν εἰς ταῦτα ἀνηλωκέναι, ἀφείθη. Sed non amat hanc diligentiam Athenaeus.

[3]) Quaedam ejus fragmenta adjecta sunt Basileensi Commentariorum in Timaeum editioni, quae 1534 maxima forma prodiit.

quod tertio abhinc saeculo Florentiae in bibliotheca nobilium Salvatiorum exstabat, non amplius reperiri. Cf. Burmann. Syllog. epist. tom. V p. 757; Wyttenbach. ad Plutarch. l. l.; Harles. ad Fabric. Bibl. gr. vol. III p. 92. Quo major Alexandro Moro habenda est gratia, qui olim locos nonnullos e Florentino Procli codice excerptos suis in novum testamentum adnotationibus intexuit. Is igitur ad Joh. XI, 39 p. 341 haec protulit philosophi verba ad rem nostram praecipue pertinentia: τὴν μὲν περὶ τῶν ἀποθανεῖν δοξάντων ἔπειτα ἀναβιούντων ἱστορίαν ἄλλοι τε πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἤθροισαν, καὶ Δημόκριτος ὁ φυσικὸς ἐν τοῖς περὶ τοῦ ᾅδου γράμμασι· καὶ τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον, κονώτην τοῦ Πλάτωνος ἑταῖρον, Ἐπικούριον ὄντα πάντως *** καθηγέμονος ********* μὴ ἀγνοῆσαι μηδὲ ἀγνοήσαντα ζητεῖν, πῶς τὸν ἀποθανόντα πάλιν ἀναβιῶναι δυνατόν· οὐδὲ γὰρ ὁ θάνατος ἦν ἀποσάλευσις, ὡς ἔοικε, τῆς συμπάσης ζωῆς τοῦ σώματος, ἀλλ' ὑπὸ μὲν πληγῆς τινος ἴσως τοῦ τραύματος, παρεῖτο· τῆς δὲ ψυχῆς οἱ περὶ τὸν μυελὸν ἔμενον ἔτι δεσμοὶ κατερρίζωμένη, καὶ ἡ καρδία τὸ ἐμπύρευμα τῆς ζωῆς εἶχον ἐγκείμενον ἐν βάθει· καὶ τούτου μένοντος αὖθις ἀνεκτήσατο τὴν ἀπεσβηκυῖαν ζωὴν ἐπιτηδείαν πρὸς τὴν ψύχωσιν γενομένην. Antequam ipsi de hoc loco agamus, operae pretium facturi nobis videmur, si Wyttenbachii de eo sententiam quae in adnotationibus ad Plut. libr. de sera num. vind. p. 90 legitur servatis doctissimi viri verbis hic ponamus: „Persanare quidem, inquit, integrumque hunc locum praestare meum non est, at sententiam tamen conjectura assequi licebit. Clarum enim est de *Colote Epicureo* hic sermonem esse, qui cum plerosque Philosophos tum etiam *Platonem et Democritum* exagitavit, quod notum est ex Plutarchi libro contra hunc ipsum Coloten et altero, qui inscribitur *non suaviter posse vivi secundum Epicurum.* Deinde ex Macrobio Somn. Scipion. L. I c. 2 et altero loco Procli, quem exhibet Morus p. 387, constat, Coloten (legendum enim Κολώτου pro Κλώτου) Platonis fabulam de Here Armenio deridendam sibi sumsisse. Vox καθηγέμονος autem de Democrito accipienda est, qui, cum ab eo Epicurus, quidquid in Physica valuit, desumsit Epicureorum

magister vocatus est; et Plutarchus contra Colot. p. 1110. E. omne dubium tollit, cum ait τὸν βόρβορον —— ἑαυτοῦ κατασκεδάννυσι καὶ τοῦ καθηγέμονος (Δημοκρίτου) ὁ Κολώτης. Itaque, ne reliquas mendas tentem, corrigam —— γράμμασι· ὅθεν θαυμαστὸν, Κολώτην ἐκεῖνον Πλάτωνος ἐχθρὸν ὄντα καὶ τοῦ Ἐπικουρείων πάντων καὶ ἑαυτοῦ καθηγέμονος. —— *mirum itaque est, Coloten illum et Platonis et Democriti, totius Epicureorum sectae patris, hostem hanc sententiam de redivivis convellere voluisse; et sive ignorasse, sive ignorantem non quaesivisse, quomodo mortuus qui sit reviviscere possit; cum eum Democriti de hoc argumento libri facile in viam reducere potuissent.* Talia aut non multum diversa videtur dixisse Proclus. Nam omnes, opinor, Epicurei totam de redivivis historiam ad aniles fabulas referebant, et Celsus diserte ita pronuntiavit apud Origenem lib. II p. 429." Haec Wyttenbachius cujus et explicationem et emendationem probo, nisi quod in iis quae correxit verborum collocationem immutandam censeo. Quoniam autem nonnulla tum emendanda tum supplenda reliquit, age reliqua sic sanemus, ut post ἔπειτα addamus δὲ et post verba ἐν τοῖς περὶ τοῦ ᾅδου γράμμασι scribamus: ὅθεν θαυμαστόν, Κολώτην ἐκεῖνον Πλάτωνος ἅμα τε καὶ τοῦ Ἐπικουρείων πάντων καὶ ἑαυτοῦ καθηγεμόνος ἐχθρὸν ὄντα τὰ τοῦ Δημοκρίτου δόγματα τὰ περὶ τῆς ψυχῆς εἴτε ἀγνοῆσαι εἴτε ἀγνοήσαντα μὴ ζητεῖν. Rectius enim dicitur καθηγεμόνος quam καθηγέμονος, ut hodie satis notum est. Deinde mutato perspicuitatis gratia Wyttenbachii verborum ordine lacuna post ἐχθρὸν ὄντα breviter, ut fecimus, supplenda erat, quoniam non multa deesse videbantur. Denique in locutione εἴτε ἀγνοῆσαι εἴτε ἀγνοήσαντα μὴ ζητεῖν nihil inesse quod a dicendi genere, quo utitur Proclus, abhorreat, sciunt qui hunc philosophum legendo triverunt. Supersunt alia menda. Nimirum pro ὁ θάνατος legendum est πάντοτε, pro ἴσως τοῦ τραύματος exarandum ἔσθ' ὅτε του τραύματος. Porro pro κατερριζωμένη requiritur κατερριζωμένοι. Denique εἶχον post verba ἡ καρδία τὸ ἐμπύρευμα τῆς ζωῆς mutandum est in εἶχεν. Postremo nolim tragoedias excitare in accentibus a Moro vel omissis vel

perperam positis quos omnes intactos reliquit Wyttenbachius, quum facili negotio corrigere potuisset. Quare ne manifestis vitiis luderem lectores, statim correxi ᾄδου pro ἄδου, ἀπεσβηκυῖαν pro ἀπεσβηκυΐαν, ἐπιτηδείαν pro ἐπιτήδειαν, et caetera quae molestum est enumerare. Itaque universus locus in hanc formam redigendus erit: Τὴν μὲν περὶ τῶν ἀποθανεῖν δοξάντων, ἔπειτα δ' ἀναβιούντων ἱστορίαν ἄλλοι τε πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἤθροισαν καὶ Δημόκριτος ὁ φυσικὸς ἐν τοῖς περὶ τοῦ ᾄδου γράμμασι· ὅθεν θαυμαστόν, Κολώτην ἐκεῖνον, Πλάτωνος ἅμα τε καὶ τοῦ Ἐπικουρείων πάντων καὶ ἑαυτοῦ καθηγεμόνος ἐχθρὸν ὄντα τὰ τοῦ Δημοκρίτου δόγματα τὰ περὶ τῆς ψυχῆς εἴτε ἀγνοῆσαι εἴτε ἀγνοήσαντα μὴ ζητεῖν, πῶς τὸν ἀποθανόντα πάλιν ἀναβιῶναι δυνατόν· οὐδὲ γὰρ πάντοτε ἦν ἀποσάλευσις, ὡς ἔοικε, τῆς συμπάσης ζωῆς τοῦ σώματος, ἀλλ' ὑπὸ μὲν πληγῆς τινος ἔσθ' ὅτε του τραύματος παρεῖτο· τῆς δὲ ψυχῆς οἱ περὶ τὸν μυελὸν ἔμενον ἔτι δεσμοὶ κατερρίζωμένοι καὶ ἡ καρδία τὸ ἐμπύρευμα τῆς ζωῆς εἶχεν ἐγκείμενον ἐν βάθει· καὶ τούτου μένοντος αὖθις ἀνεκτήσατο τὴν ἀπεσβηκυῖαν ζωὴν ἐπιτηδείαν πρὸς τὴν ψύχωσιν γενομένην. Haec in latinum sermonem sic licet transferre: „*Eorum historiam, qui, quamvis essent pro mortuis habiti, postea revixere, cum alii multi veterum collegerunt, tum Democritus physicus in eo quem de inferis composuit libro. Unde mirum est Colotem illum, non solum Platoni, verum etiam suo et omnium Epicureorum duci atque magistro infensum, Democriteu de animis decreta sive ignorasse sive ignorantem non quaesivisse, quomodo qui vita esset defunctus reviviscere posset. Etenim* (si Democritum sequimur auctorem) *non semper acciderat, quemadmodum videbatur, omnis sentiendi facultatis a corpore discessus, sed interdum* (vis illa vitalis ἡ ζωή) *aliquo vulnere icta opprimebatur, animae autem circa cerebrum vincula velut radicibus adhuc* (suis locis) *illigata manebant et cor animalem calorem in intimis recessibus latentem servabat: quo manente exstinctum jam spiritum animandi vi praeditum revocare consuevit.*" Quod reliquum est, hoc de inferis opusculum non ea mente a Democrito confectum fuisse statuas, ut narranda hominum qui ex orco rediissent historia

animis immortalitatem vindicaret, sed ut fabulas poetarum ingeniis inventas atque imperitae multitudini a multis inde saeculis creditas refelleret. Siquidem philosophus Abderitanus, ut alibi demonstravimus, sibi persuaserat, hominum animos e corporis vinculis elabentes illico perire, sed fieri tamen posse causis naturalibus, ut, redeunte ad eandem compagem eodem numero earundem atomorum, qui jam desiisset vivere, reviviscere-ret. Caeterum Heynii suspicionem, qui Exc. ad Iliad. ψ Tom. VIII p. 571 conjicit solam Homeri νεκυίαν a Democrito hoc opere esse refutatam, nequaquam probamus. Finem huic disputationi imponens non possum, quin memorem, auctorem epistolae quae Senatus populique Abderitani nomine ad Hippocratem scripta esse dicitur, hunc de quo disseruimus Democriti librum respicere. Ait enim T. II p. 1273 ed. Foes. (T. III p. 775 ed. Kühn.) ζητεῖ δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ περὶ τῶν ἐν Ἅιδου καὶ γράφει ταῦτα. Quod vero ad Wyttenbachii opinionem attinet, qui in disput. de animi immortalitate opusc. T. II p. 551 diserte ait Democritei hujus operis partem quandam de reviviscendi promisso tractasse, cujus mentio fit a Plinio Hist. Nat. VII, 56 (55 ed. vett.): valde vereor, ne vir eruditissimus Plinii locum non inspexerit. Quod quo certius perspiciatur, ipsa Plinii verba allegemus. „Puerilium, inquit, ista delinimentorum avidaeque nunquam desinere mortalitatis commenta sunt. (De iis loquitur, qui hominum animis immortalitatem tribuunt ad eamque tuendam variis rationibus utuntur). Similis et de asservandis corporibus hominum ac reviviscendi promissa a Democrito vanitas, qui non revixit ipse. Quae (malum) ista dementia est, iterari vitam morte?" Nusquam significat Plinius, illam reviviscendi vanitatem in libris de Orco confectis a Democrito promissam esse. Caeteroqui in hoc quoque labitur Wyttenbachius, quod pessimum auctorem Bruckerum hist. cr. ph. T. I p. 1195 excitat, qui ad Plinium, sine dubio hic errantem se applicans novum ex ejus verbis dogma Democriticum: *corpora quae perierant, reviviscunt*, colligendum opinatus est. Nihil autem a Democriti philosophia magis alienum est, quam haec reviviscendi vanitas, quae num pertineat ad fabellam a Juliano epist. 37 de Democrito

Darii consolatore narratam, de qua libro I diximus, incertum est. Certe Fabricius qui hoc conjecit Biblioth. gr. vol. II p. 642 ed. Harl. opinionem suam argumentis non probavit.

4) Τριτογένεια i. e. Minerva sive Prudentia. Adjicit Diogenes huic titulo hanc explicationem: τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι τρία γίγνεται ἐξ αὐτῆς, ἃ πάντα τὰ ἀνθρώπινα συνέχει. Res autem quae Democrito auctore humana cuncta continent atque e prudentia oriuntur, ut mox videbimus, in eo positae sunt, ut recta ineant consilia homines, ut recte eloquantur atque ut recte agant. Isaac. Tzetzes ad Lycophronis Alexandr. v. 519: Τριγέννητος, inquit, ἡ Ἀθηνᾶ, μυθικῶς, ὅτι ἐν τῷ Τρίτωνι, ποταμῷ Λιβύας, ἐγεννήθη, ὡς Ὅμηρός φησι,

—— Διὸς θυγάτηρ, κυδίστη Τριτογένεια

καὶ Αἰσχύλος μυθικῶς·

Εἶτ' ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου σπόρου
Τρίτωνος ἐν τόποις Λιβυστικοῖς.

ἢ ὅτι, κατὰ Καλλισθένην, τρίτῃ δὴ τοῦ μηνὸς ἐγεννήθη· διὸ παρ' Ἀθηναίοις ἡ τρίτη ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς. ἢ ὅτι ἐκ τῆς τριτοῦς, ἤγουν τῆς κεφαλῆς, τοῦ Διὸς ἐγεννήθη· τριτὼ γὰρ Βοιωτικῶς ἡ κεφαλή. ἢ ὅτι ἡ αὐτή ἐστι τῇ σελήνῃ· ἡ δὲ σελήνη ἀπὸ συνόδου τριταία φαίνεται. ἢ ὅτι ἡ αὐτή ἐστι τῇ ψυχῇ· τριμερὴς δὲ ἡ ψυχή· ἔχει γὰρ θυμικόν, ἐπιθυμητικὸν καὶ λογικόν. ἢ ὅτι ἡ αὐτή ἐστι τῷ ἀέρι· τρίτος δὲ ὁ ἀήρ· γεννᾶται γὰρ καὶ μετατρέπεται ἔαρι, θέρει, χειμῶνι· τὸ γὰρ παλαιὸν τριμερὴς ἦν ὁ χρόνος [4]). ἢ ὅτι ἡ αὐτή ἐστι τῇ φρονήσει· γεννηθεῖσα δὲ ἐκ τῆς τριτοῦς καὶ (corr. ἤγουν) ἐκ τῆς κεφαλῆς τρεῖν παρέχει τοῖς ἐναντίοις. ἢ ὅτι, κατὰ Δημόκριτον, τρία ταῦτα χαρίζεται, βουλεύειν καλῶς, κρίνειν ὀρθῶς, πράττειν δικαίως. Schol. ad Iliad. Θ, 39: Δημόκριτος δὲ ἐτυμολογῶν τὸ ὄνομά φησιν, ὅτι φρόνησίς ἐστιν, ἀφ' ἧς συμβαίνει τρία ἀπογεννᾶσθαι ἀγαθά, εὖ λογίζεσθαι, λέγειν καλῶς, πράττειν ἃ δεῖ. Eustathius ad Iliad. Θ' pag. 576 (696, 37) Τριτογένεια δὲ ἀλληγορικῶς ἡ φρόνησις, ἐπεὶ κατὰ Δημόκριτον τρία γίνεται ταῦτα ἐξ αὐτῆς, τὸ εὖ λογίζεσθαι, τὸ λέγειν καλῶς τὸ νοηθὲν, καὶ τὸ ὀρθῶς πράττειν

[4]) χρόνος h. l. *annus* est. Vid. Ducang. Gloss. med. et inf. Gr.

αὐτό· τελείας γὰρ ὄντως φρονήσεως τὸ νοῆσαι, τὸ εἰπεῖν καὶ τὸ ποιῆσαι πάντα καλῶς. Suidas v. Τριτογένεια· φοβερά, καταπληκτική. Et paulo post: Τριτογένεια· τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι τρία γίνεται ἐξ αὐτῆς, ἃ πάντα τὰ ἀνθρώπινα συνέχει. καὶ ἡ παροιμία εἴρηται·

παῖς μοι Τριτογενὴς εἴη, μὴ Τριτογένεια,

(Ἢ) ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν ἀνδρώδη ἐνόμιζον εἶναι, καὶ παῖδας ἄῤῥενας παρέχειν. Idem v. Τριτογενής· Ἡ Ἀθηνᾶ. Ἤτοι ὅτι ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῆς μήτρας καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διὸς ἐξῆλθε· ἢ ὅτι παρὰ Τρίτωνι τῷ ποταμῷ Λιβύης ἐγεννήθη, (φθίνοντος, ὡς καὶ Ἀθηναῖοι ἄγουσιν·) ἢ ὅτι τρίτη μετὰ Ἄρτεμιν καὶ Ἀπολλωνα ἐγεννήθη· ἢ ἐπεὶ τρίτωνα τὴν κεφαλὴν Ἀθαμᾶνες λέγουσιν· ἢ ἐπεὶ παρὰ Τρίτωνι ἐγένετο· ἢ τοῦ τρεῖν καὶ εὐλαβεῖσθαι αἰτία· ἢ γεννητική· ἢ ὅτι ἀπελούσατο ἐν τῷ Τρίτωνι, τῷ τῆς Λιβύης ποταμῷ. Post versum παῖς μοι κ. τ. λ. Ἢ a me uncis inclusum delendum videtur, nisi forte plura exciderunt. Lacuna in verbis φθίνοντος —— ἄγουσιν ex Isaac. Tzetzis adnotatione et ob ipsius loci naturam sic fortasse explenda est: ἢ ὅτι ἐγενήθη τρίτῃ Ἑκατομβαιῶνος φθίνοντος, ὡς καὶ τῇ τρίτῃ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μικρὰ Παναθήναια ἄγουσιν. Kusterus et Gaisfordius nihil correxerunt.

II. 5) Περὶ ἀνδραγαθίης ἢ περὶ ἀρετῆς. Pro ἀνδραγαθίας quod antiquiores editiones habent, ἀνδραγαθίης ponendum esse, omninoque in his omnibus titulis ionicae dialecti formas reponi oportere, et sponte patet et a Menagio jam monitum est.

6) Ἀμαλθείης κέρας. Quo titulo nihil frequentius apud veteres. Gellius noctt. att. lib. XX cap. XII pag. 805 ed. Mosellan.: *namque alii Musarum inscripserunt, alii Sylvarum, ille κηρίον, alius κέρας* Ἀμαλθείας etc. Plinius nat. hist. lib. I pag. 3 ed. Miller.: *Inscriptionis apud Graecos mira felicitas: κηρίον inscripsere, quod volebant intelligi favum: alii κέρας* Ἀμαλθείας, *quod Copiae cornu* etc. De similibus scriptorum indicibus quibus designarentur libri multa variaque continentes videndus inter recentiores Coraes Ἄτακτ. Τομ. α΄ Προλεγ. σελ. β΄.

7) Περὶ εὐθυμίης. Hunc librum non puto diversum fuisse

ab eo quem περὶ τέλους inscriptum citavit Clemens Alexandrinus Strom. lib. II p. 197 ed. Sylb. (p. 498 Pott.) his verbis: Δημόκριτος μὲν ἐν τῷ περὶ τέλους τὴν εὐθυμίαν, ἣν εὐεστὼ [5]) προσηγόρευσεν, βίου τέλος εἶναι ἔφη. Forsitan hoc volumen duplicem gerebat inscriptionem περὶ τέλευς ἢ περὶ εὐθυμίης. Meminit hujus operis L. Ann. Seneca lib. de tranquillitate animi cap. II Tom. I p. 247 ed. Bip. „*Hanc stabilem*, inquiens, *animi sedem Graeci* Εὐθυμίαν *vocant, de qua Democriti volumen egregium est.*" Idem auctor eodem libro cap. XII p. 268 ed. Bip. hujus Democritei opusculi initium nobis servavit: „*Hoc secutum puto Democritum ita coepisse: Qui tranquille volet vivere, nec privatim agat multa nec publice.*" Denique huc spectant, quae de ira lib. III cap. 6 hunc in modum dicuntur: „Proderit nobis illud Democriti salutare praeceptum quo monstratur tranquillitas, si neque privatim neque publice multa aut majora viribus nostris egerimus. Eadem verba graece leguntur apud Stobaeum Flor. Serm. CIII, 25 qui est de felicitate: Τὸν εὐθυμέεσθαι μέλλοντα χρὴ μὴ πολλὰ πρήσσειν μήτε ἰδίῃ μήτε ξυνῇ· μηδὲ ἅσσ' ἂν πρήσσῃ, ὑπέρ τε δύναμιν αἱρέεσθαι τὴν ἑωυτοῦ καὶ φύσιν, ἀλλὰ τοσαύτην ἔχειν φυλακήν, ὥστε καὶ τῆς τύχης ἐπιβαλλούσης καὶ εἰς τὸ δέον ὑπηγεομένης τῷ δοκέειν, κατατίθεσθαι καὶ μὴ πλέω προσάπτεσθαι τῶν δυνατῶν· ἡ γὰρ εὐογκίη ἀσφαλέστερον τῆς μεγαλογκίης. De hac Democriti sententia quam fragmentorum moralium nonagesimum secundum esse volui, uberius in commentario disputatum est. Eandem Democriti sententiam laudat M. Antoninus lib. IV, 24: ὀλίγα πρῆσσε, εἰ μέλλεις εὐθυμήσειν, ubi vide Gatakerum. Neque alium quam Democritum notat Plutarchus libro de tranquillitate p. 465 ed. Steph. (pag. 822 vol. VII ed. Reisk.). Sic enim ait: ὁ μὲν οὖν εἰπών, ὅτι δεῖ τὸν εὐθυμεῖν μέλλοντα μήτε πολλὰ πρήσσειν μήτε ἰδίᾳ μήτε ξυνῇ, πρῶτον μὲν ἡμῖν πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν καθίστησι, γινομένην ὤνιον ἀπραξίας· (οἷον ἀῤῥώστῳ παραινῶν ἑκάστῳ· Μέν', ὦ ταλαίπωρ', ἀτρέμα

---

[5]) De voce εὐεστὼ, pro qua εὐστάθειαν dixit Epicurus, locuti sumus ad fragm. moral. 206.

σοῖς ἐν δεμνίοις. καίτοι κακὸν μὲν ἀναισθησίας σώματι φάρμακον ἀπονία· οὐδὲν δὲ βελτίων ψυχῆς ἰατρός, ὁ ῥᾳθυμίᾳ καὶ μαλακίᾳ καὶ προδοσίᾳ φίλων καὶ οἰκείων καὶ πατρίδος, ἐξαίρων τὸ ταραχῶδες αὐτῆς καὶ λυπηρόν.) ἔπειτα καὶ ψεῦδός ἐστι τὸ εὐθυμεῖν τοὺς μὴ πολλὰ πράσσοντας. ἔδει γὰρ εὐθυμοτέρας εἶναι γυναῖκας ἀνδρῶν, οἰκουρίᾳ τὰ πολλὰ συνούσας. Porro hanc περὶ εὐθυμίης scriptionem respexisse perhibendus est Cicero lib. V de fin. bon. et mal. cap. 29, 87: „Democritus, inquit, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, quid quaerens aliud, nisi beatam vitam? Quam si etiam in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa investigatione naturae consequi volebat, ut esset bono animo. Etenim ille summum bonum εὐθυμίαν et saepe ἀθαμβίαν [6]) appellat, id est, animum terrore liberum. Sed haec, etsi praeclare, nondum tamen et perpolita: pauca enim, neque ea ipsa enucleate ab hoc, de virtute quidem, dicta."

8) Ὑπομνημάτων ἠθικῶν ἡ'. Commentariorum moralium libri octo. In hoc et superioribus duobus titulis distinguendis a Menagio et Fabricio mihi dissentiendum est. Ac primum quidem in codicibus mss. omnibus legitur: Ἀμαλθείας κέρας. Περὶ εὐθυμίης. Ὑπομνημάτων ἢ οἴκων. ἡ γὰρ εὐεστὼ οὐχ εὑρίσκεται. Menagius separat Ἀμαλθείας κέρας a sequentibus, conjungit autem quae subjiciuntur Περὶ εὐθυμίης ὑπομνημάτων ἢ οἴκων. Postrema verba primum sic exposuerat, ut diceret, Democriti opus appellatum fuisse *Domum*, quia in illo philosophus scripsisset, eum qui tranquille vellet vivere, neque privatim neque publice multa debere agere, sed domi tantum rem familiarem curare. Quam conjecturam duobus potissimum veterum locis firmare sibi visus erat. Alter est Plutarchi de tranquillitate l. l., cujus verba ἔπειτα καὶ ψεῦδός ἐστι τὸ εὐθυμεῖν τοὺς μὴ πολλὰ πράσσοντας· ἔδει γὰρ εὐθυμοτέρας εἶναι γυναῖκας ἀνδρῶν οἰκουρίᾳ τὰ πολλὰ συνούσας ad probandum adhibebat. Alter Hesychii, qui s. v. εὖ ἔστω (corr. εὐεστώ) haec habet: εὐθηνία, ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι· καὶ εὐδαιμονία ἐπὶ τοῦ

[6]) (alii leg. ἀταραξίαν.)

εὖ ἑστάναι τὸν οἶκον· ἢ ἀπὸ τοῦ δαφιλεῖν τὰ πρὸς τὸ ἐσθίειν εὐετήρια. Quamquam autem a Joh. Chrysostomo Magneno in Democrito reviviscente (pag. 14, Hagae Comit. 1658) *Domos* hic explicari libros de oeconomica disciplina scriptos sciebat Menagius, tamen ei quam ipse proposuerat interpretationi id favere opinabatur, quod a Columella libro VII de re rustica cap. 5, ubi de medicina ovilli pecoris sermo est, citaretur Dolus Mendesius in Hypomnematis, quae quidem Hypomnemata sub Democriti nomine falso prodi perhiberet. Verum totam hanc explanandi rationem doctus ille vir postea rejecit, probata Stephani Monachii emendatione, qui quum Diogenes [7]) de moralibus Democriti scriptis loquatur, aptissime pro ὑπομνημάτων ἢ οἴκων rescripsit ὑπομνημάτων ἠθικῶν. Exigua enim mutatione ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ ΗΘΙΚΩΝ in ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ Η ΟΙΚΩΝ transire poterat. Verba ἡ γὰρ εὐεστὼ οὐχ εὑρίσκεται, quae Diogenes l. l. adjicit, ita enucleat Menagius, ut Democriti volumen cujus index fuit εὐεστώ, diversum fuisse statuat a libro Περὶ εὐθυμίης. Ait autem, quoniam Diogenes haec ex Thrasyllo referat, ex his verbis colligi oportere, jam Thrasylli aetate opus Εὐεστώ inscriptum deperditum fuisse, quum περὶ εὐθυμίης librum ad Senecae pervenisse constet. Denique Fabricius unum idemque opus fuisse existimat Ἀμαλθείας κέρας ἢ περὶ εὐθυμίης ὑπομνημάτων ἠθικῶν ιγ', interposito ἢ post κέρας et ιγ' post ἠθικῶν adjecto. Apponit praeterea Laertii verba ἡ γὰρ Εὐεστὼ οὐχ εὑρίσκεται atque ita interpretatur: *Cornu copiae, sive commentariorum Ethicorum de animi tranquillitate libri* VIII. *Namque liber* (IX) *cui titulus* εὐεστώ *sive bonum stabile* (jam Thrasylli aetate, qui sub Tiberio vixit,) *non amplius exstat.* Ac singulis horum commentariorum libris idem vir eruditus peculiarem fuisse titulum credit, argumento respondentem, quo singularis quaedam dignitas summi boni describeretur, uni quidem κέρας ἀμαλθείας, alteri εὐθυμίην, alii ἀταραξίην, ἀθαμβίην, ἀθαυμαστίην et alii denique περὶ τέ-

---

[7]) Diogenes lib. IX, 46: ἔστι δὲ ἠθικὰ μὲν τάδε. Πυθαγόρης etc. καὶ ταῦτα μὲν τὰ ἠθικά.

λους. His virorum doctorum opinionibus aliae addi possent, speciem quandam verisimilitudinis prae se ferentes. At omnem conjectandi libidinem coercet certa tetralogiarum lex quam superius restituisse nobis videmur. Quare, ne secunda tetralogia ultra libros morales extendatur, improbandae nobis sunt rationes quibus Menagius et Fabricius haec scripta distinxerunt. Ex Fabricii conjectura solam litterarum ή octoni numeri indicem asciscimus, ita titulum constituentes: Ὑπομνημάτων ἠθικῶν ή. Caeteroqui ne ipse quidem Fabricius sibi constat. Nam si unus liber appellabatur Ἀμαλθείας κέρας, alter εὐθυμίη, tertius ἀταραξίη, cur universum opus vocari potuit Ἀμαλθείας κέρας ἢ περὶ εὐθυμίης ὑπομνημάτων ἠθικῶν ή? Siquidem planum est, in titulo operis ponendum esse nomen non singulis libris, sed universis conveniens. Idcirco optimo jure Ἀμαλθείας κέρας peculiare opus fuisse diximus; porro librum περὶ εὐθυμίης item singulare scriptum fuisse contendimus nec differens ab eo, quod nominabatur περὶ τέλους. Ultima vero Diogenis verba ἡ γὰρ Εὐεστὼ οὐχ εὑρίσκεται pariter de peculiari libello intelligo, qui jam Thrasylli tempore desideratus sit. Cur Democritus huic operi ὑπομνημάτων sive commentariorum nomen indiderit, jam in Prooemio hujus libri a nobis significatum est. Quum autem in itinere raptim conscriptum videatur, mirum non est, plures de peregrinarum gentium moribus et apophthegmatis, ut equidem expono, commentationes ei insertas fuisse, quas nonnulli teste Diogene lib. IX, 48 a reliquis ejus voluminis partibus sejungentes peculiares libellos judicarunt. Sunt autem singulares disputationes a morali philosophia quae totius operis materia et argumentum fuit, paulo alieniores quibusdam veterum visae ac separatim positae numero novem:

1) Περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων. Euseb. Praep. X, 4: Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικοὺς πεποιῆσθαι λέγεται. Quae verba sumta sunt ex Clement. Strom. I p. 131 Sylb. (p. 356 Pott.). Ait enim Clemens: Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικοὺς πεποίηται· λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμ-

μασι. Quis fuerit hic Acicarus, dubium est. Reinesius Aegyptiorum regem esse putavit, qui ab aliis Acoris, ab aliis Acencheres nominatur. Videtur autem Ἀχαΐκαρος Bosporanus quem Strabo lib. 16 p. 762 inter viros sapientissimos laudat, male confundi a Fabricio Bibl. Gr. vol. II p. 640 et vol. III. p. 445 ed. Harl. cum eo cujus columnam Democritus interpretatus esse fertur. Huc adde quod etiam a Diogene Laertio inter Theophrasti scripta lib. V, 50 volumen citatur, cujus inscriptio erat Ἀκίχαρος. Ipsa res valde obscura est. Neque enim multum lucis huic materiae attulerunt Reinesius var. lect. p. 97 et 381 ac Stephanus Lemonius animadv. ad varia sacra pag. 346 seqq. Reinesius Babylonem cujus hic mentio fit, de Babylone Aegypti oppido commemorato apud Strabonem lib. XVII pag. 807 accipit, cum quia ἱερὰ γράμματα in solis Aegyptiorum rebus nominentur, tum quia sequatur apud Laertium περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων. Si ἱερὰ γράμματα notae sunt hieroglyphicae, quae significatio usui Graecorum non repugnat (cf. Dindorfianam Thesauri Stephanici editionem s. v. γράμμα p. 753 D.) praesertim quum γράμματα saepius sint inscriptiones, cogitandum erit de titulis quibus pyramides, templa aliaque aedificia Babylone, Aegyptiorum oppido, ornata erant. Quapropter fieri potuit, ut Democritus in quadam commentariorum ethicorum parte cum alia quae Babylone invenerat sacris sacerdotum litteris scripta, quae a Philone Byblio apud Euseb. praep. evang. lib. X, 4 ἀπόκρυφα Ἀμμουνέων γράμματα vocantur, in graecum sermonem transferret, tum columnam ab Acicare positam interpretaretur. Quodsi statuas, verba illi columnae inscripta ad moralem doctrinam pertinuisse, merito in ethicis Democriti commentariis locum tenuerint. Fortasse etiam Theophrasti liber Ἀκίχαρος ethici argumenti fuit, quod voluit Fabric. Bibl. Gr. vol. III pag. 445 ed. Harl. Neque injuria ex Clementis et Eusebii verbis supra allegatis conjicias, hoc Democriti opus περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων ab aliis appellatum esse Βαβυλωνίους λόγους, unde nobis suspicio nata est, eos qui sequuntur libellos Χαλδαϊκὸν λόγον et Φρύγιον λόγον ex iis fuisse qui itidem moralem philosophiae partem attingerent, ita fere ut

Chaldaeorum et Phrygum ἀποφθέγματα complecterentur. Λόγον enim apud antiquiores interdum dici pro apophthegmate, inter omnes constat.

2) Περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων. Hunc titulum omnes Diogenis edd. agnoscunt, excepta Aldobrandiniana, in qua pessime περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ὠκεανοῦ περίπλους. Namque diversi librorum indices sunt Ὠκεανοῦ περίπλους et περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων.

3) Ὠκεανοῦ περίπλους in Aldobrandiniana Laertii editione legitur. In aliis enim hic titulus desideratur.

4) Περὶ ἱστορίης.

5) Χαλδαϊκὸς λόγος.

6) Φρύγιος λόγος.

7) Περὶ πυρετοῦ καὶ τῶν ἀπὸ νούσου βησσόντων.

8) Νομικὰ αἴτια.

9) Χερνικὰ ἢ Προβλήματα. Alii apud Diogenem legunt Χέρνιβα ἢ Προβλήματα. Neutra lectio ferenda est. Quare Casaubonus χειροκίνητα rescribendum putabat ex his Plinii verbis lib. XXIV cap. 17: *Democriti certe Chirocineta esse constat. At in his ille post Pythagoram Magorum studiosissimus quanto portentosiora tradit.* Salmasius ad Solin. p. 1100 (pag. 775 edit. Ultraj.) in utriusque scriptoris textu legendum conjecit χειρόκμητα ἢ φυσικὰ προβλήματα. Eandem medelam Vitruvio adhiberi jussit, cujus verba lib. IX cap. 3 ex illius emendatione sic se habent: „Multas res attendens, admiror etiam Democriti de rerum natura volumina et ejus Commentarium quod inscribitur Χειροκμήτων, in quo utebatur annulo, signans cera molli quae esset expertus." „Quippe antiqui critici, inquit Salmasius, locis dubiis et de quibus amplius quaerendum esset, aut etiam notabilibus, affigebant frustula ex cera, quae παραπλάσματα dicebantur. Hesychius παραπλάσματα· τὰ κηρία, τὰ ἐπιτιθέμενα τοῖς ζητήμασιν ἐν τοῖς βιβλίοις. Et alio loco: παρεβρύπωμένα βιβλία, οἷς κηροὺς προσπλάσσομεν, πρὸς τὸ ζητῆσαί τινα. Democritus in eo commentario quo rerum naturalium arcana et abdita scrutabatur, iis paradoxis quae ipse vera expertus erat, notas illas e cera affigere solebat et annulo

suo signare. Annulus autem χειρόκμητον dicebatur, hoc est, manu sculptum, manu elaboratum. Hesychius: χειρόκμητα· χειροποίητα, ἤγουν ὑπὸ χειρῶν γεγενημένα Eudemus Rhetor in Lexico: χειρόκμητα, ἀπὸ χειρῶν γεγλυμμένα ἢ κατειργασμένα. Suidas χειρόκμητα· ἀπὸ χειρῶν γεγλυμμένα, ἢ κατεξεσμένα. Hinc igitur libro Democriti titulus Χειρόκμητα, quod totus esset ex illis quaestionibus quas ipse experimento veras esse didicerat, et quibus propterea cerulas annulo suo signatas apposuerat." Haec Salmasius ad Solini l. c. ubi et aliam hujus tituli rationem reddit, quod scilicet omnia quae in illo libello tractabat Democritus, ipsius philosophi manu facta essent et experimento ejus comprobata. Quae sententia multo magis placeret, quam altera, si quid omnino in illa annotatione nobis probaretur. Nam, ut Menagius jam monuit ad Diog. lib. IX, 49, loci a Salmasio allati quibus ostendere conatur, χειρόκμητα de annulo signatorio usurpari, id non evincunt. Neque, si id evincerent, inde sequeretur χειρόκμητα appellari, quae annulo signata essent. At χειρόκμητα de iis rebus quae manu factae sunt, usurpari, docent verba Hesychii Grammatici et Eudemi Rhetoris superius posita. Citat praeterea Menagius Petronium, e cujus verbis aetatem Democritum inter experimenta consumpsisse certum est. Sed obstare videtur huic viro docto, quod Plinius ait loco laudato, Democritum post Pythagoram Magorum studiosissimum in hoc libello res portentosas tradidisse. Quomodo enim, inquit Menagius, tot portentis refertus erat libellus ille, si rebus constabat, quas ipse auctor experimento veras esse didicerat? Equidem, ut Plinii auctoritatem flocci facio, ita nec Casaubonum, neque Salmasium, neque Menagium verum vidisse existimo. Id infra demonstrare aggrediar. Caeterum scripsisse et Zosimum, Alexandrinum philosophum, τὰ χυμευτικά, quae a nonnullis χειρόκμητα inscribebantur, auctor est Suidas in Ζώσιμος. Notandum porro, Zosimum Chemicum Gr. ms. legere χειροτμήματα. Cf. Lambecii comm. de biblioth. Vindob. VI pag. 399 seqq. Borrichius p. 70 de Hermete χειροτεχνήματα legi jubet. Denique Marsilius Cagnatus var. obs. libro II. cap. 7 pag. 124 χειροτονητῶν i. e. electorum

inscriptionem veram esse putans, simile volumen suspicatur ei quod dicebatur Κρατυντήρια et addit certissimo esse argumento, pleraque in Democriti scriptis non ab ipso fuisse composita, sed ex aliorum libris excerpta, ac priscorum hominum fuisse morem, multa colligere et notare, de quibus per otium judicarent, id quod librorum Hippocrateorum exemplo ostendere nititur. Idem non valde refragatur eorum opinioni, qui χειροκίνητα legendum censent, ne diversus sit liber ab eo cujus meminit Plinius l. l. Exstitisse librum *Chirocineta* inscriptum non negaverim, sed opus Democriteum fuisse, nunquam mihi persuadebo, quum Plinius in eo quod magica volumina Democrito tribuit, manifesti erroris jam alibi a nobis convictus sit. Quare nequaquam committendum est, ut ex χερνικὰ προβλήματα magici opusculi titulum a Plinio servatum faciamus. Praeterea titulus a Salmasio excogitatus χειρόκμητα ἢ φυσικὰ προβλήματα prorsus ineptus est. Nam ut nihil dicam de priore explicatione quam jam abunde Menagius refutavit, ne posteriorem quidem explanandi rationem sufficere, in promtu est. Quis enim ferat hujusmodi titulum: *manu facta sive physica problemata*? Nimirum quaecunque sic comparata sunt, ut manu vel fieri possint vel facta jam sint, non solent problemata nominari. Neque vero ex eo quod Zosimus aliique χειρόκμητα scripserunt conjicere nos par est, idem elogium libri Democritei fuisse. Χειροτμήματα et χειροτεχνήματα propterea displicent, quod alterutra emendatione admissa, vocabulum προβλήματα quod in omnibus codd. mss. est, deleri oporteret. Denique χειροτονητῶν *electorum* inscriptionem reprobari necesse est, siquidem Graeci in frontibus librorum ad hanc notionem enuntiandam non χειροτονητά, sed ἐκλογαί ponebant. Quare nihil restat, nisi ut ad novam emendationem confugiamus. Suspicor igitur opusculi hujus indicem fuisse Χειρωνικὰ προβλήματα, eo sensu, ut res in arte medicina obscurae, de quibus identidem quaerendum esset, intelligantur. Quippe Chironis centauri salutari arte nobilitati nomen tali operi praeponi, nemini mirum videatur. Postremo hanc materiam illo opere a philosopho nostro tractari potuisse, cum aliorum titulorum, tum ejus quem paulo ante me-

memoravimus septimi περὶ πυρετοῦ καὶ τῶν ἀπὸ νούσου βησσόντων cognatio facit, ut credamus. Haec de partibus commentariorum ethicorum, quas nonnulli a reliquo opere sejungebant, dicta sufficiant. Caeterum vix dubium est, quin quae citantur Democriti ὑποθῆκαι i. e. praecepta sive praeceptiones[8]) nequaquam discrepent ab his commentariis ethicis. Scilicet antiqui in excitandis librorum inscriptionibus non ea fuerunt diligentia quae hodie a nobis postulatur, sed interdum sensum magis verborum in fronte codicis exaratorum, quam ipsa verba attulerunt. Ergo Democriti ὑποθῆκαι laudantur a Dionysio Alexandrino apud Eusebium XIV, 27 Praeparat. p. 782, ubi earum initium refertur his verbis: ἄνθρωποι τύχης εἴδωλον ἐπλάσαντο πρόφασιν ἰδίης ἀνοίης· φύσει γὰρ γνώμη τύχῃ μάχεται, καὶ τὴν ἐχθίστην τῇ φρονήσει ταύτην αὐτὴν ἔφασαν κρατεῖν. Μᾶλλον δὲ καὶ ταύτην ἄρδην ἀναιροῦντες καὶ ἀφανίζοντες, ἐκείνην ἀντικαθιστᾶσιν αὐτῆς· οὐ γὰρ εὐτυχῆ τὴν φρόνησιν, ἀλλ' ἐμφρονεστάτην ὑμνοῦσι τὴν τύχην. Cf. Theodoret. p. 562. Multas ex hoc opere sententias sumserunt Stobaeus et Maximus. De illo supra locuti sumus, de hoc cf. Montefalconius in bibliotheca Coislin. p. 574 — 579.

B. SCRIPTA PHYSICA.

III. 9) Μέγας διάκοσμος i. e. magnum opus de ordinata mundi compositione. Hoc volumine nihil perfectius a Democrito scriptum est. Cf. Laert. IX, 39; Athen. IV, 19 pag. 168 B. Suidas in Δημόκριτος, quorum verba libro primo a nobis allata sunt. De διακόσμου nomine consulendi praeter Menagium et Kuehnium ad Diog. lib. IX, 46; Salmasius ad Simplicium p. 168 seqq. et Henr. Stephanus in Thes. ling. gr. vol. II p. 1191 ed. Dindorf. et Has. Initium hujus operis allegare videtur Cic. acad. II, 23: „Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi? qui ita sit ausus ordiri: *Haec loquor de universis.* Nihil excipit, de quo non profiteatur." Cf. quae dixi

[8]) Cf. Menag. ad Diog. lib. I, 61.

ad fragm. phys. 9. Plura volumina de rerum natura a Democrito scripta esse significat Vitruvius IX, 3 et 7. Theophrastus magnum Diacosmum non Democriti, sed Leucippi fuisse ratus est, quam rem Diog. IX, 46 [9]) memoriae prodidit. Scripserat autem Theophrastus teste eodem Diogene lib. V, 43 et 49 duas de philosopho nostro commentationes quarum a nobis in praefatione hujus libri mentio habita est. Fallitur Menagius ad Laert. IX, 46 in eo quod ab Epicuro in epistola ad Herodotum scripta ap. Diog. lib. X, 35—83 magnum Diacosmum germanum ingenii Democritei foetum appellari contendit. Nulla ibi ejus rei commemoratio. Ut legitimum agnoscit Suidas s. v. Δημόκριτος· γνήσια δὲ αὐτοῦ, inquiens, βιβλία εἰσὶ δύο· ὅ,τε μέγας Διάκοσμος καὶ τὸ περὶ φύσεως κόσμου. Neque ejus γνησιότητα in dubium vocarunt Antisthenes apud Diogenem lib. IX, 39 et Athenaeus loco superius citato. Denique quod Phavorinus apud Diogenem lib. IX, 34 et 35 ait perstrinxisse Democritum quaedam Anaxagorae placita, id in hoc volumine factum esse probabile est. Verba graeca sunt: Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, λέγειν Δημόκριτον περὶ Ἀναξαγόρου, ὡς οὐκ εἴησαν αὐτοῦ αἱ δόξαι αἵ τε περὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ἀλλὰ ἀρχαῖαι· τὸν δὲ ὑφῃρῆσθαι, διασύρειν τε αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς διακοσμήσεως καὶ τοῦ νοῦ, ἐχθρῶς ἔχοντα πρὸς αὐτόν, ὅτι δὴ μὴ προήκατο αὐτόν.

10) Μικρὸς διάκοσμος. Ex hoc opusculo paucissima verba nobis servavit Diogenes lib. IX, 4 γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις (ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ μικρῷ Διακόσμῳ) νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν, ἔτεσιν αὐτοῦ νεώτερος τεσσαράκοντα. Συντετάχθαι δέ φησι τὸν μικρὸν Διάκοσμον ἔτεσιν ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίοις. De quo loco uberrime primo libro disputavimus.

11) Κοσμογραφίη. De hoc philosophi Abderitani commentario nihil a veteribus traditum est. Etenim quod ait imperitus Sophista, Democriti nomine superbiens in epistola quam ad Hippocratem missam esse finxit vol. III oper. Hippocr. p. 814

---

[9]) Μέγας διάκοσμος, ὃν οἱ περὶ Θεόφραστον Λευκίππου φασὶν εἶναι.

ed. Kuehn: ἐτυγχάνομεν δὲ τότε περὶ κόσμου διαθέσιος καὶ πολογραφίης, ἔτι δὲ ἄστρων οὐρανίων ξυγγράφοντες nullo in numero potest haberi. Alium de geographia libellum infra inter scripta mathematica citabimus.

12) Περὶ τῶν πλανήτων. Ad hanc disputationem referendum quod memorat Seneca quaestion. natural. lib. VII, 3: „Democritus quoque, subtilissimus antiquorum omnium, suspicari ait se, plures stellas esse quae currant, sed nec numerum illarum posuit, nec nomina, nondum comprehensis quinque siderum cursibus. Huc porro respicit Aristoteles meteor. lib. I cap. 6 testificans, Anaxagoram et Democritum statuisse, cometas planetarum esse conjunctionem, quum propter cursus viciniam invicem tangere videantur. Utitur autem his verbis: Ἀναξαγόρας μὲν οὖν καὶ Δημόκριτός φασιν εἶναι τοὺς κομήτας σύμφασιν τῶν πλανήτων ἀστέρων, ὅταν διὰ τὸ πλησίον ἐλθεῖν δόξωσι θιγγάνειν ἀλλήλων. Ad quem locum Alexander Aphrodisiensis in Ideleri editione Tom. I pag. 180 haec notavit: Ἀναξαγόρας μὲν οὖν καὶ Δημόκριτος λέγουσι, τὸν κομήτην λεγόμενον ἀστέρα, σύμφασιν καὶ συναφὴν εἶναι τῶν πλανωμένων ἀστέρων· οὗτοι δέ εἰσιν, ὅ τε τοῦ Κρόνου καὶ ὁ τοῦ Διός, καὶ ὁ τῆς Ἀφροδίτης, καὶ ὁ τοῦ Ἄρεος καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ. (Cf. Bakius ad Cleomed. Meteor. I, 3 p. 307 et Schaubach. Gesch. der Astronomie. Götting. 1802, 8 p. 395 seqq.) Οὗτοι γάρ, ὅταν ἐγγὺς ἀλλήλων γένωνται, φαντασίαν ἀποτελεῖν δοκοῦσιν, ὡς ἄρα ἅπτονταί τε ἀλλήλων καὶ ἔστιν εἷς ἀστήρ, ὁ καλούμενος κομήτης. Σύμφασιν δὲ λέγει τὴν ἐκ πάντων τῶν συνελθόντων, ὡς ἐξ ἑνὸς φαντασίαν γενομένην. Similiter utrumque et Democritum et Anaxagoram spectat Seneca Quaest. nat. VII, 11: „Quibusdam antiquorum haec placet ratio: quum ex stellis altera se alteri applicuit, confuso in unum duarum lumine, faciem longioris sideris reddi." Adversus Democritum περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ scripserat Heraclides Ponticus. Cujus rei auctorem habemus Laertium V, 87.

IV. 13) Περὶ φύσιος α'. Suidas s. v. Δημόκριτος· Περὶ φύσεως κόσμου appellat, Fulgent. III, 7 Mythol. *Physiologumena.*

14) Περὶ ἀνθρώπου φύσιος ἢ περὶ σαρκὸς β'. Inter epistolas Democrito suppositas una exstat hujus argumenti vol. III oper. Hippor. pag. 823 ed. Kuehn.

15) Περὶ νόου. Vid. Aristot. lib. I cap. 2 de anima. Tertull. lib. ejusd. materiae cap. 12. Cf. Chalcid. p. 302.

16) Περὶ αἰσθησίων. Fabricius unum ex his duobus titulum fecit περὶ νοῦ καὶ περὶ αἰσθήσεως. Contendit enim, nonnullos duplicem hunc titulum unico complexos esse περὶ ψυχῆς, quod tamen non probat.

V. 17) Περὶ χυμῶν. Hujusmodi commentatio etiam nunc exstat inter Hippocratis scripta. Eminet autem hic liber tanta orationis brevitate, ut Hippocrati adscribi possit, si quaedam in eo interpolata imprimisque ea quae uberiori dictionis genere composita sunt, ab aliis adjecta esse dicamus. Quum vero difficile dictu sit, quis sit hujus disputationis auctor, alii aliis eam tribuerunt. Quorum opiniones, si tanti est, vide apud Fabr. Bibl. gr. vol. II p. 568 ed. Harl. Democriti certe hoc opusculum non est.

18) Περὶ χροιέων. Sic corrig. vulg. χροῶν.

19) Περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν. Ita enim scribendum esse, non ῥούσμων, jam Menagius aliique viderunt. Est autem ῥυσμός nihil nisi ionica forma pro ῥυθμός, ac recte se habet Etym. M. explicatio Ῥυσμός — ἰδέα, εἰκών, σχῆμα. Falluntur Suidas, Philoponus et cum iis Menagius qui hoc vocabulum solis Abderitis aut uni Democrito familiare esse putarunt. Jam vero ut apud Herodotum lib. V, 58 ὁ ῥυθμὸς τῶν γραμμάτων *litterarum figura* est, ita in Democriti scriptis ῥυσμός *typum, formam* et *figuram* potissimum significabat. Suidae explicatio s. v. ῥυσμός sic se habet: ῥυσμὸς κατὰ Ἀβδηριτικὴν διάλεκτον σημαίνει τὸ σχῆμα· καὶ ἑτέραις δὲ λέξεσιν οὐχ ἑλληνικαῖς οἱ περὶ τὸν Ἀβδηρίτην Δημόκριτον χρῶνται. Φασὶ γὰρ τροπὴν καὶ διαθηγήν [10])· καὶ σημαίνει τούτοις ἡ μὲν τροπὴ τὴν θέσιν, ἡ δὲ διαθηγὴ τὴν τάξιν. Caeteroqui non est dubium, quin hic libri index περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν *de differentibus figuris* ad varias atomorum formas spectet. Quod quo magis

[10]) corr. διαθιγήν, de qua voce disserui in adnot. ad fragm. moral. 22.

perspicuum fiat, Aristotelis locum allegabo, qui Metaphys. lib. I cap. 4 ait: Λεύκιππος δὲ καὶ ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ Δημόκριτος στοιχεῖα μὲν τὸ Πλῆρες καὶ τὸ Κενὸν εἶναί φασι, λέγοντες οἷον, τὸ μὲν ὄν, τὸ δὲ μὴ ὄν. Τούτων δὲ τὸ πλῆρες καὶ στερεόν, τὸ ὄν· τὸ δὲ κενόν γε καὶ μανόν, τὸ μὴ ὄν. Διὸ καὶ οὐθὲν μᾶλλον τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος εἶναί φασιν, ὅτι οὐδὲ τὸ κενὸν τοῦ σώματος. Αἴτια δὲ τῶν ὄντων ταῦτα, ὡς ὕλη. Καὶ καθάπερ οἱ ἓν ποιοῦντες τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν, τὰ ἀλλὰ τοῖς πάθεσιν αὐτῆς γεννῶσι, τὸ μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν ἀρχὰς τιθέμενοι τῶν παθημάτων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οὗτοι τὰς διαφορὰς αἰτίας τῶν ἄλλων εἶναί φασι. Ταύτας μέντοι τρεῖς εἶναι λέγουσι, σχῆμά τε καὶ τάξιν καὶ θέσιν· διαφέρειν γάρ φασι τὸ ὄν, ῥυσμῷ καὶ διαθιγῇ [11]) καὶ τροπῇ μόνον. Τούτων δὲ ὁ μὲν ῥυσμὸς σχῆμά ἐστιν· ἡ δὲ διαθιγή, τάξις· ἡ δὲ τροπή, θέσις. Διαφέρει γὰρ τὸ μὲν Α τοῦ Ν σχήματι, τὸ δὲ ΑΝ τοῦ ΝΑ τάξει, τὸ δὲ Ζ τοῦ Ν θέσει. Ex hoc Stagiritae loco suam interpretationem descripsisse Suidam, non est quod probem. Quum igitur singularum atomorum differentia in solo ῥυσμῷ versetur, juvat Theophrasti locum addere, ubi de multarum atomorum compositione sermo est. Theophrastus de sens. §. 73 —— τὰ δὲ ψαθυρὰ καὶ εὔθρυπτα (τῶν λευκῶν) ἐκ περιφερῶν μέν, λοξῶν δὲ τῇ θέσει πρὸς ἄλληλα (συγκεῖσθαι), καὶ τὰς δύο συζεύξεις, τὴν θ' ὅλην τάξιν ἔχειν ὅτι μάλιστα ὁμοίαν. Sed, quod vel me tacente intelligitur, suae orationi non inseruit Aristoteles vocem ῥυσμός, nisi ubi de Democrito vel Leucippo disserit. Unum protulisse exemplum sufficiat. De anim. I, 2: Ὁμοίως δέ, inquit, καὶ Λεύκιππος. Τούτων δὲ τὰ σφαιροειδῆ, πῦρ καὶ ψυχήν, διὰ τὸ μάλιστα διὰ παντὸς δύνασθαι διαδύνειν τοὺς τοιούτους ῥυσμούς, καὶ κινεῖν τὰ λοιπά, κινούμενα καὶ αὐτά, ὑπολαμβάνοντες τὴν ψυχὴν εἶναι τὸ παρέχον τοῖς ζώοις τὴν κίνησιν. Neque vero in solis philosophorum libris delituit hoc nomen, sed a multis tam ligatae quam solutae orationis scriptoribus usurpatum est. Dionysius de Situ orbis:

---

[11]) (corr. διαθιγῇ).

Τοίη μὲν Λιβύης μορφὴ καὶ σχῆμα τέτυκται.
Εἰ δὲ καὶ Εὐρώπης ἐθέλεις τύπον, οὔτι σε κεύσω,
Ὡὐτὸς μὲν Λιβύῃ ῥυσμὸς πέλει, ἀλλὰ μετ' ἄρκτους
Ἔστραπται, καὶ τοῖος ἐπ' ἀντολίην πάλιν ἕρπει,
Οἷος καὶ νοτίης Λιβύης ἐπὶ τέρμα βέβηκεν.

Ubi Eustathius: ὅτι τὸν αὐτὸν εἶναι ῥυσμόν φησι τῇ Εὐρώπῃ, οἷός ἐστι καὶ ὁ τῆς Λιβύης. Ῥυσμὸν δὲ τὴν ἔκτασιν λέγει, τὴν θέσιν, τὴν διάστασιν, ἤ, ὡς αὐτὸς εἶπε, τὸν τύπον. Ταὐτὸν γὰρ εἰπεῖν, Εὐρώπης τύπον καὶ Λιβύης ῥυσμόν. Καὶ προϊὼν δὲ τὴν τοιαύτην λέξιν ἐρεῖ ἔν τε ἄλλοις καὶ ἐν τῷ

Σχῆμα δέ τοι Ἀσίης ῥυσμὸς πέλει ἀμφοτεράων.

Ἔστι δὲ καὶ ἐκεῖ ῥυσμὸς τὸ σχῆμα, ὁ τύπος, ἡ θέσις. Γίνεται δὲ ὁ ῥυσμὸς ἐκ τοῦ ῥύω, τοῦ ἑλκύω· ἐξ οὗ καὶ τόξου ῥυτήρ, ὁ τοξότης· καὶ ῥυτὴρ δὲ ὁ χαλινός. Διὸ καὶ ὁ Διονύσιος ἐν τοῖς ἑξῆς εἰπὼν ῥυσμόν, εἶτα, οἷον ἐτυμολογῶν τὴν λέξιν, ἐρεῖ, ἑλκόμενον κατὰ βίαιον· ὡς ταὐτὸν ὂν εἰπεῖν, ῥυσμὸν καὶ ἑλκυσμόν. Originatio locutionis ab Eustathio proposita quae mihi non valde arridet, tantopere placuit Menagio ad Diog. IX, 47, ut eam gallicae et italicae linguae analogia tueri cuperet. „Ita nos Galli, inquit, oris lineamenta *les traits du visage*, (tractus vultus) et ipsam effigiem *portrait* (protractum) appellamus; et Itali *ritratto.*" Quocirca etiam Philoponum damnat, qui ad Aristot. de anim. I p. 30 extr.: ῥυσμός, inquit, λέξις ἐστὶν Ἀβδηριτική. Σημαίνει δὲ τὸ σχῆμα, καὶ δηλονότι οὐκ ἀνεκτέον τῶν πειρωμένων αὐτὴν ἐτυμολογεῖν· οἷον, παρὰ τὸ ῥυΐσκεσθαι· εἰ μὲν γὰρ τὸ σφαιρικὸν μόνον σχῆμα ῥυσμὸς ἐλέγετο, πιθανοὶ ἂν ἦσαν ἐτυμολογοῦντες. Νῦν δὲ πᾶν σχῆμα ῥυσμόν φασιν. Eadem dictio legitur etiam apud Callimachum in epigr. 12, 6:

οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
Εἰκάζω· φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

Denique nota sunt verba quaedam inde derivata et composita, velut ὁμόρυσμος sive ὁμοιόρυσμος; porro ῥυσμοῦν ap. Stob. IV, 73. Adde μεταῤῥυσμοῦν, quod restituendum est in Stob. cod. Flor. Gaisf. IV p. 406, ut demonstravi ad fragm. moral. 133; praeterea μεταῤῥυθμίζειν legitur ap. Clement. Alex. Stromat. IV p. 536 et Theodoret. IV init. Utrumque locum attuli ad fragm. moral. 133. Denique quum Democritus statueret,

varias rerum formas varia atomorum compositione oriri, ῥυσμοῦσθαι ab Hesychio exponitur συγκρίνεσθαι, et ἀμειψιῤῥυσμεῖν ab eodem declaratur μεταλλάσσειν τὴν σύγκρισιν ἢ μεταμορφοῦσθαι.

20) Περὶ ἀμειψιῤῥυσμιέων (vulgo ἀμειψιῤῥυσμιῶν i. e. *de mutatione formarum*, ut modo vidimus. Possis etiam, si sensum magis quam verbum respicias, interpretari de *mutatione concretionum*, hoc est *rerum* quae atomis junctis aut disjunctis modo oriuntur modo occidunt. Fortasse Democriti volumen de atomis confectum quod laudatur a Diogene lib. X, 4 his verbis: τὰ τοῦ Δημοκρίτου περὶ ἀτόμων, non differt ab eo, de quo hic agimus. Porro verisimile est, librum a Sexto Empirico adv. Mathem. p. 399 ed. Fabr. excitatum plane eundem esse. Ait Sextus: Ἐν δὲ τῷ Περὶ ἰδεῶν γιγνώσκειν τε χρή, (ὁ Δημόκριτός) φησιν, ἄνθρωπον τῷδε τῷ κανόνι, ὅτι αἰτίης (corr. ἑτεῆς) ἀπήλλακται. Idem postea: Δηλοῖ μὲν δὴ καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὅτι ἑτεῇ οὐδὲν ἴσμεν περὶ οὐδενός· ἀλλ' ἐπιῤῥυσμίη ἑκάστοισιν ἡ δόξις. Nam ἰδέη vel εἶδος apud Democritum partim atomorum formam, partim ipsas atomos significat. Aristot. physicor. lib. I cap. 2 —— καὶ εἰ ἀπείρους, ἢ οὕτως ὥσπερ Δημόκριτος, τὸ γένος ἕν, σχήματι ἢ καὶ εἴδει διαφερούσας ἢ καὶ ἐναντίας, ubi σχημ. ἢ κ. ε. δ. refertur ad atomos *figura* vel *forma* discrepantes. Solet enim Aristoteles suas voces Democriteis explanationis gratia apponere. Plutarchus adv. Colot. pag. 1111 (vol. X p. 568 seqq. ed. Reisk.) εἶναι δὲ πάντα (sic enim leg.) τὰς ἀτόμους, ἰδέας ὑπ' αὐτοῦ καλουμένας, ἕτερον δὲ μηδέν. Hesych. v. ἰδέα —— καὶ τὸ ἐλάχιστον σῶμα i. e. corpusculum, atomus. Quare titulus libri, Sexto memorati, περὶ ἰδεῶν nihil valet nisi περὶ ἀτόμων. Apud Theophrast. lib. περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν §. 51 verba περὶ τῶν εἰδῶν significant περὶ ἀτόμων. Cf. adnot. ad fragm. phys. 14. Omnino Democritus dictionis varietatem amabat, ut qui atomos non solum τὰς ἀτόμους, verum etiam τὰ ἄτομα et ἀδιαίρετα σώματα (cf. Aristot. de anima lib. I, 2) et ἰδέας et εἴδη et φύσεις vocaret. Postremum vocabulum legitur ap. Simplic. phys. 310. a. οἱ περὶ Δημόκριτον τὴν κατὰ τόπον κίνη-

σιν κινεῖσθαι λέγουσι τὴν φύσιν, τουτέστι τὰ φυσικὰ καὶ πρῶτα καὶ ἄτομα σώματα· ταῦτα γὰρ ἐκεῖνοι φύσιν ἐκάλουν; et pluraliter in cod. parallel. Damascen. in Gaisfordii Stob. eclog. ethic. tom. IV append. edit. Oxon. p. 72 —— ἀτόμων καὶ κενοῦ· ταῦτα γὰρ εἶναι μόνα φύσεις.

VI. 21) Κρατυντήρια, ὅπερ ἐστὶν ἐπικριτικὰ τῶν προειρημένων, ait Diogenes lib. IX, 47. Secuti sumus lectionem cod. Paris. Alii habent ἐπικρατικά, Scaliger malebat ἐπικραντικά. Quum autem ἐπικρίνειν sit judicio confirmare, operis hujus elogium idem sonat ac si latine dicatur: superiorum librorum confirmatio, ut viri docti jam pridem viderunt. Citatur hoc opus a Sexto Empirico adv. Logic. lib. I sect. 136 p. 399 ed. Fabric., qui: „in his, inquit, Κρατυντηρίοις praecipuum robur et κράτος τῆς πίστεως petiisse ab experimentis, sensuum usu compertis videtur." Quod quamvis magna ex parte ita se habeat, tamen non semper Democritus experientia fidem facere poterat; siquidem his κρατυντηρίοις philosophus reliquos omnes quos ediderat de variis rebus commentarios tuebatur, argumentis confirmando ac dijudicando quae alibi dixisset. Suidas in Κρατυντήρια· ἔγραψε Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης βιβλίον, ὅπερ ἐστὶν ἐπικριτικὸν πάντων τῶν γραφέντων αὐτῷ βιβλίων. Inde efficitur, haec κρατυντήρια ϛάθμην καὶ κανόνα normam et regulam fuisse, ad quam caeteri libri dirigerentur. Quare non dubito, quin illi Democriti κανόνες, de quibus loquitur Sextus adv. logic. lib. I sect. 138 p. 400 non sint nisi pars horum κρατυντηρίων. Locum inferius inter fragmenta exhibuimus. Iidem autem κανόνες praeterea memorantur ap. Sextum p. 520 ed. Fabric. Postremo verisimile est, Democritum omnia a se scripta recognoscentem sub vitae finem haec κρατυντήρια vulgasse.

22) Περὶ εἰδώλου ἢ περὶ προνοίης (vulgo προνοίας). Quo libro Democritus suam de diis rerumque formis divinitate praeditis sententiam aperuisse videtur. Cf. Cic. de natur. deor. lib. I cap. 12 et 43 ibique Davis. et lib. II cap. 30 et ibi eund. Plutarch. Sympos. VIII, 10. Sext. Empir. IX adv. mathem. sect. 19 ibique Fabr. adn. p. 552 item sect. 42. Augustin.

Epist. 56. Fabricii suspicionem ad Sext. Emp. p. 399 conjectantis, commentationem περὶ ἰδεῶν, de qua diximus ad librum 20, non diversam esse ab hac περὶ εἰδώλου ἢ περὶ προνοίης scriptione, probare non possum.

23) Περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν α′, β′, γ′. Ita legendum pro eo quod vulgo apud Diogenem IX, 47 scribitur περὶ λοιμῶν κανών. Vid. Meurs. in Bibl. Graeca; Reines. Var. lect. II, 1 et interpp. ad Gell. noctt. att. IV, 13 ed. Gronov. et Menag. ad Laert. l. l. Res enim sic se habet. In editione Basileensi reperitur περὶ λογικῶν, quod arridebat Gassendo propterea, quod quae Sextus Empiricus adv. Mathematicos sect. 136 pag. 400 ed. Fabr. affert: ἐν δὲ τοῖς κανόσι, δύο (ὁ Δημόκριτός) φησιν εἶναι γνώσεις· τὴν μὲν εἶναι διὰ τῶν αἰσθήσεων· τὴν δὲ διὰ τῆς διανοίας κ. λ. λ. logica prorsus esse videantur atque ad pestem nihil pertinentia. Quapropter et Magius Miscell. IV, 9 scribi jubebat Περὶ λοιμῶν ἢ λογικῶν κακῶν, quem libri indicem vertebat: *de pestibus aut de rationabilium* (id est hominum) *morbis.* Sed si quis loci Gelliani meminerit, is non dubitabit cum viris doctis quos supra nominavi, quin exarari oporteat Περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν α′, β′, γ′. Gellii verba sunt: „Ergo nuperrime in libro Theophrasti scriptum inveni, viperarum morsibus tibicinem, scite modulateque adhibitum, mederi. Refert etiam idem Democriti liber qui inscribitur Περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν: in quo docet, plurimis hominum morsibus medicinam fuisse incentiones tibiarum. Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum mentibusque et propterea quoque vitiis aut medelis animorum et corporum."

24) Ἀπορημάτων. Sic ponendum esse pro eo quod vulgo in Diog. editt. habetur ἀποῤῥημάτων luce clarius est. Idcirco miramur, Fabricium qui *dubiorum Physicorum volumen* non male interpretatur, vulgatam scripturam, aliud quid valentem retinuisse.

C. SCRIPTA ΑΣΥΝΤΑΚΤΑ.

Ita fortasse nominantur libri quos Democritus neque elimaverat, neque ad umbilicum adduxerat.

VII. 25) Αἰτίαι οὐράνιαι *Causae coelestes* i. e. libellus quo in rerum coelestium causas inquiritur. Proinde commode licet interpretari *Quaestiones de rebus coelestibus* vel, si magis placet, *de corporibus coelestibus*. Similiter sequentes tituli explicandi.

26) Αἰτίαι ἠέριοι (vulgo ἀέριοι) i. e., ut posteriores dixerunt, περὶ μετεωρολογίας.

27) Αἰτίαι ἐπίπεδοι. Ambrosius, Diogenis interpres lib. IX, 47 exponit: *causae eorum quae in superficie terrae eveniunt*. Aliter Fabricius cui videntur: *Causae planorum, sive eorum, quae in superficie corporum eveniunt*. Utraque dilucidandi ratio defendi potest. Equidem facile adducor, ut credam, hic de terrae superficie cogitandum esse. Quocirca, nisi forte audacior conjectura est, Democritum in hac commentatione de causis mutatae terrarum superficiei disputasse existimaverim. Quod si recte suspicor, hoc opus *quaestiones*, ut nunc loquimur, *geologicas* continebat. Cf. fragm. libr. de agric. 2 §. 36 et 37.

28) Αἰτίαι περὶ πυρὸς καὶ τῶν ἐν πυρί, *quaestiones de igne et de his quae sunt in igne*. In hac scriptione disserebat fortasse de atomis quae in igne notantur.

VIII. 29) Αἰτίαι περὶ φωνέων (vulg. ap. Diog. φωνῶν), quaestiones de sonis et vocibus.

30) Αἰτίαι περὶ σπερμάτων καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν. Petronius Arbiter p. 22: Omnium, inquit, herbarum succos Democritus expressit: et ne lapidum virgultorumque vis lateret, aetatem inter experimenta consumpsit. Respiciunt praeterea hunc librum Martianus Capella lib. II p. 27. Pseudodioscorides et Apulejus de herbis. Plinii locos in iis quae de Democrito contendit, turpiter lapsi silentio transire possem, nisi futuros arbitrarer, qui hoc mihi vitio verterent. Plinius igitur lib. XXV, 2 Homerus, ait, et alias nominatim herbas celebrat, quas suis locis dicemus. Ab eo Pythagoras, clarus sapientia,

primus volumen de earum effectu composuit, Apollini Aesculapioque et in totum diis immortalibus inventione et origine assignata: composuit et Democritus, ambo peragratis Persidis, Arabiae, Aethiopiae Aegyptique Magis. Idem lib. XXIV, 17: In promisso herbarum mirabilium occurrit aliqua dicere et de magicis. Quae enim mirabiliores sunt? Primi eas in nostro orbe celebravere Pythagoras atque Democritus, consectati Magos. Adde lib. XIV, 1. Cf., si volupe est, Histoire de l'Académie des inscr. tom. III p. 335 seqq.

31) Αἰτίαι περὶ ζώων γ'. Ad hoc Abderitani philosophi opus referuntur Ammiani Marcellini verba, qui lib. XXVIII, 4: „ut discissarum, inquit, pecudum exta rimari cum anatomicis Democritum putes, docentem, quibus modis posteritas mederi doloribus possit internis." Quod Fabricius conjectat, Aristotelis de aranearum textis disputationem quae hist. animal. lib. IX cap. 39 inserta legitur, ex his Democriti voluminibus depromtam esse, id neque confirmare neque infirmare argumentis ausim. Namque Democriti nomen in fine ejus expositionis memoratum ad probandam hanc suspicionem non sufficit. Verba graeca sunt: δύνανται δὲ ἀφιέναι οἱ ἀράχναι τὸ ἀράχνιον εὐθὺς γενόμενοι, οὐκ ἔσωθεν ὡς ὂν περίττωμα, καθάπερ φησὶ Δημόκριτος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σώματος οἷον φλοιόν, ἢ τὰ βάλλοντα ταῖς θριξίν, οἷον αἱ ὕστριχες. Sed vera Democriti de animalibus librorum fragmenta quae Aelianus servavit, libro tertio posuimus. Fuisse autem magnam Democriti in his voluminibus sagacitatem ac subtilitatem, vel ex eo liquet, quod Aelianus de animal. lib. VI cap. 60 ait, se Democrito aliisque, qui vel obscurissimarum rerum causas ingenio se posse consequi confidunt, explicandum relinquere, utrum verecundia quadam, an admirabili naturae munere contingat, ut quum inter homines Massagetae palam cum uxoribus concumbant, inter bestias camelorum concubitus semper secreto fiat. Caeterum incredibile est, quod vult Fabricius, unum ex his tribus libris fuisse de chamaeleonte cui singularem a Democrito librum tributum esse Plinius XXVIII, 18 refert, recte ideo vituperatus a Gellio X, 12, cujus verba sic se habent: „Librum esse Democriti, nobilissimi philosopho-

rum, de vi et natura chamaeleontis, eumque se legisse Plinius Secundus in naturalis historiae XXVIII refert: multaque vana et intoleranda auribus deinde quasi a Democrito scripta tradit, ex quibus pauca haec inviti meminimus, quia pertaesum est. Accipitrem avem rapidissimam a chamaeleonte humi reptante, si eum forte supervolet, detrahi, et cadere vi quadam in terram, caeterisque avibus laniandum sese sponte sua objicere ac dedere. Item aliud ultra humanam fidem [12]): Caput et collum chamaeleontis, si uratur ligno, quod appellatur robur, imbres et tonitrua derepente fieri: idque ipsum usu venire, si jecur ejusdem animalis in summis tegulis uratur. Item aliud, quod hercle an ponerem dubitavi, ita est deridiculae vanitatis: nisi idcirco plane posui, quod oportuit nos dicere, quid de istiusmodi admirationum fallaci illecebra sentiremus, qua plerumque capiuntur et ad perniciem elabuntur ingenia maxime sollertia, eaque potissimum, quae discendi cupidiora sunt. Sed redeo ad Plinium [13]): Sinistrum pedem ait chamaeleontis in furno igni calefacto torreri cum herba, quae appellatur eodem nomine chamaeleon, et utrumque macerari unguento colligique in modum pastilli atque in vas mitti ligneum: et eum qui id vas ferat, etiamsi is in medio palam versetur, a nullo videri posse. His portentis atque praestigiis a Plinio Secundo scriptis non dignum esse cognomen Democriti puto. Vel illud, quale est quod idem Plinius in decimo libro Democritum scripsisse asseverat: aves quasdam esse certis vocabulis, et earum avium confuso sanguine gigni serpentem: eum si quis ederit, linguas avium et colloquia interpretaturum. Multa autem videntur ab hominibus male sollertibus hujuscemodi commenta in Democriti nomen data, nobilitatis auctoritatisque ejus perfugio utentibus."

32) Αἰτίαι ξύμμικτοι περὶ τῆς λίθου i. e. quaestiones miscellae de magnete, qua significatione notum est Aristotelem interdum τὴν λίθον simpliciter dicere. Menagius et Fabricius

---

[12]) Cf. Plin. lib. X cap. 40.

[13]) Cf. Plin. lib. XXVIII cap. 8.

quos sequi videtur Heimsoethius pag. 41, separatim ponunt Λιθίαι σύμμικτοι (ita enim vulgo legitur) et περὶ τῆς λίθου. Quum vero magnes ex iis sit lapidibus quorum vis et natura variis experimentis periculisque a Democrito factis enucleari potuerit, non dubitavi utrumque titulum conjungere, praesertim quum ista separatione admissa, tetralogiarum ordo perturbetur. Non de uno magnete, sed de quovis lapidum genere egisse Democritum, ex Petronii loco ad trigesimum librum a nobis allato collegit Fabricius. Quod ut equidem non nego, ita lectionem apud Laertium in omnibus codd. inventam nequaquam corrigendam esse reor. Poterat enim philosophus in aliis scriptis hanc materiam tractare atque, ut hoc utar exemplo, in ἀπορημάτων volumine vel in Κρατυντηρίοις vel in opere περὶ φύσιος, quae de his rebus observasset, persequi. In iisdem scriptis de metallorum natura data occasione commentari poterat, quo de argumento disseruisse philosophum nostrum Plinius tradit. Veruntamen non affirmo, certam esse in hac re Plinii auctoritatem. Porro Senecae locum ex epistola 90 p. 368 vol. III ed. Bip. a Menagio et Fabricio hic laudatum, si quid veri continet, quod valde dubito, ad aliud, quam ad praesens opus referri oportere in promtu est. Democritus, inquit Seneca, invenisse dicitur fornicem, ut lapidum curvatura paulatim inclinatorum medio saxo alligaretur. Hoc dicam falsum esse. Necesse est enim ante Democritum et pontes et portas fuisse, quarum fere summa curvantur. Excidit porro vobis, eundem Democritum invenisse, quemadmodum ebur molliretur (alii leg. poliretur), quemadmodum decoctus calculus in smaragdum converteretur, qua hodieque coctura inventi lapides coctiles colorantur." Denique quem iidem illi doctissimi homines excitant Plinius lib. XXXVII, 10 de Abderae alumno agens, monstra, ut solet, loquitur. En ipsa ejus verba: „Aspilatem gemmam Democritus in Arabia gigni tradit, ignei coloris: eam oportere cameli pilo spleneticis alligari; invenirique in nido Arabicarum alitum: et aliam eodem nomine ibi in Leucopetra nasci, argentei coloris, radiantem, contra lymphatum habendam." Haec non modo a libello, de quo hic sermo est, aliena sunt, sed

omnino nusquam a Democrito dicta esse apparet. Vide lib. I pag. 72 seqq.

D. SCRIPTA MATHEMATICA.

IX. 33) Περὶ διαφορῆς γνώμης, de sententiarum discrepantia. Scriptionem fuisse opinor, qua explanatum esset a Democrito, quibus in rebus mathematici inter se dissentirent.

34) Περὶ ψαύσιος κύκλου καὶ σφαίρας, de contactu circuli et sphaerae. Hunc titulum cum praecedente jungunt Fabricius et Menagius.

35) Περὶ γεωμετρίης ἢ γεωμετρικόν. Ita scribendum esse vidit Menagius pro vulgato Περὶ γεωμετρίας γεωμετρικόν, secutus analogiam libellorum qui infra citabuntur Περὶ διαίτης ἢ διαιτητικόν et Περὶ γεωργίης ἢ γεωργικόν.

36) Ἀριθμοί.

X. 37) Περὶ ἀλόγων γραμμέων καὶ ναστῶν β'. Ambrosius, Diogenis interpres, vertit: *de lineis ratione carentibus ac solidis lib. II.* Non male. Sunt enim γραμμαὶ ἄλογοι *lineae quas communi aliquo modulo metiri non licet.* Hodie vocantur a mathematicis *irrationales.* Praeterea τὰ ναστά sunt quae alias a Graecis στερεώματα, a Latinis *solida* nominantur. Itaque libri index erit: *de lineis irrationalibus et solidis.* Porro notabilis est usus vocabuli ναστός quod apud Democritum plerumque τῷ κενῷ opponitur, ut τὸ δὲν τῷ μηδενί (οὐδενί) contrarium judicatur. Etenim Democritus praecipue usurpabat vocabulum ναστόν quod in ejus de rerum natura operibus idem designabat, quod τὸ πλῆρες. Vid. Theodoret. p. 528 et Stob. phys. 306, Hesych. v. μεστός et ναστός et Simplic. de coel. 68. b. προσαγορεύει δὲ τὸν μὲν τόπον τοῖσδε τοῖς ὀνόμασι τῷ τε κενῷ καὶ τῷ οὐδενὶ καὶ τῷ ἀπείρῳ· τῶν δὲ οὐσιῶν ἑκάστην τῷδε (corrige τοῖσδε) καὶ τῷ ναστῷ καὶ τῷ ὄντι. Sed idem scriptor ναστός pro στερεός etiam frequentat.

38) Ἐκπετάσματα. Ambrosius interpretatur: *extensa.* Quid sibi velit hic titulus, satis perspicitur ex Vitruvii praefatione septimo libro praemissa pag. 154 ed. Rode, ubi haec leguntur: „Namque primum Agatharchus Athenis, Aeschylo docente tra-

goediam, scenam fecit, et de ea commentarium reliqnit. Ex eo moniti Democritus et Anaxagoras de eadem re scripserunt: quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorumque extensionem, certo loco centro constituto, ad lineas ratione naturali respondere; uti de incerta re certae imagines aedificiorum in scenarum picturis redderent speciem, et quae in directis planisque frontibus sint figuratae, alia abscedentia, alia prominentia esse videantur." Apparet, Democriti opus ex eo fuisse genere quo scenographiae primordia continerentur. Non invidebo hic lectoribus viri artium mathematicarum peritissimi de Democrito judicium. Montucla hist. math. Tom. I part. I lib. III. p. 141 (ed. Paris. 1758): „Démocrite, inquit, s'adonna avec grand soin à la géométrie et il parait que cette science lui dut beaucoup. Nous conjecturons par divers titres d'ouvrages qu'il fut un des principaux promoteurs de la doctrine élémentaire sur les contacts des cercles et des sphères, sur les lignes irrationnelles et les solides. La perspective et l'optique lui durent aussi quelques-uns de leurs premiers traits. Vitruve (préf. du livre VII) l'associe à Anaxagore, dans l'invention de la première de ces sciences, sujet sur lequel il écrivit un traité intitulé Actinographie. Il est probable qu'il s'y agissait encore de l'optique directe, c'est à dire, de la manière dont nous apercevons les objets." Haec ille. Nos in hoc tantum a viro praestantissimo dissentimus, quod non solum τὴν Ἀκτινογραφίην, sed etiam τὰ Ἐκπετάσματα inter optica et scenographica philosophi Abderitani opera numeramus. Etenim τὰ ἐκπετάσματα sine dubio sunt *extentae rerum delineatarum imagines*, de quibus disserunt qui scenographiam traditurus se profitentur.

39) Μέγας ἐνιαυτὸς ἢ ἀστρονομίης παράπηγμα. Ita primus haec verba recte conjunxit Salmasius ad Solin. pag. 521 ed. Ultraj. (pag. 741 ed. Paris.) cujus sententiam probarunt Menagius et Fabricius. Magnenus duplicem librum putavit esse et codd. auctoritati obsecutus, a parapegmate Magnum annum sive Astronomiam distinxit. Ἀστρολογίης παράπηγμα tabula fuit, quae astrologiam continebat magni illius anni quem composuerat Democritus. Qui periodos ex multis annis com-

positas ediderunt astrologi, earum παράπηγμα simul etiam publicare solebant, hoc est, tabula in publico affixa Canonem proponere ortuum et occasuum stellarum inerrantium, defectuum solis et lunae, aequinoctiorum et solstitiorum, variarum coeli tempestatum et similium. Verba sunt Salmasii ad Solinum l. l. Vitruvius lib. IX, 4 (vulgo 7) p. 219 ed. Rod.: „De naturalibus autem rebus Thales Milesius, Anaxagoras Clazomenius, Pythagoras Samius, Xenophanes Colophonius, Democritus Abderites rationes quibus natura rerum gubernaretur, quemadmodum quosque effectus habeant excogitatas reliquerunt. Quorum inventa secuti, siderum ortus et occasus tempestatumque significatus Eudoxus, Euctemon, Callippus, Meto, Philippus, Hipparchus, Aratus caeterique ex astrologia parapegmatorum disciplinas invenerunt et eas posteris explicatas reliquerunt." Cum parapegma certissimum sit tabulam fuisse aeneam, in qua notata essent ea quorum paulo ante mentio habita est, nolim varias Magneni conjecturas refutare, quas in Democrito reviviscente pag. 18 ed. Hag. de hac materia loquens proposuit. Caeterum qualis quantusque fuerit annus ille Democriteus, docet Censorinus: *Est et Philolai Pythagorici annus ex annis quinquaginta novem*, et paulo post: *et Democriti ex annis octoginta duobus, cum intercalares sint duodetriginta.* Democritus igitur sine dubio existimavit, annum lunarem esse dierum 355, ut multi alii veterum, ita ut ex eorum sententia singuli menses essent dierum 29, horarum 14 vel, quod idem est, scrupulorum quotidianorum 35. Neque alia fuit veterum Romanorum opinio. Annus igitur Democriti solaris fuit vere Julianus, qualis apud Graecos eo tempore et Romanos etiam censebatur, dierum $365\frac{1}{4}$. Qui dies per 82 multiplicati fiunt 29950 cum horis 12. Porro menses τριακονθήμεροι 28, hoc est, dies 840, de 29950 deducti relinquunt 29110 qui per 82 divisi efficiunt 355 dies. Sed illas duodecim horas neglexit Democritus. Quodsi triginta intercalationes fuissent, quae tot annis competunt ad spatia lunae explenda, annus lunaris Democriti vere Arabicus aut sane proximus Arabico fuisset. Namque 29950 dies cum horis 12 fiunt anni Arabici solidi 84,

men-

menses 6, dies 6, scrupuli 48. Non longe a vero abfuit illa computatio. Et sane Democritus tantus fuit vir, ut etiam ex ejus erroribus ingens viri magnitudo appareat. Itaque in hoc praeclaro invento, quo veteres superavit, eandem judicii vim, quam in aliis rebus, admirari licet. Quanto enim melior haec quam Philolai periodus est, quae neque solis neque lunae rationibus congruebat? Cf. Scaliger. de emend. tempor. lib. II pag. 167 (Coloniae Allobrog. 1629). Ex egregio Democriti opere cujus inscriptionem memoravimus, Geminus et Ptolemaeus plura servarunt, quae inter fragmenta posuimus.

40) Ἄμιλλα κλεψύδρας. Male nonnulli tanquam duo titulos scribunt Ἄμιλλα, κλεψύδρα. Magnenus in Democrito reviviscente pag. 19 interpretatur: *Certamen clepsydrae sive examen motus clepsydrae cum motu coeli.*

XI. 41) Οὐρανογραφίη. Democritus ἐν τῷ περὶ ἀστρονομίης laudatur a Scholiasta Apollonii ad lib. II, sed hoc fortasse ad lib. 39 referendum.

42) Γεωγραφίη. Democritum inter antiquissimos geographos nominat Strabo libri primi prooemio. Idem libro I pag. 65 ed. Cas. ait, Eratosthenem varias doctorum virorum rationes memorantem, quibus terras continentes distinxissent, quum alii fluviorum, alii isthmorum ope in dividendis maximis illis terrae partibus quae Europa, Asia et Africa nominantur, uterentur, omnem hujusmodi dividendi conatum improbasse. Esse enim tales dividendi rationes in earum numero rerum ponendas, unde nulla in actuosam hominum vitam utilitas redundet, sed quibus soli philosophi, otio languentes atque inter se altercantes, delectari queant. Strabonis verba sunt: Ἐξῆς δὲ περὶ τῶν ἠπείρων εἰπὼν γεγονέναι πολὺν λόγον, καὶ τοὺς μὲν τοῖς ποταμοῖς διαιρεῖν αὐτάς, τῷ τε Νείλῳ καὶ τῷ Ταναΐδι, νήσους ἀποφαίνοντας, τοὺς δὲ τοῖς ἰσθμοῖς, τῷ τε μεταξὺ τῆς Κασπίας καὶ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης, καὶ τῷ μεταξὺ τῆς Ἐρυθρᾶς καὶ τοῦ ἐκρήγματος· τοὺς δὲ χερρονήσους αὐτὰς λέγειν, οὐχ ὁρᾶν φησι, πῶς ἂν εἰς πράγματα καταστρέφοιτο ἡ ζήτησις αὕτη, ἀλλὰ μόνον ἔριν διαιτώντων μᾶλλον κατὰ Δημόκριτον εἶναι. In his extrema documento sunt, Democritum in libris geographicis

(non solum de hoc ipso loquor, sed etiam de commentatoriorum ethicorum partibus Φρύγιος λόγος, Χαλδαϊκὸς λόγος etc.) ita tractasse hanc doctrinam, ut quantum fieri posset, accurate constitutis finibus ac terminis, majores orbis terrarum tractus distingueret. Quod institutum inutile esse censens Eratosthenes atque ita comparatum judicans, ut ad res agendas nemo inde proficere posset, eorum studium, qui eodem modo in orbis terrae partitione versarentur atque inter se litigarent, tanquam inane proscribens, ἔριν τῶν κατὰ Δημόκριτον διαιτώντων appellavit. In volumine Γεωγραφίης nomine inscripto procul dubio Democritus non solum de iis egit terris quas ipse peragraverat, sed etiam de illis regionibus, de quibus fama tantum et auditione aliquid acceperat, cum judicio et acumine exposuit. Id concludendum est ex ejusdem Strabonis lib. XV p. 703, ubi ex Megasthenis, qui Alexandri Magni ad Sandrocattam regem legatus fuerat, (cf. ibid. pag. 702) nobili opere de rebus Indicis refert praeter alia multa, apud Prasios in regione montana Siliam fluvium esse, cui nihil innatet, Democritum autem, qui magnam Asiae partem peragraverit, hoc non credere. Verba graeca sunt: Ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ Σιλίαν ποταμὸν εἶναι, ᾧ μηδὲν ἐπιπλεῖ. Δημόκριτον μὲν οὖν ἀπιστεῖν, ἅτε πολλὴν τῆς Ἀσίας πεπλανημένον· καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἀπιστεῖ. Ex hoc efficitur Democritum, licet in India non fuerit, tamen de rebus Indicis scripsisse, ita fere, ut quae audiverat ab aliis, ad severum examen revocaret. Quodsi in India fuisset, non tam hujusmodi res non credidisset, sed eas veras esse vel contendisset vel praefracte negasset. In hoc volumine fortasse etiam legebatur Democriti de Nili inundationibus opinio, de qua Diodor. I, 39: Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης φησὶν οὐ τὸν περὶ τὴν μεσημβρίαν τόπον χιονίζεσθαι, (καθάπερ εἴρηκεν Εὐριπίδης καὶ Ἀναξαγόρας) ἀλλὰ τὸν περὶ τὰς ἄρκτους· καὶ τοῦτο ἐμφανὲς εἶναι πᾶσι. Τὸ δὲ πλῆθος τῆς σωρευομένης χιόνος ἐν τοῖς βορείοις μέρεσι περὶ μὲν τὰς τροπὰς μένειν πεπηγός, ἐν δὲ τῷ θέρει διαλυομένων ὑπὸ τῆς θερμασίας τῶν πάγων, πολλὴν τηκεδόνα γίνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ γεννᾶσθαι καὶ παχέα νέφη περὶ τοὺς μετεωροτέρους τῶν τόπων, δαψιλοῦς τῆς ἀναθυμιάσεως

πρὸς τὸ ὕψος αἰρομένης. Ταῦτα δ' ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἐλαύνεσθαι μέχρις ἂν ὅτου προσπέσῃ τοῖς μεγίστοις ὄρεσι τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, ἃ φησιν εἶναι περὶ τὴν Αἰθιοπίαν. Ἔπειτα πρὸς τούτοις οὖσιν ὑψηλοῖς βιαίως θραυόμενα παμμεγέθεις ὄμβρους γεννᾷν, ἐξ ὧν πληροῦσθαι τὸν ποταμὸν (i. e. τὸν Νεῖλον) μάλιστα κατὰ τὴν ἐτησίων ὥραν. Denique quod liber qui γεωγραφίη inscribebatur mathematicis Democriti operibus hic adnumeratur, id nolim sic accipi, ut philosophus hoc opere geographiam mathematicam quam hodie vocamus, maxime tradidisse dicatur. Nam veteres incerta sententia geographiam universam modo mathematicis disciplinis modo philosophiae adjungebant. Inter eos qui philosophorum esse ajunt orbem contemplari ac describere, ipse Strabo est operis sui prooemio.

43) Πολογραφίη. Cf. Salmas. Exercitt. Plinian. in C. Jul. Solini Polyhistor. p. 520. D. edit. Ultraject. In epistola Democrito supposita, quam ad Hippocratem scriptam esse finxit auctor Tom. III oper. Hippocr. pag. 814 ed. Kühn. haec leguntur: ἐτυγχάνομεν δὲ τότε περὶ κόσμου διαθέσιος καὶ πολογραφίης, ἔτι δὲ ἄστρων οὐρανίων ξυγγράφοντες.

44) Ἀκτινογραφίη. Magnenus pag. 19 sic: „Radiorum descriptio sive de projectionibus opticis et geometricis et propagatione linearum physicarum." Vide Kluegelii additamenta ad Priestleji historiam optices pag. 25.

E. SCRIPTA MUSICA.

Haec non modo ad musicam, quam vulgo vocamus, sed ad grammaticam quoque, poesin et alias ingenuas artes (τοὺς ἐγκυκλίους λόγους) spectant. Cf. Wower. Polymathiae cap. XXIV.

XII. 45) Περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονίης. Fortasse ponendum erat ῥυσμῶν, quod hac forma Democritus uti solet, σχήματα rerum designans. Sed quoniam hic alius est vocabuli sensus, qui ad poesin refertur, codicum scripturam sequi malui.

46) Περὶ ποίησιος. Ex hoc libro depromta videntur Democriti verba ap. Clement. Alex. strom. VI. pag. 698 (pag. 827 ed. Potter.), quibus secundum locum inter fragmenta varii argumenti concessimus.

47) Περὶ καλλοσύνης ἐπέων.

48) Περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων. Ita leg. cum Frobeniana editione et cod. Paris. Eandem scripturam expressit Aldobrandinus interpres. Improbanda est Stephani lectio πραγμάτων.

XIII. 49) Περὶ Ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείης καὶ γλωσσέων. Judicium Democriti de Homero, quod recitat Dio Chrysostomus orat. LIII init., haud dubie ex hoc opusculo petitum est. Vide fragm. var. arg. 3. Eustathium, licet saepius Democritum laudet, non putaverim ejus de Homero opus legisse, sed quidquid ex eo profert, aliunde hausisse. Ita quod ad Il. γ′ initium adnotat γάμμα elementum γέμμα nuncupatum esse ab Jonibus imprimisque ab Democrito qui et pro μῦ dixerit μῶ: id ex Photii lexico p. 285 depromtum videtur. Ibi enim haec habentur: Μῶ· τὸ μῦ στοιχεῖον· Δημόκριτος. Eustathii verba sunt: Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ γάμμα στοιχεῖον γέμμα φασὶν Ἴωνες καὶ μάλιστα Δημόκριτος, ὃς καὶ τὸ μῦ, μῶ λέγει, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ. Idem Eustathius ad Odyss. pag. 1784 docet ex Democrito, matrem Eumaei qui Ulyssis sues pascebat, Peniam vocatam fuisse. Deorum historiam allegorice interpretatus est Democritus, id quod cum aliunde conficitur, tum ex τριτογενείας explicatione quam affert Eustath. ad Iliad. θ′ pag. 576 (696, 37). Vide supra titulum 4. Cf. praeterea Eustath. ad Iliad. p. 370. A.; p. 690; p. 862. B.; p. 925 et ad Odyss. p. 1441, 16.; p. 1490, 61.; p. 1518; p. 1713 et pag. 1766. Huc adde Schol. Villois. ad Iliad. lib. VIII, v. 39 et 192 et ad lib. XIII, 137 et 311. Denique vide Schol. Lipsiens. ad Il. lib. VII, 446 et ad lib. VIII, 39. Quum Democritus magnum in Homero studium posuerit, non improbaverim Valesii opinionem Emendat. lib. V et de critica lib. II p. 158 pronuntiatam, Democritum esse omnium primum, qui de glossis i. e. de peregrinis vel minus tritis vocibus egerit.

50) Περὶ ἀοιδῆς.

51) Περὶ ῥημάτων. Hoc libello Democritum de rebus grammaticis tractasse, satis manifestum est. Nonnullas ejus opiniones veteres servarunt. Proclus ad Platon. Cratyl. c. 16

pag. 6 ed. Boissonad. ait, Democritum, rejecta Pythagorae sententia, qui verba φύσει esse statuerat, in hoc elaborasse, ut ea θέσει esse doceret. Ac primum quidem memorabat τὴν ὁμωνυμίαν, quod uno verbo plures res significarentur (πολύσημον), deinde τὴν πολυωνυμίαν, quod pluribus verbis una res exprimeretur (ἰσόῤῥοπον), tum τὴν τῶν ὀνομάτων μετάθεσιν, (μετώνυμον?); ortum enim esse, addit Proclus, ex Aristocle Platonem, ex Tyrtamo Theophrastum; denique τὴν τῶν ὁμοίων ἔλλειψιν (νώνυμον), nam φρόνησιν originem ducere a verbo φρονεῖν, sed δικαιοσύνην ad nullum hujusmodi verbum referri. Tertium ex illis nominibus, quibus Democritus quadripartitam hanc rationem designabat, nunc in Procli codd. desideratur. Fortasse μετώνυμον fuit, quod conjecit Heimsoethius p. 35. Porro vetus Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 781 certiores nos facit, Democritum litterarum nomina declinasse, ita ut τοῦ δέλτατος, θήτατος etc. diceret. Omnino forsitan non solus Democritus litterarum nomina flexerit. Quare, ut recte monet Burchardus, non est cur reprobemus vulgatam lectionem apud Xenophontem Hellen. IV, 4, 10: ὁρῶντες τὰ σίγματα ἐπὶ τῶν ἀσπίδων. Cf. Porson. ad Eur. Med. 476. Schaefer. Melett. cr. p. 96 et Fr. Osann. de Claudii Imperatoris ἀντίσιγμα in Misc. cr. I p. 85. Praeterea multa novavit Democritus, ἐπιτηδειέστατος usurpans teste Eustathio ad Odyss. β' 190; χρηέοντα dicens apud Stob. Flor. XLIV, 15 et Ecl. II, 9, 3. Adde media ἀντιλογεῖσθαι (Democrat. Orell. n. 51); λεσχηνεύεσθαι ibid.; δυσθυμεῖσθαι Stob. Flor. CIII, 17; διωθεῖσθαι ibid. I, 40, quae aliquid insolens habent, et πορίζειν pro πορίζεσθαι dictum ibid. XCIV, 25. Ex his patet, Democritum, virum sui in omnibus rebus judicii, linguam graecam ad suum usum finxisse et mutasse.

52) 'Ονομαστικόν. Pro περὶ ῥημάτων 'Ονομαστικόν, quod in vett. edd. est, Menagius dubitat, scribendumne sit Περὶ ῥημάτων ἢ 'Ονομαστικόν (quam conjecturam postea Fabricius probavit), an separatim Περὶ ῥημάτων. 'Ονομαστικόν, quemadmodum in Basileensi editione legitur. Fabricius legi jubet 'Ονοματικόν, qua emendatione nihil opus est.

F. SCRIPTA TECHNICA.

Hoc nomine appellari videntur ea opera, quibus Democritus de artibus ad vitam communem maxime pertinentibus praecepit, medicina, agricultura, arte militari. Una nostrae definitioni obstat pictura quae in eodem scriptorum genere tractata est. Sed nunc certe melius quid non succurrit.

XIV. 53) Πρόγνωσις. Democriti ut medici mentionem facit Corn. Celsus in praefatione: „multos ex sapientiae professoribus peritos medicinae fuisse accepimus, clarissimos vero ex his Pythagoram et Empedoclem et Democritum." Inter medicos celebres item refertur in cod. mss. de artium et doctrinarum inventoribus teste Montefalconio in bibliothec. Coislin. p. 598. Oribasius in prooemio commentarii ad Hippocratis Aphorismos, quem latine tantum Joh. Guintherius Parisiis 1533 edidit: *Tentavit quidem,* inqnit, *Democritus tale* (Aphorismorum medicorum opus) *etiam conscribere, sed non potuit*; quod equidem injudicatum relinquo. Menagius in Gerberti epistola IX, ubi Demosthenis philosophi Ophthalmicus commemoratur, conjectura minime felici rescribendum suspicatur Democriti nomen, quem errorem jam refutavit Fabricius Bibl. Gr. vol. II p. 642 ed. Harl.

54) Περὶ διαίτης ἢ διαιτητικόν.

55) Ἰητρικὴ γνώμη. Male Menagius et Fabricius conjunctim scripserunt Περὶ διαίτης ἢ διαιτητικὸν ἢ ἰητρικὴ γνώμη.

56) Αἰτίαι περὶ ἀκαιριέων καὶ ἐπικαιριέων (vulgo ἀκαιριῶν et ἐπικαιριῶν).

XV. 57) Περὶ γεωργίης ἢ γεωργικόν. Ita bene hunc titulum emendarunt Menagius et ante eum Meursius in Biblioth. Graeca. Ferri enim non poterat vulgata scriptura περὶ γεωργίης ἢ Γεωμετρικόν. Democriti de re rustica opus lectione cognitum fuisse Varroni, Columellae, Palladio, plurimis locis licet ostendere. At fortasse Palladii aetate non jam integrum opus supererat, sed excerpta quaedam ferebantur Georgicorum corpori alicui inserta. Quod si verum est, singulorum de re rustica scriptorum dicta et praecepta paulo plenius ibi tradita fuisse oportet, quam in Geoponicis quae decimo saeculo Con-

stantini Porphyrogenneti jussu a Cassiano Basso e variorum auctorum libris collecta ad nostram memoriam servata sunt. Id recte arbitror Niclasium ad Needhamii Prolegg. in Geopon. pag. XXXVIII ex eo coegisse, quod quae apud Palladium ex Democriti aliorumque de agricultura voluminibus sumta latine leguntur, ea in Cassiani Geoponicis fere semper graece scripta exstant, exceptis tamen pluribus locis quos frustra in Geoponicis quaeras. Quos locos si Cassianus graece adhuc invenisset, nequaquam videtur omissurus fuisse. Caeterum prius illud Georgicorum corpus quo Palladium usum existimamus, non valde diversum fuisse verisimile est ab eo quod Vindanius Anatolius concinnavit, de quo Photius Cod. CLXIII. Quum autem jam Columellae tempore, id est primo post Chr. n. saeculo exstarent Boli Mendesii de re pecuaria commenta, sub Democriti nomine falso prodita (cf. Colum. lib. VII, 5, 17), fieri potest, ut jam in priore corpore Georgicorum nonnulla fuerint decreta et praecepta a nebulonibus Democrito supposita, quod tamen pro certo nolim affirmare. Sed probabili conjectura infertur, postea arabicum Democritei libri interpretem nihil vertisse nisi eclogas e Democriti opere jam pridem factas easque partim antiquas, partim spuriis locis adulteratas. Etenim Democriticum de re rustica opus e graeco sermone in arabicum transtulit Abu Baker Ben Vahsscia, natione Chaldaeus, secundi Egirae saeculi scriptor, qui excitatur in volumine arabico de agricultura, cujus auctor perhibetur Abu Zacharias Jahia Ben Mohamed Ben Ahmad, vulgo Ebn Alvam, Hispaliensis teste Casirio in Bibliotheca arabicohispanica Scorialensi tom. I p. 323. Sed quum per medii aevi tenebras impune liceret antiquis affingere dicta et mutilis libris partes qualescunque adnectere, non est mirandum evenisse, ut Democrito eae attribuerentur de re rustica praeceptiones, de quibus ipse nunquam cogitasset. Itaque in Geoponicis a Cassiano Basso unum in corpus redactis multa insunt Democriti nomine ornata, quae ridicula, inconcinna, inepta tantoque viro indigna esse dicas. Haec omnia uno velut icta rejecit Needhamius Prolegg. p. LV ed. Niclas., recentioris cujusdam Democriti esse dicens, qui Chymica

et Physica (cf. infra scriptt. supp. 10) scripserit. At Needhamium falli, recte ibi observat Niclasius, quoniam liber cujus meminit eruditus ille vir, totus ad chymicam artem referatur, Geoponicorum autem loca ad Democritum spectantia non ejusdem generis omnia sint. Est autem operae pretium ipsa Niclasii verba apponere: „Quaedam, inquit, sine dubio aetatis sunt inferioris, et ab fraudatore Democrito antiquo supposita; velut I, 12 multa; II, 42, 3; XIII, 9, 6; XIV, 5 ubi nomen ΑΔΑΜ fraudem aperit. Quaedam autem antiqua sunt et forte genuina, tanquam V, 4, quae eidem ab Columella III, 12, 5 tribuuntur, et I, 5, 3 quae Plinius quoque XVIII, 26 s. 62 Democriti nomine memorat: item XV, 7, 6 quibus Athenaei auctoritas fidem facit. Et hujusmodi esse puto pleraque. Sequiorem tamen aetatem sapiunt IX, 12; X, 14, 15, 47, 60, 73 etc. Nempe diu est, cum liber cui nomen τοῦ Δημοκρίτου περὶ γεωργίης sive Γεωργικὸν inscriptum fuit, exstitit, quem Varro I, 1, 8; Col. I, 1, 7; XI, 3, 2 et alias laudant, quo et Anatolius apud Photium Cod. CLXIII usus est, et cujus haec sunt fragmenta. Utrum Abderitanus philosophus ejus auctor fuerit, et ab aliis quaedam subtexta sint; an vero confictus sit totus, ita tamen, ut Democriti dogmata pro basi fuerint, non liquet. Quin multa certe Democritea hic occurrant, nullus dubito. Hic tamen nescio, an excipienda sint pleraque, quae libro XIII et sequentibus, ubi de medicina agitur veterinaria, ejus nomine prostant: cum Bolus Mendesius sub nomine Democriti falso de re pecuaria commenta prodiderit, de quibus Col. VII, 5, 17. Quod et de Hippiatricis valet, ubi ejusdem nomen occurrit. Nempe olim jam multi suos ingenii foetus illi supposuerunt, nobilitatis auctoritatisque ejus perfugio utentes, ut Gellius inquit X, 12. Adde Plin. XXIV, 17; XXX, 1 et Diog. Laert. sub finem, ubi fraudes hujuscemodi plures indicantur. Nostri Palladius meminit III, 29, 1; IV, 10, 6 et 30; XII, 10; XII, 20, 3 etc." In universum non male judicavit Niclasius. Sed mihi e sexaginta octo locis, quibus cum laudatur Democritus in Geoponicis tum operis ejus fragmenta allegantur, tredecim tantum et argumenti praestantia et veterum scriptorum testimo-

niis ab omni νοθείας suspicione videntur posse liberari. Primus locus est lib. I cap. V, 3, tutus Plinii auctoritate et mensis nomine quod Macedones cum Abderitis commune habuisse conjicimus. Secundo loco ponimus eximium caput de aquae investigatione, unde quae ab Aristotele, Theophrasto, Plinio eadem de materia disputata sunt, magnam partem hausta esse apparet. Huc accedunt Democriteae dictionis quaedam reliquiae. Cf. adn. ad §. 27 et 33. Tertium caput e Geoponicorum libro V depromtum Columellae et Palladii testimoniis defenditur. Quintum caput quod praecedenti in eodem Geoponicorum libro subjungitur, ob orationis materiaeque similitudinem, quum Democriti nomen additum habeat, in genuinorum numerum recipere non dubitavimus. Sexta praeceptio ex eodem libro sumta, quamvis alibi non exstet, tamen propter argumentum ab antiquorum opinionibus non abhorrens Democrito videtur posse ascribi. Idem de octavo fragmento quod ex undecimo libro protulimus, judicandum. Septimum autem, quod libro decimo legitur, locus Theophrasteus abunde tuetur. Praeterea Democritea origo noni capitis, undecimo libro a Cassiano inserti, simili loco Aeliani qui multa a Democrito mutuatus est, aperte ostenditur. Decimum caput, item ex undecimo libro prolatum, rei natura et quodam Democriteae orationis vestigio antiquitatis indicium prae se fert. Undecimi capitis quo quintus decimus liber ornatus est germanum a Democrito parente ortum multis veterum scriptorum testimoniis infra demonstrabimus. Duodecimae sententiae quae in eodem quinto decimo libro exstat, Athenaei auctoritas fidem facit, ut jam a Niclasio observatum est. Denique tertii decimi fragminis Democritea origo ex iis quos excitabo locis probabiliter colligitur. Reliqua quae in Geoponicis inveniuntur fragmenta Democriti nomine insignita, partim dubia sunt, partim manifesto supposita. Ad posterius genus referimus ea quae vel ad ἀποτελεσματικήν, vel ad magicam artem, vel ad aliam quamcunque fraudem et superstitionem pertinent. Priori adnumeramus ea quae quamvis antiqua esse liqueat, Democriteis tamen inserere varias ob causas non audemus. De quibus omnibus separatim

exponere operis hujus angustiis prohibitus, rogatos velim lectores, ut si forte e reliquorum turba unum alterumve fragmen patrocinio suo dignum invenerint, ne propterea minus idoneas mihi rationes fuisse, cur repudiaverim, arbitrentur. Caeterum in colligendis philosophi hujus operum reliquiis satius fuit omittendo quam addendo peccare. Neque enim quidquam turpius est, quam posterioris temporis fraudibus fidem adjunxisse. Sed vel in iis quae genuina esse censemus fragmentis ionica dialectus in communem conversa est, atque in antiquorum vocabulorum locum interdum voces malae inelegantesque substitutae sunt. Cf. fragm. 11 §. 36 et al. Jam si ex his quasi ruderibus licet pristini aedificii animo informare imaginem, statuimus Democritum, quum ager recte coli non possit nisi perspecta ejus natura, initio voluminis de soli diversitate et plantarum sponte nascentium varietate earumque cum solo convenientia disputasse, tum straturarum terrae plantarumque et arborum, quibus telluris superficies consita est, habita ratione, de aquis investigandis praecepisse (fragm. 2), deinde de ventis ac de aeris temperie locutum esse (fragm. 4 et 5), post haec de agris hortisque colendis disseruisse (fragm. 3, 6, 7, 8, 9, 10), denique de animalibus quae maximam agricolis praestant utilitatem, exposuisse (fragm. 11). Talia nimirum veteres multaque alia in libris de agrorum cultura scriptis tractare solebant, quod cum aliunde, tum e Columellae opere omnium perfectissimo perspici potest. Utrum fragmentum de leporibus, cui ultimum locum concessimus, in hoc Democriti libro an in magno de animalibus volumine fuerit, non definio. Denique coronidis loco ponam Democriti sententiam a Columella lib. XI cap. 3 memoratam, quae in Geoponicis non reperitur: „Democritus in eo libro, quem Georgicon appellavit, parum prudenter censet eos facere qui hortis exstruant munimenta, quod neque latere fabricata maceries perennare possit, pluviis ac tempestatibus plerumque infestata, neque lapides supra rei dignitatem poscat impensa: si vero amplum modum sepire quis velit, patrimonio esse opus."

58) Περὶ ζωγραφίης.
59) Τακτικόν.
60) Ὁπλομαχικόν.

DE SCRIPTIS SUPPOSITITIIS.

Praeter ea de quibus locuti sumus, scripta nullus est liber, quem ad Democritum auctorem referre liceat. Quae enim a nonnullis philosopho tribuuntur commentationes, eae aut genuinorum operum partes sunt aut Nostro, ut ait Diogenes,[14]) abjudicandae. Partes librorum Democriteorum in praecedentibus plures notavimus. Vidimus etiam in hoc genere antiquorum negligentiam, qui non semper accurate librorum inscriptiones citant, sed non raro sensum magis quam verba titulorum respiciunt. Ac probabiliter explicasse nobis videmur in iis quae superius dicta sunt de Thrasylli catalogo quaecunque alibi laudantur librorum elogia in illo indice non obvia, Περὶ τέλους, Ὑποθῆκαι, Περὶ ἰδεῶν, Κανόνες. Nunc de iis tractandum est libris qui falso ascribuntur Democrito. Sunt autem:

1) τὰ Σοφιστικά. Nam mendose apud Galenum c. 5 scriptum est Δημόκριτος ἐν τοῖς σοφιστικοῖς pro Ὀνομάκριτος ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς. Cf. Sext. Empir. pag. 135 et 620 ed. Fabr.

2) Ἐπιστολαί. De his jam disseruimus sub finem libri primi, Suidae locum autem s. v. Δημόκριτος hac in re notabilem explanavimus in praefatione hujus libri.

3) *Liber de vi et natura chamaeleontis*, quem a Plinio nat. hist. XXVIII, 18 Democrito attributum, hoc philosopho plane indignum atque ei suppositum esse existimat Gellius noctt. att. X, 12. Vide supra tit. 31.

4) *Commenta Boli Mendesii.* De his Columella lib. VII cap. 5: „Sed Aegyptiae gentis auctor memorabilis, Bolus Mendesius, cujus commenta, quae appellantur Graece ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falso produntur etc."

---

[14]) Diog. Laert. IX, 49: Τὰ δ' ἄλλα ὅσα τινὲς ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν, τὰ μὲν ἐκ τῶν αὐτοῦ διεσκεύασται, τὰ δ' ὁμολογουμένως ἐστὶν ἀλλότρια.

5) Περὶ ἀντιπαθῶν. Columella lib. XI c. 3: „Sed Democritus in eo libro, qui Graece inscribitur περὶ ἀντιπαθῶν, affirmat, has bestiolas (i. e. erucas) enecari, si mulier quae in menstruis est, solutis crinibus et nudo pede unamquamque aream ter circumeat: post hoc enim decidere omnes vermiculos, et ita emori." Ipsa haec verba ridicula et inepta indicio sunt, istum librum a Democrito non esse compositum. Quare Columellam hic lapsum putamus. Qui quoniam, ut modo vidimus, tradit, Boli commentaria falso ad Democritum referri, Suidas autem auctor est Bolum exarasse opusculum περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν, hinc suspicandum videtur, hunc περὶ ἀντιπαθῶν libellum non fuisse diversum a Boliano ipsumque Bolum hujus quoque scriptionis conditorem haberi oportere. Vide Suidam et ejus interpretem Kusterum tom. I p. 450. A Bolo Mendesio Pythagoreo male distinguit Suidas atque ex eo Eudocia in Violar. pag. 93 et 94 Bolum Democriteum. At utrumque unum esse eundemque hominem jam animadvertit Fabricius vol. I Bibl. Gr. p. 838 ed. Harles. Pro Bolo vitiose *Orus* invenitur ap. Galen. lib. II de antidotis cap. 7, *Dolus* vero in Commelini editione Columellae pag. 344 et 444, *Rolus* in scholiis ad Nicandri Theriac. pag. 56 (35), denique *Eubolus* apud Varronem I de re rust. Theophrasto posterior fuit Bolus; ex ejus enim opere de plantis nonnulla in medium attulisse hunc testatur Stephanus Byzantius in ἄψινθος. Cf. praeterea Marsilium Cagnatum variar. observ. II, 7 Reinesium var. lectt. lib. I cap. ult. p. 222, Holstenium ad Stephanum pag. 61, Menagium ad Diog. Laert. I, 109, Harduinum in scriptoribus a Plinio laudatis et Dan. Clericum in hist. med. part. III lib. II cap. 2. Quod aetatem tulit inconcinnum opusculum de sympathiis et antipathiis, translatione et commentario illustratum a Joh. Rentdorfio Fabricius olim vulgavit in tertia editione Bibl. Gr. lib. IV cap. 29 vol. IV p. 333 — 367. Rentdorfius ejus auctorem Anatolium esse ratus procul dubio fallitur. Cf. Niclas. ad Needhamii prolegomena in Geoponic. tom. I. p. 48 seqq. Cum hoc cui modo immorati sumus titulo confundit Fabricius librum περὶ παθῶν memoratum ab Etymologici Magni

scriptore in νένωται. Aliud videlicet est περὶ παθῶν, aliud περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν. At neque rectam esse in Etym. M. scripturam contendo, neque scio, fueritne hic liber pars genuini alicujus operis Democritei, an citerioribus saeculis Abderitae subjectus sit. Cf. quae diximus in adnot. ad fragm. var. arg. 8.

6) *Magica volumina*, quibus a Democrito Apollonicem Captidenem et Dardanum Phoenicem illustratum esse credidit Plinius hist. nat lib. XXX, 1, qui etiam Dardani volumina ex ejus sepulcro ab Abderitano philosopho petita esse affirmavit. De his affatim disceptatum est libro primo, ubi de magia quaesivimus.

7) Liber *de Elephantiacis*. Coel. Aurelian. IV, 1 tardar. passion.

8) *De morbis convulsivis*. Coel. Aurelian. acutar. passion. III, 14.

9) *De arte sacra* (i. e. chemica) libellus cum Synesii, Mich. Pselli et Pelagii commentariis ex Dominici Picimentii interpretatione latine editus Patavii 1572, 8. Graece non prodiit hoc opusculum, luce plane indignum. Picimentius in praefatione ait, se hunc Democritei ingenii foetum a mercatore Corcyraeo emisse, melius facturus, si hujusmodi merces repudiasset. Est enim infimae Graeciae foetus, ut recte appellavit Salmasius ad Solinum et ad Tertulliani de pallio librum. Versatur vero Pseudodemocriti illius disputatiuncula paucis paginis circumscripta in exponenda arte auri potabilis conficiendi, quae res multorum ingenia medio aevo exercuit. Quod nisi materia jam abunde ostenderet, imperitum homuncionem illius dissertationis auctorem esse, qui media aetate sub Democriti nomine latere voluerit, allegari possent Mottani Vayeri verba, qui quum in codd. mss. graece legisset, solo scribendi genere probat, Democritum non esse ejus commentationis scriptorem. Ait enim tom. I p. 301: „Ceux qui sauront comme on parlait Grec du temps de Démocrite et long temps après, reconnaitront facilement, que ce traité qu'on lui attribue ne peut être de lui, et ils s'appercevront même par beaucoup de dictions que

son véritable auteur a eu connaissance du christianisme." In scholiis Graecis sermo est de Ostane quodam quem Democriti in Aegypto magistrum fuisse, citeriora saecula inepte finxerunt. Huc tendunt Syncelli verba pag. 248: Δημόκριτος Ἀβδηρίτης φυσικὸς φιλόσοφος ἤκμαζεν. Ἐν Αἰγύπτῳ μυηθεὶς ὑπὸ Ὀστάνου τοῦ Μήδου, σταλέντος ἐν Αἰγύπτῳ παρὰ τῶν τηνικαῦτα βασιλέων Περσῶν, ἄρχειν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν, ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Μέμφεως σὺν ἄλλοις ἱερεῦσι καὶ φιλοσόφοις, ἐν οἷς ἦν καὶ Μαρία τις Ἑβραία σοφὴ καὶ Παμμένης. Συνέγραψεν (ὁ Δημόκριτος) περὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου καὶ πορφύρας λοξῶς, ὁμοίως δὲ καὶ Μαρία. Ἀλλ' οὗτοι μὲν Δημόκριτος καὶ Μαρία ἐπηνέθησαν παρὰ Ὀστάνου, ὡς πολλοῖς καὶ σοφοῖς αἰνίγμασι κρύψαντες τὴν τέχνην. Παμμένους δὲ κατέγνωσεν, ἀφθόνως γράψαντος. Similiter Synesius in Scholiis ad istam scriptionem: Δημόκριτος ἐλθὼν ἀπὸ Ἀβδήρας φυσικὸς ὢν καὶ πάντα τὰ φυσικὰ ἐρευνήσας καὶ συγγραψάμενος τὰ ὄντα κατὰ φύσιν· Ἄβδηρα δέ ἐστι πόλις Θρᾴκης· ἐγένετο δὲ ὁ ἀνὴρ λογιώτατος, ὃς ἐλθὼν ἐν τῷ Αἰγύπτῳ ἐμυσταγωγήθη παρὰ τοῦ μεγάλου Ὀστάνου ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Μέμφεως σὺν πᾶσι τοῖς ἱερεῦσιν Αἰγύπτου. Ἐκ τούτου λαβὼν ἀφορμὰς συνεγράψατο βίβλους τέσσαρας βαφικάς, περὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθων καὶ πορφύρας. Caeterum in pluribus Europae bibliothecis hunc libellum graece, cum aliis ejus generis, additis Commentariis exstare, satis notum inter viros eruditos est. Vide Reuvens Lettres à Mr. Letronne. Leid. 1830. Adde Lambec. comm. de bibl. Vindob. VI p. 386—400 ed. Kollar.

10) *Mystica et physica* cum Synesii, Mich. Pselli et Pelagii commentariis. Hunc librum, quem a priore distinguit Menagius ad Laert. IX, 49 eundem esse opinatus est Fabricius Bibl. gr. vol. II p. 641 Harl. inscriptionem ita laudans: Φυσικὰ καὶ Μυστικὰ de arte sacra sive chemica cum Synesii ac Pelagii commentariis latine edita Patavii 1572, 8. At libellum Patavii a Picimentio publicatum, quem ipse olim perlustravi, scio non inscribi Physica et mystica. Neque Reuvensius l. l. alio titulo nisi περὶ ἱερᾶς τέχνης Pseudodemocriti

commentationem citat. Idcirco mystica et physica quae Nesselius in Catalogo bibl. Vindob. sub Democriti nomine in illo librorum thesauro exstare dicit part. III p. 15 nr. IV et pag. 19 cod. III et quae Parisiis quoque, Venetiis et Florentiae reperiri dicuntur, (Cf. Harles. ad Fabric. Bibl. gr. vol. II p. 633 seqq.) ab Arte sacra segreganda esse censeo, licet simillima sint opuscula. Nesselius narrat, in illa scriptione praecipue memorabilem esse Necyomantiam Democriti, Ostanem, magistrum suum jam mortuum consulentis.

QUAESTIONUM DEMOCRITEARUM

LIBER III.

DEMOCRITI OPERUM FRAGMENTA.

A. FRAGMENTA MORALIA.

PRAEFATIO.

Si verum est quod alio loco [1]) conjecimus, opera moralia a Democrito aut omnium prima aut magnam partem ante reliqua scripta composita esse, nemo mirabitur, in his libris nonnulla tradi praecepta quae posteriori philosophi doctrinae vehementer repugnent. Nam quum non divina potentia, de qua non admodum honorifice sentiebat, sed atomorum concursu omnia nata esse et perpetuo nasci decrevisset, fieri profecto non poterat, quin magnam moralis disciplinae partem tolleret. Sed ut inveniuntur, qui nullam esse divinam naturam opinantes, vitae tamen sanctitate et probitate excellant, ita Democritum arbitramur hos de moribus libros salva atomorum doctrina scribere potuisse. Quodsi statuimus, philosophum antequam de atomis dissereret, de morali disciplina commentarios plerosque jam vulgasse, illam, cujus mentio facta est, inconstantiam necessariam fuisse patet. Atque haec ipsa inconstantia non modo ex-

[1]) Vide supra pag. 101.

excusanda, verum etiam probanda foret, si virum praeclarum post illustrata demum litterarum monumentis individua corpuscula ad ornandam explicandamque morum disciplinam animum adjecisse, inter auctores conveniret. Quare cavendum est, ne quae in Democriteis de morali philosophia fragminibus ac sententiis contraria videantur philosophi de deorum natura judicio, ea germana ejus verba esse negemus. In quo lapsum esse apparet Meinersium qui in Gesch. der Wissensch. I p. 729 seqq. plura Democrito abjudicat fragmenta propterea, quod aeterna et peritura, divina et humana atomorum explicator distinguat. At Democritum verisimile est eo maxime consilio opera moralia emisisse, ut popularibus suis prodesset. Prodesse autem plurimis poterat aut narrando quae ipse in itineribus memorabilia vidisset audissetve aut de vita prudenter instituenda, de vitiis et virtutibus disserendo. Utramque dotem moralium ejus disputationum fuisse satis liquet [2]). Quamvis igitur ipse de rebus divinis aliter sentiret atque vulgus Graecorum, tamen in libro erudiendis civibus destinato necesse erat eum de diis ad vulgi captum accommodate loqui. Quae quum ita sint, omnia fere fragmenta, a Meinersio pro spuriis habita, Democritea esse nobis persuasum est. Neque tamen diffitemur, inveniri in illis quaedam Democrito supposita. Est enim duplex genus fragmentorum, in quibus coelestia et sempiterna memorantur, alterum ita comparatum, ut servatis vulgi de deorum potentia ac voluntate opinionibus utile ad vitam recte agendam praeceptum contineant, alterum sic compositum, ut profectum esse appareat ab homine qui ipse mundum aeterna dei sapientia ac providentia gubernari existimaret. Posterius genus supposititium censeri oportet. In quo non valde dissentio a Burchardo. Quum igitur Democritus ait: *dii hominibus bona largiuntur* (cf. fragm. 13), nihil dicit, quod a plebis opinione abhorreat, atque his ipsis verbis utitur ad hominum caecitatem demonstrandam, qui mala sua ad deos referre auctores consueverunt. Contra nihil magis supra vulgi captum, nihil a Democritea de

[2]) Vid. pag. 101.

rebus divinis sententia tam alienum est, quam quod apud Antonium et Maximum Abderae alumno tribuitur (cf. fragm. suppos. 7.) *illud te deo dignum efficiet, si nihil eo indignum feceris.* Itaque hoc fragmentum cum pluribus aliis [3]) e Democriteorum fragminum numero expunximus. Neque tamen semper in rejiciendis sententiis quae videntur νοθείας speciem prae se ferre, astipulatus sum Burchardo, quem acerrimi censoris instar justo plures tribu movisse, et quod maxime mireris, sibi ne constitisse quidem in illo negotio animadvertimus. Namque verba illa quae leguntur ap. Anton. et Max. p. 27, ap. Orell. n. 127, quaeque a nobis in spuriorum fragmentorum ordine (n. 9) posita sunt, p. 10 ut genuinam philosophi sententiam citavit, pag. 55 inter suppositicias recepit. Sed de hac materia uberius singulis locis egimus. Nunc de Democrate, commentitio philosopho, pauca dicenda sunt.

DE PSEUDODEMOCRATE.

In pluribus membranis quae veterum philosophorum sententias ex variis eorum operibus collectas continent, reperiuntur Democratis cujusdam sententiae aureae (γνῶμαι χρυσαῖ) numero octoginta sex, quas cum aliis opusculis sentensiosis [4]) primus Romae anno 1638 Lucas Holstenius edidit. De his ita ad Lectores praefatur: „Democratis aetatem, patriam et sectam vetustissimus Jonici sermonis character ostendit. Ejus dicta et sententias nonnullas Stobaeus et Antonius proferunt, apud quos saepius cum Democrito librariorum imperitia confunditur: quorum error in tanta rerum antiquarum ignoratione haud facile emendari potest. Plutarchus quoque in Politicis praeceptis Democratis cujusdam meminit, qui in Atheniensi republica versabatur circa Olympiadem CX, neque ab hoc fortasse diversus est ille, quem ab Epicuro ob libros transscriptos ex-

[3]) Similia sunt inter fragmenta suppositicia quadragesimum quintum (ap. Anton. et Max. p. 277): Θεῷ ὅμοιον ἔχει ὁ ἄνθρωπος τὸ εὖ ποιεῖν, ὅταν τὸ εὖ ποιεῖν μὴ καπηλεύηται, καὶ τὸ εὐεργετεῖν καὶ ἀληθεύειν et quadragesimum sextum (Democrat. Orell. n. 80) Ἢν πιστεύῃ τις, θεοὺς ἐπισκοπεύειν πάντα, οὔτε λάθρῃ οὔτε φανερῶς ἁμαρτήσεται.

[4]) Vid. Fabric. Bibl. Graec. I p. 868 ed. Harl.

agitatum in libello contra Epicurum idem Plutarchus refert. Ceterum Democratem Barberinae bibliothecae debes." Sed nullus est Democrates ex iis omnibus qui hoc nomine a veteribus citantur, ad quem commode ut ad auctorem suum hae sententiae possint referri [5]). Nam neque medico conveniunt, qui sub Augusto vixit; neque athletae, cujus Aelianus mentionem movet; neque rhetori, D. Augustini magistro; neque Lysidis Platonici patri; neque illi, qui circa Olymp. CX Atheniensium rempublicam administravit, non diversus forsitan a philosopho, Epicuri acerbitatem ob compilatam ejus sapientiam experto; neque ei denique, cujus bis meminit Stobaeus [6]). Huc accedit, quod magna pars sententiarum quae Democratis esse feruntur, vel in Stobaei Florilegio, quod olim longe integrius fuit [7]), vel in fragmento Stobaei, quod e Johannis Damasceni cod. Florentino erutum quarto editionis suae volumini inseruit Gaisfordius (pag. 375 seqq. ed. Lips.), vel apud Antonium et Maximum qui septimo et octavo saeculo cum ex aliis tum ex Stobaeo florilegium suum conscripserunt, addito Democriti nomine invenitur. Praeterea accidit, ut aliquoties librariorum errore, qui scripturae compendia Δημοκρ. et Δημο. [8]) non intel-

---

[5]) Cf. Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. l. l.

[6]) Stobaeus Flor. XIII, 30: Δημοκράτης ἰδὼν κλέπτην ὑπὸ τῶν ἕνδεκα ἀπαγόμενον, Ἄθλιε, εἶπε, τί γὰρ τὰ μικρὰ ἔκλεπτες, ἀλλ' οὐ τὰ μεγάλα, ἵνα καὶ σὺ ἄλλους ἀπῇγες et XXII, 43: Δημοκράτης ἀναβαίνων εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἐν γήρᾳ καὶ πνευστιῶν, ποιεῖν ἔφη ὅπερ καὶ ξύμπασα ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις· πνεῖν μὲν γὰρ μέγα, ἰσχύειν δὲ μικρόν. Alio loco XCIII, 30 Δημοκράτους nomen e codd. fide recte nunc in Σωκράτους mutatum est, praesertim quum sententia attico sermone scripta Atheniensis philosophi esse videatur. Apud Orellium, hujus rei non memorem, reperitur hoc dictum in Opp. sent. I p. 6 inter Demophili Similitudd. Pythag.

[7]) Hoc vel ex Frobeniano sententiarum corpore cogi potest (Vid. ad fragm. spur. 2) quod ad bonorum codd. fidem expressum, Gaisfordianum Stobaei textum copia superat.

[8]) Idcirco et alia confunduntur, ut ap. Anton. et Max. p. 933: Δημοσθένους ἢ Δημοκρίτου. Ibid. p. 304 est Δημοκρίτου. Ἄγρυπνος ἔσο κατὰ νοῦν κ. τ. λ. pro Δημοφίλου cf. Orell. Opusc. sent. I p. 36 inter Demophili sententias. Apud Orig. c. Cels. p. 32 (Cantabrig) ἢ Ἐπικούρειος εἶναι ἢ Δημοκράτειος ἢ Περιπατητικός corr. Δημοκρίτειος. Apud Stob. ecl. phys. I

lexerant, apud Antonium et Maximum Δημοκράτης scriptum sit, ubi Stobaei codd. Democriti nomen exhibent. Denique in Stobaei fragmento quod in Cod. Florentino exstat, pluribus locis Δημοκράτης exaratum est, ubi Δημόκριτος scribi debebat, ut ex Stobaei florilegio, Antonii, Maximi aliorumque scriptorum libris intelligitur [9]). Ex his signis ac magis etiam ex ipsa rei natura recte conclusit Burchardus [10]), sententias Democraticas quas ex parte jam ipsarum membranarum auctoritate Democriti esse liquet, prope omnes esse Democrito restituendas, praesertim quum in iis eadem quae in Democriteis sermonis ionici vetustas, eadem facilitas, idem de rebus humanis et vita communi judicium ubique appareat. Postremo in tribus codd. qui dicta Pseudodemocratica servant, non Δημοκράτους, sed Δημοκρίτου nomen his fragmentis inscriptum est. Cf. Harles. ad Fabric. Bibl. gr. I p. 868. Itaque cum Burchardo has sententias Democriticis intexui, ita tamen, ut indicarem, quae apophthegmata in membranis nonnullis Democrati tribuerentur.

Περὶ εὐθυμίης.

1. Δημόκριτος καὶ Πλάτων κοινῶς ἐν τῇ ψυχῇ τὴν εὐδαιμονίαν τίθενται. Γέγραφε δὲ ὁ μὲν οὕτως· Εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασι οἰκέει, οὐδ' ἐν χρυσῷ, ψυχὴ δ' οἰκητήριον δαίμονος· τὴν δὲ εὐθυμίην καὶ εὐεστὼ καὶ ἁρμονίην, ξυμμετρίην τε καὶ ἀταραξίην

De animi tranquillitate.

1. Democritus et Plato communiter in animo felicitatem ponunt. Et ille quidem sic scribit: Animi felicitas et infelicitas: non in (possidendis) gregibus et auro consistit; animus est domicilium numinis: caeterum animi tranquillitatem etiam bonum ejus statum, concentum, aequabilitatem et perturbationum vacuitatem nominat. Nasci autem eam ait ex voluptatum

---

p. 364 ed. Heer. alii pro Δημόκριτος legunt Δημόκρατος et Δημοκράτου. Cf. var. lect. pag. 27. Ὀνησικράτης perperam scriptum est ap. Plutarch. Alex. 8 in nonnullis codd. pro Ὀνησίκριτος.

[9]) Cf. ibid. p. 4 6 cum Clement. Alex. Strom. IV p. 536.

[10]) pag. 12 — 16.

καλεῖ· συνίστασθαι δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ διορισμοῦ καὶ τῆς διακρίσεως τῶν ἡδονῶν· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ κάλλιστον καὶ συμφορώτατον ἀνθρώποις (Stob. Ecl. eth. lib. II cap. VII περὶ τοῦ ἠθικοῦ εἴδους τῆς φιλοσοφίας pag. 75 seqq. ed. Heeren.)

2. Ἄριστον ἀνθρώπῳ τὸν βίον διάγειν, ὡς πλεῖστα εὐθυμηθέντι καὶ ἐλάχιστα ἀνιηθέντι· τοῦτο δ' ἂν εἴη, εἴ τις μὴ ἐπὶ τοῖσι θνητοῖσι τὰς ἡδονὰς ποιέοιτο. Stob. Flor. V, 24.

3. Ἡδονὴν οὐ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τῷ καλῷ αἱρέεσθαι χρεών. Stob. Flor. V, 77.

4. Δίκαιος ἔρως ἀνυβρίστως ἐφίεσθαι τῶν καλῶν. Stob. Flor. V, 78. Democrat. Orell. n. 38.

5. Οὔτε σώμασι οὔτε χρήμασι εὐδαιμονέουσι ἄνθρωποι, ἀλλ' ὀρθοσύνῃ καὶ πολυφροσύνῃ. Democrat. Orell. n. 6.

6. Ὁ τὰ ψυχῆς ἀγαθὰ ἐρεόμενος τὰ θειότερα ἐρέεται, ὁ δὲ τὰ σκήνεος, τἀνθρωπήϊα. Democrat. Orell. n. 3.

7. Οὗτος γὰρ αὐτὸς εὐδοκιμῶν παρ' ἑαυτῷ, μὴ καταφρονῶν, ἀλλὰ χαίρων καὶ ἀγαπῶν, ὡς ἱκανὸς ὢν μάρτυς ἅμα τῶν καλῶν καὶ θεατής, δείκνυσι τὸν λόγον ἐντὸς ἧδη στρεφόμενον καὶ ῥιζούμενον ἐν ἑαυτῷ, καὶ, κατὰ Δημόκριτον, αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ

sejunctione ac distinctione,} quam rem longe praestantissimam et hominibus utilissimam esse censet.

2. Optimum homini vitam agere, animo quam maxime laeto et quam minime tristi, quod fieri poterit, si voluptates non in perituris rebus locentur.

3. Voluptatem non quamlibet, sed honestati conjunctam eligi decet.

4. Justum (optimarum rerum) studium (est) honestatem sine cujusquam injuria appetere.

5. Neque in corpore neque in opibus posita est hominum felicitas: sed in animo recto variarumque rerum peritia excolto.

6. Qui animi bona amat, diviniora petit, qui autem corporis, humana consectatur.

7. Hic enim ipse sibi placens, neque se contemnens, sed gaudens se ipso atque contentus ut satis idoneo teste ac specta-

τὰς τέρψιας ἐθιζόμενον λαμβάνειν. Plutarch. de sentiendo in virtute paranda progressu pag. 81 Steph. (vol. VI pag. 301 ed. Reisk.)

8. Οὖρος ξυμφορέων καὶ ἀξυμφορέων τέρψις καὶ ἀτερπίη. Stob. Flor. III, 35.

9. Τέρψις καὶ ἀτερπίη οὖρος τῶν περιηκμακότων. Clem Alex. Strom. II p. 417.

10. Διζημένοισι τἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι. Stob. Flor. XCVIII, 58. Democr. ap. Orell. nr. 75.

11. Ἀνθρώποισι κακὰ ἐξ ἀγαθῶν φύεται, ἐπήν τις τἀγαθὰ μὴ ἐπίστηται ποδηγέειν μηδὲ ὀχέειν εὐπόρως. Οὐδὲ δίκαιον ἐν κακοῖσι τὰ τοιάδε κρίνειν, ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσι· τοῖσι δὲ ἀγαθοῖσι οἷόν τε χρᾶσθαι καὶ πρὸς τὰ κακά, εἴπερ τινὶ βουλομένῳ ἂν ᾖ. Stob. Flor. IV, 53. Ecl. eth. II, 9 p. 406 Heer.

12. Ἀπ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ γίνεται, ἀπὸ τῶν αὐτέων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκοίμεθα· τῶν δὲ κακῶν ἐκτὸς εἴημεν. Αὐτίκα ὕδωρ βαθὺ εἰς πολλὰ χρήσιμον καὶ δ' αὖτε κακόν· κίνδυνος

tore pulchrorum ostendit, rationem jam intra sese versatam radices agere, et (quod jubet Democritus) ex se ipso sui oblectandi materiam petere consuesse.

8. Utilium et inutilium termini sunt jucunditas et injucunditas.

9. Voluptas et molestia sunt eorum quae ad summum pervenerunt terminus.

10. Quaerentibus bona non sine labore ac difficultate contingunt, mala autem vel non quaerentibus (necopinantibus) accidunt.

11. Hominum mala (plerumque) ex bonis oriuntur, cum quis bona recte administrare et ferre nescit. Attamen haec non pro malis habenda sunt, sed ad bona pertinent, quibus si quis velit, ad mala abuti possit.

12. A quibus bona nobis proveniunt, ab iisdem mala quoque nanciscimur. A malis autem liberi esse possumus. Sic aqua profunda multum quidem prodest, verum nocet etiam,

γὰρ ἀποπνιγῆναι. Μηχανὴ ὧν εὑρέθη νήχεσθαι διδάσκειν. Stob. Ecl. eth. II, 9 p. 406 Heer.

13. Οἱ θεοὶ τοῖσι ἀνθρώποισι διδοῦσι τἀγαθὰ πάντα καὶ πάλαι καὶ νῦν, πλὴν ὁπόσα κακὰ καὶ βλαβερὰ καὶ ἀνωφελέα. Τάδε δ' οὐ πάλαι, οὔτε νῦν θεοὶ ἀνθρώποισι δωρέονται, ἀλλ' αὐτοὶ τοῖσδεσι ἐμπελάζουσι διὰ νόου τυφλότητα καὶ ἀγνωμοσύνην. Stob. Ecl. eth. II, 9 p. 408.

Περὶ τύχης.

14. Ἄνθρωποι τύχης εἴδωλον ἐπλάσαντο πρόφασιν ἰδίης ἀβουλίης· βαιὰ γὰρ φρονήσιι τύχη μάχεται, τὰ δὲ πλεῖστα ἐν βίῳ ψυχὴ εὐξύνετος ὀξυδερκέειν κατιθύνει. Stob. Ecl. eth. II, 8 p. 344.

15. Τύχη μεγαλόδωρος, ἀλλ' ἀβέβαιος, φύσις δὲ αὐτάρκης· διόπερ νικᾷ τῷ ἥσσονι καὶ βεβαίῳ τὸ μέζον τῆς ἐλπίδος. Stob. Ecl. eth. II, 9 p. 410.

---

16. Ἀνοήμονες ῥυσμοῦνται τοῖσι τῆς ψυχῆς κέρδεσι· οἱ δὲ τῶν τοιῶνδε δαήμονες τοῖσι τῆς σοφίης. Stob. Flor. IV, 73.

quando periculum est, ne in undis pereamus. Quapropter natandi disciplina remedium est inventum.

13. Dii hominibus bona omnia et olim et nunc praebent, non tamen ea quae mala et noxia et inutilia sunt. Haec autem dii neque olim neque nunc hominibus largiuntur, sed ipsi in ea ob mentis caecitatem et ignorantiam incurrunt.

De fortuna.

14. Fortunae simulacrum homines praetextum imprudentiae suae finxerunt; nam parum restitit prudentiae fortuna ac pleraque mens perspicax in vita moderatur.

15. Magna quidem largitur fortuna, sed inconstans est; at ingenium suis viribus pollet, ideoque ubi minora quidem, sed certa sibi paravit, majora sperare omittit.

---

16. Stulti erudiuntur astutiis, harum autem gnari sapientiae bonis.

17. Αἱ μεγάλαι τέρψιες ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ καλὰ τῶν ἔργων γίνονται. Stob. Flor. III, 57.

18. Εἴδωλα αἰσθητικὰ καὶ κόσμῳ διαπρεπέα πρὸς θεωρίην, ἀλλὰ καρδίης κενεά. Stob. Flor. IV, 71.

Περὶ μετρίης τέρψιος καὶ βίου ξυμμέτρου.

19. Ἡδοναὶ ἄκαιροι τίκτουσι ἀηδίας. Democr. Orell. nr. 36.

20. Ἀνθρώποισι γὰρ εὐθυμίη γίνεται μετριότητι τέρψιος καὶ βίου ξυμμετρίῃ, τὰ δὲ λείποντα· καὶ ὑπερβάλλοντα μεταπίπτειν τε φιλέει καὶ μεγάλας κινήσιας ἐμποιέειν τῇ ψυχῇ. Αἱ δ' ἐκ μεγάλων διαστημάτων κινεόμεναι τῶν ψυχέων οὔτε εὐσταθέες εἰσί, οὔτε εὔθυμοι. Ἐπὶ τοῖσι δυνατοῖσι ὧν δέει ἔχειν τὴν γνώμην, καὶ τοῖσι παρεοῦσι ἀρκέεσθαι, τῶν μὲν ζηλουμένων καὶ θωυμαζομένων ὀλίγην μνήμην ἔχοντα, καὶ τῇ διανοίῃ μὴ προσεδρεύοντα, τῶν δὲ ταλαιπωρεόντων τοὺς βίους θεωρέειν, ἐννοεύμενον τὰ πάσχουσι κάρτα, ὅκως ἂν τὰ παρεόντα σοι καὶ ὑπάρχοντα μεγάλα καὶ ζηλωτὰ φαίνηται καὶ μηκέτι πλειόνων ἐπιθυμέοντι ξυμβαίνῃ κακοπαθέειν τῇ ψυχῇ. Ὁ γὰρ

17. Magnae voluptates e praeclarorum facinorum contemplatione oriuntur.

18. Simulacra quae oculis cernimus, belle ornata, ad sui quidem spectaculum alliciunt, sed corde carent.

De modica voluptate et vita aequabili.

19. Intempestivae voluptates molestias pariunt.

20. Hominibus enim animi tranquillitas oritur e modica voluptate atque e vita aequabili; omnis autem tam inopia quam abundantia in deterius mutari magnosque in animo motus concitare solet. At animi qui quasi sede sua expulsi, magnis intervallis ultro citroque moventur, nec constantes sunt, neque tranquilli. Quare ad ea quae fieri possunt, intendi animum ac praesentibus contentum esse decet, eorum qui felices judicantur et in admiratione sunt, non valde memorem neque eos curantem, sed hominum aerumnosorum vitas intueri convenit reputantem, quantis miseriis conflictentur, ut tua res tuaque fortuna magna tibi et lauta videatur, neve posthac plura cupienti

θωυμάζων τοὺς ἔχοντας καὶ μακαριζομένους ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ τῇ μνήμῃ πᾶσαν ὥρην προσεδρεύων, αἰεὶ ἐπικαινουργέειν ἀναγκάζεται καὶ ἐπιβάλλεσθαι, δι' ἐπιθυμίην τοῦ τι πρήσσειν ἀνήκεστον ὃ νόμοι κωλύουσι. Διόπερ τὰ μὲν μὴ δίζησθαι χρεών, ἐπὶ τοῖσι δὲ εὐθυμέεσθαι χρεών, παραβάλλοντα τὸν ἑωυτοῦ βίον πρὸς τὸν τῶν φαυλότερον πρησσόντων, καὶ μακαρίζειν ἑωυτόν, ἐνθυμεύμενον τὰ πάσχουσι, ὅκως αὐτέων βέλτιον πρήσσῃ τε καὶ διάγῃ. Ταύτης γὰρ ἐχόμενος τῆς γνώμης εὐθυμότερόν τε διάξεις, καὶ οὐκ ὀλίγας κῆρας ἐν τῷ βίῳ διώσεαι, φθόνον καὶ ζῆλον καὶ δυσμενίην. Stob. Flor. I, 40.

21. Ἡ τοῦ πλέονος ἐπιθυμίη τὸ παρεὸν ἀπόλλυσι, τῇ Αἰσωπίῃ κυνὶ ἰκέλη γινομένη. Stob. Flor. X, 69.

22. Τῶν τὸ σκῆνος χρῄζει, πᾶσι πάρεστι εὐμαρέως ἄτερ μόχθου καὶ ταλαιπωρίης· ὁκόσα δὲ μόχθου καὶ ταλαιπωρίης χρῄζει καὶ βίον ἀλγύνει, τούτων οὐκ ἱμείρεται τὸ σκῆνος, ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης κακοφυΐη. Stob. Flor. X, 66.

accidat, ut animo excrucieris. Nam qui suspicit eos, qui opes habent et qui beati existimantur ab aliis hominibus eique recordationi singulis horis immoratur, semper novi aliquid moliri et aggredi cogitur propter cupiditatem patrandi aliquid nefarium quod legibus interdictum sit. Quapropter unum quemque decet alia (i. e. aliena) non appetere, aliis (i. e. suis) autem acquiescere, comparantem suam ipsius vitam cum eorum vita, qui deteriore sunt conditione, et se ipsum beatum praedicare, reputantem secum, quae illi perpetiantur, ut meliore quam isti sorte et vita fruatur. Hanc enim amplexus sententiam laetius et tranquillius vives, neque paucas vitae (humanae) pestes propulsabis, invidiam, aemulationem, odium.

21. Cupido plura adipiscendi Aesopei canis instar praesentia amittit.

22. Quorum corpus indiget, ea facile omnibus obveniunt sine labore et aerumna: quaecunque vero laborem et aerumnam flagitant vitamque tristem reddunt et insuavem, ea non corpus desiderat, sed ingenii et opinionis perversitas.

23. Πρὸς τούτους γὰρ οἶμαι μάλιστα τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν, ὡς εἰ τὸ σῶμα δικάσαιτο τῇ ψυχῇ κακώσεως, οὐκ ἂν αὐτὴν ἀποφυγεῖν. Plutarch. de sanit. tuend. p. 135 (vol. VI p. 514 ed. Reisk.)

24. Ἢν μὴ πολλῶν ἐπιθυμέῃς, τὰ ὀλίγα τοι πολλὰ δόξει· σμικρὴ γὰρ ὄρεξις πενίην ἰσοσθενέα πλούτῳ ποιέει. Stob. Flor. XCVII, 24 et 25.

25. Καλὸν ἐπὶ παντὶ τὸ ἴσον, ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις οὐ μοι δοκέει. Democr. Orell. n. 68.

26. Πενίη, πλοῦτος, ὀνόματα ἐνδείης καὶ κόρου· οὔτε ὢν πλούσιος ὁ ἐνδέων, οὔτε πένης ὁ μὴ ἐνδέων. Stob. Flor. XCVII, 23.

27. Εὐτυχὴς ὁ ἐπὶ μετρίοισι χρήμασι εὐθυμεόμενος· δυστυχὴς δὲ ὁ ἐπὶ πολλοῖσι δυσθυμεόμενος. Stob. Flor. CIII, 17.

28. Τὸ χρῄζον οἶδε, ὁκόσον χρῄζει, ὁ δὲ χρῄζων οὐ γινώσκει. Stob. Flor. I, 74.

29. Εὐγνώμων ὁ μὴ λυπεόμενος ἐπ' οἷσι οὐκ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐπ' οἷσι ἔχει. Stob. Flor. XVII, 26.

23. In hos enim existimo Democriti dictum convenire, si corpus cum animo de damno facto litigaret, fore ut animus judicio non absolveretur.

24. Nisi multa desideras, pauca tibi multa videbuntur: pauca enim appetendo efficimus, ut paupertas magnas opes aequiparet.

25. Bona in omnibus aequalitas est, quidquid vero ultra vel citra modum est, mihi non placet.

26. Paupertas, divitiae, nomina sunt indigentiae et saturitatis: quamobrem neque dives dicendus est, qui indiget, neque qui non indiget, pauper.

27. Fortunatus est, qui exigua possidens hilare vivit: infortunatus, qui inter magnas opes in moerore jacet.

28. Ipsa indigentia scit, qua re et quatenus egeat, indigens autem ignorat.

29. Sobrius est et moderatus, qui ob res quibus caret, dolore non angitur, sed iis quae praesto sunt, gaudet.

30. Ὁ φθονέων, ἑωυτὸν ὡς ἐχθρὸν λυπέει. Stob. Flor. XXXVIII, 47. Democr. Orell. n. 54.

31. Ἀνοήμονες τῶν ἀπεόντων ὀρέγονται· τὰ δὲ παρεόντα (καὶ παρῳχημένων κερδαλεώτερα ἐόντα) ἀμαλδύνουσι. Stob. Flor. IV, 78.

32. Βίος ἀνεόρταστος μακρὴ ὁδὸς ἀπανδόκευτος. Stob. Flor. XVI, 21.

33. Φειδώ τοι καὶ λιμὸς χρηστή, ἐν καιρῷ δὲ καὶ δαπάνη· γινώσκειν δὲ ἀγαθοῦ. Stob. Flor. XVI, 18.

34. Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γινόμενα μάλιστα τέρπει. Stob. Flor. XVII, 38.

35. Σωφροσύνη τὰ τερπνὰ ἀέξει, καὶ ἡδονὴν ἐπιμέζονα ποιέει. Stob. Flor. V, 49.

36. Τράπεζαν πολυτελέα μὲν τύχη παρατίθησι, αὐταρκέα δὲ σωφροσύνη. Stob. Flor. V, 38.

37. Εἴ τις ὑπερβάλλοι τὸ μέτριον, τὰ ἐπιτερπέστατα ἀτερπέστατα ἂν γίνοιτο. Stob. Flor. VII, 39. VI, 60.

38. Ξενιτείη βίου αὐταρκείην διδάσκει· μᾶζα γὰρ καὶ στιβὰς λιμοῦ καὶ κόπου γλυκύτατα ἰάματα. Stob. Flor. XL, 6.

30. Homo invidus se ipsum, ut inimicum, dolore afficit.

31. Stulti desiderant absentia, praesentia vero, etsi utiliora praeteritis, perire sinunt.

32. Vita festis diebus carens longa est via inhospitalis.

33. Parsimonia et esuries bona sunt, suo autem tempore sumtus (non minus bonus est); at viri prudentis est nosse (tempus ad utramque rem opportunum).

34. Rarissimae quaeque voluptates maxime delectant.

35. Temperantia, quae jucunda sunt, auget et voluptatem majorem facit.

36. Mensam pretiosam fortuna apponit, usui sufficientem temperantia.

37. Si quis modum excesserit, suavissima quaeque insuavissima fient.

38. Peregrinatio vitae frugalitatem docet; nam panis hordeaceus et torus stramineus famis ac laboris dulcissima sunt remedia.

39. Αὐταρκείῃ τροφῆς μακρὴ νὺξ οὐδέποτε γίνεται. Anton. et Max. p. 145. Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 434.

40. Τὰ μέγιστα τῶν κακῶν οἱ πένητες ἐκπεφεύγασιν, ἐπιβουλήν, φθόνον καὶ μῖσος, οἷς οἱ πλούσιοι καθ' ἡμέραν συνοικοῦσιν. Anton. et Max. p. 786.

41. Γινώσκειν χρεὼν ἀνθρωπίνην βιοτὴν ἀφαυρήν τε ἐοῦσαν καὶ ὀλιγοχρόνιον πολλῇσί τε κηρσὶ συμπεφυρμένην καὶ ἀμηχανίῃσι, ὅκως ἄν τις μετρίης κτήσιος ἐπιμελῆται καὶ μετρῆται ἐπὶ τοῖσι ἀναγκαίοισι ἡ ταλαιπωρίη. Stob. Flor. XCVIII, 65.

42. Πενίην ἐπιεικέως φέρειν σωφρονέοντος. Stob. Flor. CV, 70.

43. Ἀπορίη ξυνὴ τῆς ἑκάστου χαλεπωτέρη· οὐ γὰρ ὑπολείπεται ἐλπὶς ἐπικουρίης. Stob. Flor. CIV, 20.

44. Ἀλογιστίη μὴ ξυγχωρέειν τῇσι κατὰ τὸν βίον ἀνάγκῃσι. Stob. Flor. CVIII, 64.

45. Τοῖσι ὁ τρόπος ἐστὶ εὔτακτος, τουτέοισι καὶ βίος ξυντέτακται. Stob. Flor. XXXVII, 25. Democrat. Orell. n. 26.

39. Moderato victu (contentis) nulla unquam nox longa (et molesta) est.

40. Pauperes maximis malis non infestantur, ut insidiis, invidia et odio, quibus divites premuntur quotidie.

41. Cognoscamus oportet, vitam humanam imbecillam ac brevem multisque calamitatibus (fatorum acerbitate illatis) et rerum angustiis turbatam esse, ut ad mediocrem quaestum faciendum intenti simus atque ut rebus necessariis miseriam metiamur.

42. Paupertatem moderate ac patienter ferre hominis sobrii est.

43. Gravior est publica quam privata inopia; non enim subsidii spes relinquitur.

44. Necessariis in vita rebus non cedere stultitia est.

45. Quibus mores bene sunt compositi, his et vita recte instituta est.

Περὶ ἀμετρίης τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἡδονέων.

46. Ὑγιείην εὐχῇσι παρὰ θεῶν αἰτέονται ἄνθρωποι, τὴν δὲ ταύτης δύναμιν παρ' ἑωυτοῖσι ἔχοντες οὐκ ἴσασι· ἀκρασίῃ δὲ τἀναντία πρήσσοντες αὐτοὶ προδόται τῆς ὑγιείης τῇσι ἐπιθυμίῃσι γίνονται. Stob. Flor. XVIII, 31.

47. Ὅσοι ἀπὸ γαστρὸς τὰς ἡδονὰς ποιέονται, ὑπερβεβληκότες τὸν καιρὸν ἐπὶ βρώσεσι ἢ πόσεσι ἢ ἀφροδισίοισι· ἐν τοῖσι πᾶσι αἱ μὲν ἡδοναὶ βραχεῖαί τε καὶ δι' ὀλίγου γίνονται, ὁκόσον ἂν χρόνον ἐσθίωσι, ἢ πίνωσι, αἱ δὲ λῦπαι πολλαί. Τοῦτο μὲν γὰρ τὸ ἐπιθυμέειν αἰεὶ τῶν αὐτέων πάρεστι, καὶ ὁκόταν γένηται, ὁκοίων ἐπιθυμέουσι, διὰ ταχέος τε ἡ ἡδονὴ παροίχεται καὶ οὐδὲν ἐν αὐτέοισι χρηστόν ἐστι, ἀλλ' ἡ τέρψις βραχεῖα καὶ αὖτις τῶν αὐτέων δέει. Stob. Flor. XVIII, 36.

48. Ἄτοπον γάρ ἐστι, κοράκων μὲν λαρυγγισμοῖς καὶ κλωσμοῖς ἀλεκτορίδων καὶ συσὶν ἐπὶ φορυτῷ μαργαινούσαις, ὡς ἔφη Δημόκριτος, ἐπιμελῶς προσέχειν, σημεῖα ποιουμένους πνευμάτων καὶ ὄμβρων, τὰ δὲ τοῦ σώματος κινήματα καὶ σάλους

De corporis voluptatum intemperantia.

46. Precibus homines prosperam valetudinem a diis exposcunt, nescientes, se ipsos ejus rei facultatem habere. Sed per intemperantiam ei contraria facientes ipsi libidinibus suis ejus proditores evadunt.

47. Qui ventris voluptatibus dediti justum edendi aut potandi aut rerum venerearum tempus excedunt, hi ex his omnibus voluptates breves ac parum stabiles capiunt tantisper dum edunt aut potant, sed multum molestiae inde trahunt. Etenim earundem rerum desiderio semper tenentur et quum ea quae appetunt consecuti sunt, voluptas confestim transit neque quidquam in talibus boni inest, sed brevis est delectatio, ut mox rursus iisdem indigeant.

48. Est enim absurdum, quum crocientibus corvis et gracillantibus gallinis et subus cum voluptate in luto se volutantibus, ut ajebat Democritus, studiose animum attendamus, ventorum inde et imbrium praesagia sumentes, motus corporis nostri et jactationes affectionesque morbum antecedentes non

καὶ προπαθείας μὴ προλαμβάνειν, μηδὲ προφυλάττειν, μηδὲ ἔχειν σημεῖα χειμῶνος ἐν ἑαυτῷ γενησομένου καὶ μέλλοντος. Plutarch. de sanit. tuend. p. 129 (vol. VI pag. 489 seq. ed. Reisk.)

49. Ξυόμενοι ἄνθρωποι ἥδονται καί σφιν γίνεται ἅπερ τοῖσι ἀφροδισιάζουσι. Eustath. ad Odyss. ξ, 428.

50. Ξυνουσίη ἀποπληξίη σμικρή· ἐξέσσυται γὰρ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου. Stob. Flor. VI, 57.

51. Ἀνοήμονες βιοῦσι οὐ τερπόμενοι βιοτῇ. Stob. Flor. IV, 76.

52. Ἀνοήμονες νεότητος ὀρέγονται, οὐ τερπόμενοι δὲ νεότητι. Stob. Flor. IV, 77.

53. Ἀνοήμονες θάνατον δεδοικότες γηράσκειν ἐθέλουσι. Stob. Flor. IV, 81.

54. Ἀνοήμονες τὸ ζῆν ὡς στυγέοντες, ζῆν ἐθέλουσι δείματι Ἀΐδεω. Stob. Flor. IV, 75.

55. Ἀνοήμονες τὸν θάνατον φεύγοντες διώκουσι. Stob. Flor. IV, 79.

56. Ἀνοήμονες οὐδὲν μανθάνουσι ἐν ὅλῃ τῇ βιοτῇ. Stob. Flor. IV, 80.

observare, non praecavere, neque indicia futurae in nobis tempestatis praecipere animo.

49. Qui corpus aliqua parte radunt, eandem percipiunt voluptatem quam qui in re venerea versantur.

50. Coitus est parva apoplexia: prorumpit enim homo ex homine.

51. Stulti vivunt, non gaudentes vita.

52. Stulti desiderant juventutem, quum nullo juventae commodo fruantur.

53. Stulti mortem metuentes, senescere cupiunt.

54. Stulti quum vitam se odisse simulent, vivere tamen volunt mortis metu.

55. Stulti mortem dum fugiunt, persequuntur.

56. Stulti per totam vitam nihil discunt.

Περὶ χρημάτων.

57. Χρημάτων χρῆσις ξὺν νόῳ μὲν χρήσιμον εἰς τὸ ἐλευθέριον εἶναι καὶ δημωφελέα· ξὺν ἀνοίῃ δὲ χορηγίη ξυνή. Stob. Flor. XCIV, 24.

58. Δόξα καὶ πλοῦτος ἄνευ ξυνέσιος οὐκ ἀσφαλέα κτήματα. Stob. Flor. IV, 82. Democrat. ap. Orell. n. 42.

59. Τὸν οἰόμενον νόον ἔχειν ὁ νουθετέων ματαιοπονέει. Democrat. Orell. n. 18. Stob. Flor. X, 43.

60. Οὐκ ἔστι οὕτως ἀσφαλὴς πλούτου πυλεών, τὸν οὐκ ἀνοίγει τύχης καιρός. Stob. Flor. CV, 59.

61. Χρήματα πορίζειν μὲν οὐκ ἀχρεῖον· ἐξ ἀδικίης δὲ πάντων κάκιον. Democr. ap. Orell. n. 43. Stob. Flor. XCIV, 25.

62. Ὁ χρημάτων παντελέως ἥσσων οὐκ ἄν ποτε εἴη δίκαιος. Democrat. Orell. n. 16.

63. Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίης περιγενόμενος ἐπιφανέστερον τὸ ὄνειδος κέκτηται. Stob. Flor. X, 37.

64. Κακὰ κέρδεα ζημίην ἀρετῆς φέρει. Stob. Flor. X, 45.

De pecunia.

57. Pecuniarum usus cum prudentia conjunctus utilis est ad exhibendam liberalitatem et populum adjuvandum: cum stultitia sociatus largitio est omnibus commoda.

58. Honor et divitiae sine prudentia opes sunt nequaquam tutae.

59. Quisquis eum monet, qui prudentia se pollere existimat, operam perdit.

60. Non est adeo munita divitiarum porta, quam non aperiat fortunae occasio.

61. Opes parare haudquaquam inutile, sed injuste parare omnium pessimum est.

62. Qui pecuniis facile corrumpitur, nunquam ille justus fuerit.

63. Divitiae turpi quaestu paratae opprobrium eo habent insignius.

64. Improbo lucro jacturam facimus virtutis.

65. Ἐλπὶς κακοῦ κέρδεος ἀρχὴ ζημίης. Stob. Flor. X, 48.

66. Χρημάτων ὄρεξις, ἐὰν μὴ ὁρίζηται κόρῳ, πενίης ἐσχάτης πολλῷ χαλεπωτέρη· μέζονες γὰρ ὀρέξιες μέζονας ἐνδείας ποιεῦσι. Stob. Flor. X, 44.

67. Ὥσπερ ἐν τοῖσι ἕλκεσι φαγέδαιναι κάκιστον νούσημα, οὕτως ἐν τοῖσι χρήμασι τὸ μὴ προσαρμόζον καὶ τὸ ξυνεχές. Stob. Flor. XCII, 14.

68. Οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης οἶτον ἔχουσι, ἐργαζόμενοι ὡς αἰεὶ βιωσόμενοι. Stob. Flor. XVI, 16.

69. Ἡ τέκνοισι ἄγαν χρημάτων ξυναγωγὴ πρόφασίς ἐστι φιλαργυρίης, τρόπον ἴδιον ἐλέγχουσα. Stob. Flor. X, 65.

70. Οἱ τῶν φειδωλῶν παῖδες ἀμαθέες γινόμενοι, ὥσπερ οἱ ὀρχησταὶ οἱ ἐς τὰς μαχαίρας ὀρούοντες, ἢν ἑνὸς μούνου μὴ τύχωσι, μὴ καταφερόμενοι, ἔνθα δέει τοὺς πόδας ἐρεῖσαι, ἀπόλλυνται· χαλεπὸν δὲ τυχέειν τοῦ ἑνός· τὸ γὰρ ἴχνιον μοῦνον λέλει-

65. Spes mali lucri initium est jacturae.

66. Pecuniarum cupiditas nisi finiatur aliqua satietate, multo est molestior quam summa egestas. Majores enim cupiditates indigentias quoque majores pariunt.

67. Ut in ulceribus perniciosissimus morbus gangraena est: ita in divitiis eas, quae non conveniunt hominibus, quibus contigerunt, et quarum diuturna est possessio, perniciosissimas judicari et quasi gangraenae instar haberi oportet.

68. Homines praeparci apiculae sortem habent; quippe labores suscipiunt tanquam perpetuo victuri.

69. Nimia pecuniarum collectio ad liberorum commodum spectans praetextus est avaritiae, suum cujusque ingenium arguens ac detegeus.

70. Quemadmodum saltatores in erectorum gladiorum orbem se conjicientes, ubi id unum non consecuti sunt, ut delaberentur in eum locum, in quo pedes poni oportet, male dispereunt —— difficile vero unum illud consequi; non enim plus spatii relinquitur, quam quantum satis est ad excipienda pedum vestigia: ita etiam praeparcorum hominum filii, si lit-

λέλειπται τῶν ποδῶν· οὕτω δὲ καὶ οὗτοι, ἢν ἁμάρτωσι τοῦ πατρικοῦ τύπου τοῦ ἐπιμελέος καὶ φειδωλοῦ, φιλέουσι διαφθείρεσθαι. Stob. Flor. XVI, 17.

71. Τοῖσι παισὶ μάλιστα χρὴ τῶν ἀνυστῶν δατέεσθαι τὰ χρήματα, καὶ ἅμα ἐπιμέλεσθαι αὐτέων, μή τι ἀτηρόν τι ἔωσι διὰ χειρὸς ἔχοντες· ἅμα μὲν γὰρ πολλῷ φειδότεροι γίνονται εἰς τὰ χρήματα καὶ προθυμότεροι κτᾶσθαι, καὶ ἀγωνίζονται ἀλλήλοισι· ἐν γὰρ τῷ ξυνῷ τὰ τελεύμενα οὐκ ἀνιᾷ, ὥσπερ ἰδίῃ· οὐδ' εὐθυμέει τὰ ἐπικτώμενα, ἀλλὰ πολλῷ ἧσσον. Stob. Flor. LXXXVIII, 25.

72. Πατρὸς σωφροσύνη μέγιστον τέκνοισι παράγγελμα. Stob. Flor. V, 44.

Περὶ τοῦ ἐν ξυμφορῇσι εὖ φρονέειν.

73. Μέγα τὸ ἐν ξυμφορῇσι φρονέειν ἃ δέει. Stob. Flor. CVIII, 68. Democrat. Orell. n. 8.

74. Λύπην ἀδέσποτον ψυχῆς ναρκώσης λογισμῷ ἔκκρουε. Stob. Flor. CVIII, 67.

litterarum ignari sunt, ubi a paterno diligentiae ac parcitatis exemplo desciverunt, perire solent.

71. Pueris (singulis) distribui oportet cum alias res, tum pecunias tanquam recte factorum (praemia) ac simul videndum est, ne quid in manibus habeant, quod (res illas) corrumpere possit. Sic enim (singuli) multo parciores promptioresque ad acquirendum fiunt, ac simul inter se certant. Nam quae communi sumtu expenduntur non ita molesta sunt, ut quae privatim erogantur: et quae (ab universis) acquiruntur, non aeque exhilarant (singulos), sed multo minus.

72. Patris temperantia optima liberorum institutio est.

De prudentia in rebus adversis.

73. Magnum est in rebus adversis recte sentire.

74. Dolorem intolerabilem animae torpentis ratione expellas.

Περὶ ἐπιθυμιέων.

75. Τὸ νικᾷν αὐτὸν ἑαυτὸν πασῶν νικῶν πρώτη καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, αἴσχιστόν τε καὶ κάκιστον. Anton. p. 268 et 321.

76. Ἀνδρήϊος οὐχ ὁ τῶν πολεμίων κρατέων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν ἡδονέων κρέσσων. Stob. Flor. VII, 26.

77. Θυμῷ μάχεσθαι μὲν χαλεπόν, ἀνδρὸς δὲ τὸ κρατέειν εὐλογίστου. Stob. Flor. XX, 56.

78. Ἄλογοι τῶν ἀξυνέτων αἱ ἐλπίδες. Stob. Flor. CX, 19.

79. Ἐλπίδες αἱ τῶν ὀρθὰ φρονεόντων ἐφικταί, αἱ δὲ τῶν ἀξυνέτων ἀδύνατοι. Stob. Flor. CX, 18.

80. Ἰατρικὴ μὲν γάρ, κατὰ Δημόκριτον, σώματος νούσους ἀκέεται, σοφίη δὲ ψυχὴν παθέων ἀπαιρέεται. Clemens. Alex. Paedag. lib. I pag. 81 ed. Sylb.

81. Σοφίη ἄθαμβος ἀξίη πάντων, τιμιωτάτη ἐοῦσα. Stob. Flor. III, 34 et VII, 80.

82. Αἱ περί τι σφοδραὶ ὀρέξιες τυφλοῦσι εἰς τἄλλα τὴν ψυχήν. Democrat. Orell. n. 37.

De cupiditatibus.

75. Se ipsum vincere omnium victoriarum prima et pulcherrima: vinci autem a se ipso et turpissimum et pessimum est.

76. Fortis habendus non solum qui hostes superat, sed etiam qui voluptatibus superior est.

77. Difficile quidem est adversus iram pugnare; viri autem prudentis ac moderati est ipsam vincere.

78. Insipientium spes praeter rationem sunt.

79. Spes recte sapientium ratae fieri possunt, insipientium vero necessario ad irritum cadunt.

80. Medicina enim (ait Democritus) medetur morbis corporis: sapientia autem liberat animum a perturbationibus.

81. Sapientia quae nihil neque admiratur neque reformidat, magni facienda est, qnum summis honoribus digna sit.

82. Nimis vehementes cujuscunque rei appetitus ad caetera animum occaecant.

83. Παιδός, οὐκ ἀνδρὸς τὸ ἀμέτρως ἐπιθυμέειν. Democrat. Orell. n. 35.

Περὶ πόνων.

84. Πόνος ξυνεχὴς ἐλαφρότερος ἑωυτοῦ τῇ ξυνηθείῃ γίνεται. Stob. Flor. XXIX, 64.

85. Δημόκριτος μὲν παραινεῖ, τήν τε πολεμικὴν τέχνην, μεγίστην οὖσαν, ἐκδιδάσκεσθαι καὶ τοὺς πόνους διώκειν, ἀφ' ὧν τὰ μεγάλα καὶ λαμπρὰ γίγνονται τοῖς ἀνθρώποις. Plutarch. adv. Colot. p. 1126.

86. Οἱ ἑκούσιοι πόνοι τὴν τῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφροτέραν παρασκευάζουσι. Stob. Flor. XXIX, 63.

87. Τῆς ἡσυχίης πάντες οἱ πόνοι ἡδίονες, ὅταν τῶν εἵνεκεν πονέουσι, τυγχάνωσι ἢ εἰδέωσι κύρσοντες· τὸ δὲ ἄχος τῆς ἀποτυχίης ἀποδείκνυσι τὸ πονέειν ὁμοίως ἀνιηρὸν καὶ ταλαίπωρον. Stob. Flor. XXIX, 88.

88. Τὸ αἰεὶ μέλλειν ἀτελέας ποιέει τὰς πρήξιας. Stob. Flor. XXIX, 67. Democrat. Orell. n. 46.

89. Τόλμα πρήξιος ἀρχή, τύχη δὲ τέλεος κυρίη. Stob. Flor. LI, 16.

83. Pueri, non viri est immoderata cupiditate trahi.

De laboribus.

84. Labor continuus consuetudine fit levior.

85. Democritus ad discendam artem bellicam, quippe quae permagna sit, cohortatur, atque ad obeundos labores, quibus magnitudo et splendor hominibus comparantur.

86. Voluntarii labores necessariorum laborum patientiam afferunt eosque quodammodo levant ac minuunt.

87. Omnes labores otio jucundiores sunt, quando illa consequuntur homines, quorum gratia laborant, aut consecuturos se sciunt; at dolor e spe ad irritum redacta susceptus ipsos labores ingratos pariter ac molestos efficit.

88. Perpetua cunctatio imperfecta relinquit opera.

89. Audacia principium actionis est: fortuna vero finem gubernat.

90. Ἀνδρηΐῃ τὰς ἄτας σμικρὰς ἔρδει. Stob. Flor. VII, 22.

91. Ἡμερήσιοι ὕπνοι σώματος ὄχλησιν ἢ ψυχῆς ἀδημοσύνην ἢ ἀργίην ἢ ἀπαιδευσίην σημαίνουσι. Stob. Flor. VI, 55.

92. Τὸν εὐθυμέεσθαι μέλλοντα χρὴ μὴ πολλὰ πρήσσειν, μήτε ἰδίῃ μήτε ξυνῇ, μηδὲ ἅσσ' ἂν πρήσσῃ, ὑπέρ τε δύναμιν αἱρέεσθαι τὴν ἑωυτοῦ καὶ φύσιν, ἀλλὰ τοσαύτην ἔχειν φυλακήν, ὥστε καὶ τῆς τύχης ἐπιβαλλούσης καὶ ἐς τὸ δέον ὑπηγεομένης τῷ δοκέειν, κατατίθεσθαι καὶ μὴ πλέω προσάπτεσθαι τῶν δυνατῶν· ἡ γὰρ εὐογκίη ἀσφαλέστερον τῆς μεγαλογκίης. Stob. Flor. CIII, 25.

Περὶ ἰδίων καὶ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων.

93. Λήθη τῶν οἰκηίων κακῶν θρασύτητα γεννᾷ. Stob. Flor. IV, 72.

94. Κρέσσον τὰ οἰκήϊα ἁμαρτήματα ἐλέγχειν ἢ τὰ ὀθνεῖα. Stob. Flor. XIII, 26.

95. Αἰσχρὸν τὰ ὀθνεῖα πολυπραγμονεύοντα ἀγνοέειν τὰ οἰκήϊα. Democrat. Orell. n. 45.

90. Fortitudo dispendia minuit.

91. Somni diurni corporis turbationem vel animi moerorem (ex fastidio ortum) vel pigritiam vel litterarum ignorantiam indicant.

92. Tranquillum futurum non multa agere oportet neque privatim neque publice; neque ea quae agat, supra facultatem et naturam suam sibi sumere, sed tantam sui curam habere, ut fortunam quamvis praesentem et ad id quod necessarium videtur ducentem declinet, ac non plura attingat, quam quibus ferendis par sit: molis enim commoditas tutior est quam ejus magnitudo.

De nostris aliorumque vitiis.

93. Vitiorum nostrorum oblivio gignit audaciam.

94. Praestat propria quam aliena peccata reprehendere.

95. Aliena curiose sectantem sua ignorare turpe est.

96. Ἂν δὲ σαυτὸν ἔνδοθεν ἀνοίξῃς, ποικίλον τι καὶ πολυπαθὲς κακῶν ταμεῖον εὑρήσεις καὶ θησαύρισμα, ὥς φησι Δημόκριτος, οὐκ ἔξωθεν ἐπιῤῥεόντων, ἀλλ' ὥσπερ ἐγγείους καὶ αὐτόχθονας πηγὰς ἐχόντων, ἃς ἀνίησιν ἡ κακία, πολύχυτος καὶ δαψιλὴς οὖσα τοῖς πάθεσιν. Plutarch. vol. VII p. 950 ed. Reisk. (p. 500 ed. Xyl.)

Περὶ κακῶν ἔργων.

97. Φαύλων ἔργων καὶ τοὺς λόγους παραιτητέον. Stob. Flor. V, 25.

98. Φαῦλον, κἂν μόνος ᾖς, μήτε λέξῃς μήτε ἐργάσῃ· μάθε δὲ πολὺ μᾶλλον τῶν ἄλλων σεωυτὸν αἰσχύνεσθαι. Stob. Flor. XXXI, 7.

99. Λόγος ἔργου σκιή. Diog. Laert. IX, 37.

100. Μηδέν τι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους αἰδέεσθαι ἑωυτοῦ, μηδέ τι μᾶλλον ἐξεργάζεσθαι κακόν, εἰ μέλλει μηδεὶς εἰδήσειν, ἢ εἰ πάντες ἄνθρωποι· ἀλλ' ἑωυτὸν μάλιστα αἰδέεσθαι καὶ τοῦτον νόμον τῇ ψυχῇ κατιστάναι, ὥστε μηδὲν ποιέειν ἀνεπιτήδειον. Stob. Flor. XLVI, 46.

101. Ἑωυτὸν πρῶτον αἰσχύνεσθαι χρεὼν τὸν αἰσχρὰ ἔρδοντα. Democrat. Orell. n. 50.

96. Quodsi intus te ipsum aperias, varium aliquem et multis affectum modis penum atque, ut Democritus ait, thesaurum malorum invenies, non extrinsecus affluentium, sed insitos et ingeneratos fontes habentium, quos pravitas aperit, copiose largiterque varias fundens affectiones.

De malis facinoribus.

97. Malorum facinorum vel commemoratio vitanda est.

98. Malum, etiamsi solus sis, ne dicas neve facias; disce autem te ipsum multo magis quam alios revereri.

99. Sermo operis umbra.

100. Ne magis alios homines revereare, quam te ipsum; neve magis delicta committas, si nemo resciturus sit, quam si omnes homines: sed te ipsum maxime verearis et hanc animo tuo legem constituas, ut nihil absurdum in se admittat.

101. Primum se ipsum vereri debet, quisquis turpia perpetrat.

102. Μεταμελίη ἐπ' αἰσχροῖσι ἔργμασι βίου σωτηρίη. Democrat. n. 9.

103. Πολλοὶ δρῶντες τὰ αἴσχιστα λόγους τοὺς ἀρίστους ἀσκέουσι. Cod. Flor. Stob. Gaisford. IV p. 384.

104. Οὔτε ἐσθλὸς λόγος φαύλην πρῆξιν ἀμαυρίσκει, οὔτε πρῆξις ἀγαθὴ λόγου βλασφημίῃ λυμαίνεται. Ibid.

105. Ἔργα καὶ πρήξιας ἀρετῆς, οὐ λόγους ζηλεύειν χρεών. Cod. Flor. ibid.

106. Κίβδηλοι καὶ ἀγαθοφανέες οἱ λόγῳ μὲν ἅπαντα, ἔργῳ δὲ οὐδὲν ἔρδοντες. Democrat. Orell. n. 47.

107. Μοῦνοι θεοφιλέες, ὅσοισι ἐχθρὸν τὸ ἀδικέειν. Stob. Flor. IX, 32.

108. Δίκη μέν ἐστι ἔρδειν τὰ χρηέοντα, ἀδικίη δὲ μὴ ἔρδειν τὰ χρηέοντα, ἀλλὰ παρατρέπεσθαι. Stob. Flor. XLIV, 15.

109. Ἀγαθὸν οὐ τὸ μὴ ἀδικέειν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλειν. Stob. Flor. IX, 31.

110. Ἐχθρὸς οὐκ ὁ ἀδικέων, ἀλλὰ καὶ ὁ βουλόμενος. Democrat. Orell. n. 55.

102. Factorum turpium poenitentia vitae salus est.

103. Multi pessima quaeque facientes optimas orationes conficiunt.

104. Neque pulchre dictum malum facinus obscurat, neque res praeclare gesta verbis contumeliosis corrumpitur.

105. Virtutis operibus, non verbis studendum est.

106. Subdoli homines sunt et specie tantum boni qui verbo omnia, re ipsa nihil praestant.

107. Soli diis grati sunt qui injurias oderunt.

108. Justitia est ea facere, quae fieri oportet; injustitia autem facienda non facere, sed declinare.

109. Bonum est non solum ab injuria, sed etiam a voluntate laedendi abstinere.

110. Inimicus est non solum qui injuriam infert, sed et qui de inferenda cogitat.

111. Δίκης κῦδος γνώμης θάρσος καὶ ἀθαμβίη, ἀδικίης δὲ δεῖμα ξυμφορῆς τέρμα. Stob. Flor. VII, 32.

112. Καλὸν μὲν τὸν ἀδικέοντα κωλύειν· εἰ δὲ μή, μὴ ξυναδικέειν. Democrat. n. 4.

113. Χαλεπὸν μιμέεσθαι μὲν τοὺς κακούς, μὴ ἐθέλειν δὲ τοὺς ἀγαθούς. Ibid. n. 44.

114. Ἀγαθὸν ἢ εἶναι χρεὼν ἢ μιμέεσθαι. Stob. Flor. XXXVII, 23.

115. Πλέονες ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθοὶ γίνονται ἢ ἀπὸ φύσιος. Stob. Flor. XXIX, 66.

116. Ἁμαρτίης αἰτίη ἡ ἀμαθίη τοῦ κρέσσονος. Democrat. Orell. n. 49.

117. Μὴ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δέον χρεὼν ἀπέχεσθαι ἁμαρτημάτων. Anton. et Max. p. 921.

118. Ὁ μὲν εὔθυμος εἰς ἔργα ἐπιφερόμενος δίκαια καὶ νόμιμα, καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ χαίρει τε καὶ ἔῤῥωσται καὶ ἀνακηδής ἐστι· ὃς δ' ἂν δίκης ἀλογέῃ καὶ τὰ χρηέοντα μὴ ἔρδῃ, τούτῳ πάντα τὰ τοιάδε ἀτερπέα ἐστί, ὅταν τευ ἀναμνησθῇ, καὶ δέδοικε καὶ ἑωυτὸν κακίζει. Stob. Ecl. eth. II, 9, 3 p. 408.

111. Justitiae gloria quam quis consequitur, animo fiduciam et terroris vacuitatem conciliat, injustitiae autem fuga calamitatis terminus est.

112. Hominem inique agentem impedire honestum est: id si fieri nequit, saltem non adjuvanda ejus iniquitas.

113. Malum est imitari improbos, bonos autem nolle aemulari.

114. Bonum aut esse aut bonos imitari oportet.

115. Plures exercitatione quam natura boni fiunt.

116. Eorum quae meliora sunt ignoratio causa peccandi est.

117. Non metu, sed officii causa peccatis abstinendum.

118. Qui alacri animo ad justa et legitima opera se accingit, et vigilans et somnians gaudet et valet et curis vacuus est: qui autem nec justitiam curat, neque ea quae fieri debent facit, huic omnia molesta sunt, quotiescunque rei alicujus (olim factae) recordatur; ac metuit et se ipsum incusat.

119. Ἔνιοι θνητῆς φύσιος διάλυσιν οὐκ εἰδότες ἄνθρωποι, ξυνειδήσι δὲ τῆς ἐν τῷ βίῳ κακοπραγμοσύνης τὸν τῆς βιοτῆς χρόνον ἐν ταραχῇσι καὶ φόβοισι ταλαιπωρέουσι, ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθοπλαστέοντες χρόνου. Stob. Flor. CXX, 20.

Περὶ ἐπαίνου καὶ ψόγου.

120. Ἐστὶ ῥᾴδιον μὲν ἐπαινέειν, ἃ μὴ χρή, καὶ ψέγειν, ἑκάτερον δὲ πονηροῦ τινος ἦθεος. Stob. Flor. II, 37.

121. Μεγάλα βλάπτουσι τοὺς ἀξυνέτους οἱ ἐπαινέοντες. Democrat. Orell. n. 81.

122. Εὐλογέειν ἐπὶ καλοῖσι ἔργμασι καλόν· τὸ γὰρ ἐπὶ φλαύροισι κιβδήλου καὶ ἀπατεῶνος. Democrat. Orell. n. 28.

123. Μωμεομένων φλαύρων ὁ ἀγαθὸς οὐ ποιέεται λόγον. Stob. Flor. XXXVIII, 46.

Περὶ παῤῥησίης.

124. Οἰκήϊον ἐλευθερίης παῤῥησίη· κίνδυνος δὲ ἡ τοῦ καιροῦ διάγνωσις. Stob. Flor. XIII, 40.

125. Ἀληθομυθεύειν χρεὼν ὅπου λώϊον. Stob. Flor. XII, 13.

119. Homines nonnulli naturae mortalis dissolutionem ignorantes propter conscientiam vitae male actae omne dum vivunt tempus inter perturbationes metumqne misere transigunt, mendacia de tempore mortem secuturo confingentes.

De laude et vituperatione.

120. Facile quidem est laudare, quae non sunt laudanda, et vituperare, quae non sunt vituperanda, sed utrumque mali est ingenii.

121. Qui stultos laudant, magno eos damno afficiunt.

122. Recte facta collaudare honestum est; nam mala facinora laudibus efferre subdoli est hominis et deceptoris.

123. Vir bonus improborum reprehensiones nihili facit.

De sermonis libertate.

124. Propria libertatis est libera oratio; sed opportuni temporis cognitio periculum habet.

125. Vera dicenda sunt, ubi id praestat.

126. Ὅρκους, τοὺς ποιέονται ἐν ἀνάγκῃσι ἐόντες, οὐ τηρέουσι οἱ φλαῦροι, ἐπὴν διαφύγωσι. Stob. Flor. XXVIII, 9.

Περὶ παιδείας.

127. Κτηνέων μὲν εὐγένεια ἡ τοῦ σκήνεος εὐσθένεια, ἀνθρώπων δὲ ἡ τοῦ ἤθεος εὐτροπίη. Stob. Flor. LXXXVI, 18.

128. Ἀνθρώποισι ἁρμόδιον ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος ποιέεσθαι λόγον· ψυχὴ μὲν γὰρ τελεωτάτη σκήνεος μοχθηρίην ὀρθοῖ, σκήνεος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογισμοῦ ψυχὴν οὐδέν τι ἀμείνω τίθησι. Stob. Flor. I, 39.

129. Σώματος κάλλος ζωῶδες, εἰ μὴ νόος ὑπείη. Democrat. Orell. n. 71.

130. Φύσεως μὲν γὰρ ἀρετὴν διαφθείρει ῥᾳθυμία, φαυλότητα δὲ ἐπανορθοῖ διδαχή· καὶ τὰ μὲν ῥᾴδια τοὺς ἀμελοῦντας φεύγει, τὰ δὲ χαλεπὰ ταῖς ἐπιμελείαις ἁλίσκεται. Anton. p. 377.

131. Οὔτε τέχνη οὔτε σοφίη ἐφικτόν, ἢν μὴ μάθῃ τις. Democrat. ap. Orell. n. 24.

132. Ἡ παιδεία εὐτυχέουσι μέν ἐστι κόσμος, ἀτυχέουσι δὲ καταφύγιον. Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 405.

126. Sacramenta quae dicunt in angustiis quum versantur, non servant mali homines, postquam e periculo evaserunt.

De doctrina.

127. Jumentorum nobilitas in corporis robore, hominum vero in morum bonitate sita est.

128. Decet homines animi magis quam corporis habere rationem; ut enim quisque perfectissimus animus est, ita maxime malum miserumque corpus erigit, corporis vero robur rationis expers animum nihilo reddit meliorem.

129. Corporis pulchritudo, nisi mens subsit, belluarum est.

130. Naturae praestantiam corrumpit incuria, pravitatem corrigit doctrina: et facilia negligentibus elabuntur, difficilia vero studio diligentiaque percipiuntur.

131. Neque ars neque scientia nisi discendo acquiritur.

132. Doctrina fortunatis quidem ornamentum est, infortunatis autem perfugium.

133. Ἡ φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι· καὶ γὰρ ἡ διδαχὴ μεταῤῥυσμοῖ τὸν ἄνθρωπον, μεταῤῥυσμοῦσα δὲ φυσιοποιέει. Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 406.

134. Πάντων κάκιστον ἡ εὐπετείη παιδεῦσαι τὴν νεότητα· αὕτη γάρ ἐστι, ἣ τίκτει τὰς ἡδονὰς ταύτας, ἐκ τῶν ἡ κακότης γίνεται. Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 405.

135. Κρέσσων ἐπ' ἀρετὴν φανέεται προτροπῇ χρώμενος καὶ λόγου πειθοῖ ἤπερ νόμῳ καὶ ἀνάγκῃ. Λάθρη μὲν γὰρ ἁμαρτέειν εἰκὸς τὸν εἰργμένον ἀδικίης ὑπὸ νόμου, τὸν δὲ ἐς τὸ δέον ἡγμένον πειθοῖ οὐκ εἰκὸς οὔτε λάθρη οὔτε φανερῶς ἔρδειν τι πλημμελές· διόπερ ξυνέσι τε καὶ ἐπιστήμῃ ὀρθοπραγέων τις ἀνδρήϊος ἅμα καὶ εὐθύγνωμος γίνεται. Ibid.

136. Κρέσσονές εἰσι αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες ἢ ὁ τῶν ἀμαθέων πλοῦτος. Ibid. p. 408.

137. Οἱ ἀξύνετοι δυστυχέοντες σωφρονέουσι. Democrat. Orell. n. 20.

138. Νηπίοισι οὐ λόγος, ἀλλὰ ξυμφορὴ γίνεται διδάσκαλος. Ibid. n. 41.

133. Similis est naturae doctrina; etenim doctrina transformat hominem transformandoque aliam ei addit naturam.

134. Nihil pejus est levitate in pueris educandis; haec enim gignit voluptates, e quibus vitia oriuntur.

135. Promptior ad virtutem apparebit, qui adhortatione verbisque ad persuadendum accommodatis, quam qui lege et necessitate impellitur. Etenim clam peccare eum qui (sola) lege a maleficio avocatur, probabile est: at qui persuasione ad officium ducitur, eum neque clam neque palam verisimile est quidquam mali committere; quapropter qui cum prudentia rerumque peritia recte agit, simul animosus et ad sententiam suam libere profitendam proclivis evadit.

136. Doctorum hominum spes indoctorum divitiis sunt potiores.

137. Stulti rebus adversis conflictantes sapiunt.

138. Non ratio, sed adversa fortuna stultorum magistra est.

139. Ἔστι που νέου ξύνεσις καὶ γερόντων ἀξυνεσίη· χρόνος γὰρ οὐ διδάσκει φρονέειν, ἀλλ' ὡραίη τροφὴ καὶ φύσις. Cod. Flor. Stob. IV p. 407.

140. Πολλοὶ πολυμαθέες νόον οὐκ ἔχουσι. Stob. Flor. IV, 83.

141. Πολυνοΐην, οὐ πολυμαθίην ἀσκέειν χρή. Democrat. ap. Orell. n. 30.

142. Μὴ πάντα ἐπίστασθαι προθύμεο, μὴ πάντων ἀμαθὴς γένῃ. Stob. Ecl. eth. II p. 13.

143. Ὁ ἀντιλογεόμενος καὶ πολλὰ λεσχηνευόμενος ἀφυὴς εἰς μάθησιν τῶν χρή. Cod. Flor. Stob. IV p. 407.

Περὶ εὐνοίης καὶ κακονοίης.

144. Πλεονεξίη τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν δὲ ἀκούειν ἐθέλειν. Stob. Flor. XXXVI, 24.

145. Ἐριδαντέων δὲ, κατὰ Δημόκριτον, καὶ ἱμαντελικτέων λόγους ἀφετέον. Plutarch. Sympos. I, 1 p. 614. E.

146. Οἱ φιλομεμφέες εἰς φιλίην μὴ εὐφυέες. Democrat. Orell. n. 76.

139. Est etiam in adolescentibus (interdum) sapientia atque in sembus insipientia; neque enim tempus prudentiam docet, sed matura institutio et natura.

140. Multi eruditione varia instructi sana mente omnino carent.

141. Non multijugae eruditioni studendum, sed mens multiplicis plena sapientiae expetenda est.

142. Noli omnium rerum scientiam appetere, ne omnia ignores.

143. Homo rixosus et loquax natura minime aptus est ad ea discenda quae usus postulat.

De benevolentia et malevolentia.

144. Est quaedam fraudulenta aviditas omnia dicere, nihil audire velle.

145. Vitandi sunt, ut ait Democritus, sermones rixatorum hominumque contorta verba captiose dicentium.

146. Homines qui libenter alios reprehendunt ad amicitiam natura minime sunt apti.

147. Φιλονεικίη πᾶσα ἀνόητος· τὸ γὰρ κατὰ τοῦ δυσμενέος βλαβερὸν θεωρεῦσα, τὸ ἴδιον ξυμφέρον οὐ βλέπει. Stob. Flor. XX, 62.

148. Ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔρις ὠφελεῖ τὸν ζηλοῦντα, μὴ βλαπτουσα τὸν ζηλούμενον. Anton. p. 408.

149. Μεγαλοψυχίη τὸ φέρειν πραέως πλημμελείην. Stob. Flor. CVIII, 69. Democrat. Orell. n. 12.

150. Φόβος κολακείην ἐργάζεται, εὐνοίην δὲ οὐκ ἔχει. Stob. Flor. XLVIII, 13.

151. Πολλοὶ δοκέοντες φίλοι εἶναι οὐκ εἰσί, καὶ οὐ δοκέοντες εἰσί. Democrat. Orell. n. 63.

152. Φίλοι οὐ πάντες οἱ ξυγγενέες, ἀλλ' οἱ ξυμφωνέοντες περὶ τοῦ ξυμφέροντος. Democrat. Orell. n. 73.

153. Ὁμοφροσύνη φιλίην τίκτει. Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 384.

154. Ἡ μὲν μάχαιρα τέμνει, ἡ δὲ διαβολὴ χωρίζει φίλους. Anton. et Max. p. 258.

155. Ὅτινι τὴν χάριν καταθήσῃ, θᾶττον τὴν χάριν δίδου· ἡ γὰρ βραδυτὴς λυμαίνεται τὴν δόσιν. Anton. et Max. p. 278.

147. Contentio omnis insana est; nam dum id spectat ut noceat adversario, propriam utilitatem non videt.

148. Bonorum certamen prodest aemulanti, non nocet ei, cui aemuleris.

149. Magni animi est humaniter ferre, si quid (ab aliis) peccatum fuerit.

150. Metus adulationem parit, sed benevolentiae expers est.

151. Multi, quum videantur esse amici, non sunt, suntque multi, qui non videntur.

152. Amici sunt, non quicunque agnati, sed qui de commodis tuis tecum consentiunt.

153. Consensio amicitiam parit.

154. Gladius quidem secat, calumnia autem separat amicos.

155. Cuicunque benefacturus es, statim apud eum beneficium colloca; tarditas enim corrumpit munus.

156. Δυνάμενος χαρίζεσθαι μὴ βράδυνε, ἀλλὰ δίδου, ἐπιστάμενος μὴ εἶναι τὰ πράγματα μόνιμα. Anton. et Max. p. 278.

157. Μικρὰ διδόναι βούλου μᾶλλον, ἢ μεγάλα ἐγγυᾶν· ὅ τε γὰρ κίνδυνος ἄπεστι καὶ ὁ λαβὼν ἔργων, οὐ λόγου χρείαν ἔχει. Anton. et Max. p. 278.

158. Μικραὶ χάριτες ἐν καιρῷ μέγισται τοῖσι λαμβάνουσι. Democrat. Orell. n. 60.

159. Χάριτας δέχεσθαι χρεὼν προσκοπευόμενον κρέσσονας αὐτέων ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι. Democrat. Orell. n. 58.

160. Χαριστικὸς οὐκ ὁ βλέπων πρὸς τὴν ἀμοιβήν, ἀλλ' ὁ εὖ δρᾷν προῃρημένος. Ibid. n. 62.

161. Οὐδ' ὑπ' ἑνὸς φιλέεσθαι δοκέει μοι ὁ φιλέων οὐδένα. Democrat. Orell. n. 69.

162. Ζῆν οὐκ ἄξιος, ὅτῳ μηδείς ἐστι χρηστὸς φίλος. Democrat. Orell. n. 65.

163. Ἑνὸς φιλίη ξυνετοῦ κρέσσων ἀξυνέτων ἁπάντων. Democrat. Orell. n. 64.

163. Ἐν εὐτυχίῃ φίλον εὑρέειν εὔπορον, ἐν δὲ δυστυχίῃ πάντων ἀπορώτατον. Democrat. Orell. n. 72.

156. Si benefacere potes, ne cuncteris, sed largire, sciens, non esse res ullas diuturnas.

157. Parva potius largiaris, quam magna promittas. Illud enim periculo vacat, et qui accipit, re, non verbis indiget.

158. Parva beneficia tempestive collata accipientibus fiunt maxima.

159. Accipienda sunt beneficia eo consilio jam antea inito, ut majores aliquando gratias referamus.

160. Beneficus est, non qui remunerationem spectat, sed qui sua sponte beneficium facit.

161. A nemine amari existimo eum qui neminem amat.

162. Indignus est qui vivat, cui nullus est amicus benevolus.

163. Unius prudentis hominis amicitia stultorum omnium amicitiae est praeferenda.

164. In rebus secundis amicum invenire facile est, in adversis omnium difficillimum.

165. Ἐκτρέπονται πολλοὶ τοὺς φίλους, ἐπὴν ἐξ εὐπορίης εἰς πενίην μεταπέσωσι. Democrates ap. Orell. n. 67.

166. Ὅτεῳ μηδὲ ἀμύνουσι ἐπὶ πολλὸν οἱ πειραθέντες φίλοι, δύστροπος. Democrat. Orell. n. 66.

167. Ἄξιον ἀνθρώπους ἐόντας ἐπ' ἀνθρώπων ξυμφορῇσι μὴ γελᾷν, ἀλλ' ὀλοφύρεσθαι. Democrat. Orell. n. 74.

168. Οἷσι ἡδονὴν ἔχουσι αἱ τῶν πέλας ξυμφοραί, οὐ ξυνιᾶσι μὲν ὡς τὰ τῆς τύχης κοινὰ πᾶσι, ἀπορέουσι δὲ οἰκηΐης χαρᾶς. Stob. Flor. CXII, 10.

169. Μὴ πᾶσι, ἀλλὰ τοῖσι δοκίμοισι πιστεύειν· τὸ μὲν γὰρ εὔηθες, τὸ δὲ σωφρονέοντος. Democrat. Orell. n. 32.

170. Τὸν φαῦλον παραφυλάττειν δέει, μὴ καιροῦ λάβηται. Democrat. Orell. n. 53.

171. Δόκιμος ἀνὴρ καὶ ἀδόκιμος οὐκ ἐκ τῶν πρήσσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν βούλεται. Ibid. n. 33.

172. Χαριζόμενος προσκέπτεο τὸν λαμβάνοντα, μὴ κακὸν ἀντ' ἀγαθοῦ κίβδηλος ἐὼν ἀποδῷ. Ibid. n. 59.

165. Multi amicos devitant, quando ex ampla fortuna in paupertatem inciderunt.

166. Cui ne amici quidem diu probati opem ferunt, is morosus est homo et difficilis.

167. Homines quum simus, humanas calamitates nos non irridere, sed deplorare convenit.

168. Quibus aliorum res adversae voluptati sunt, illi non intelligunt, fortunae casus omnibus esse communes et proprio gaudio carent.

169. Non omnibus, sed spectatis fidendum: illud enim stulti, hoc prudentis est.

170. Improbum observare nos oportet, ne (nocendi) occasionem arripiat.

171. Vir probus aut improbus non ex operibus tantum, sed etiam ex voluntate spectatur.

172. Vide, cui beneficium des, ne forte, si subdolas fuerit, malum pro bono tibi reddat.

173. Δημόκριτος ἰδών τινα προχείρως πᾶσι χαριζόμενον καὶ ἀνεξετάστως ὑπηρετούμενον· κακῶς, εἶπεν, ἀπόλοιο, ὅτι τὰς Χάριτας, παρθένους οὔσας, πόρνας ἐποίησας. Anton. et Max. p. 277.

174. Μὴ ὕποπτος, πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' εὐλαβὴς γίνευ καὶ ἀσφαλής. Democrat. Orell. n. 57.

Περὶ γυναικῶν, ἔτι περὶ γάμου καὶ παιδοποιΐας.

175. Γυνὴ πολλὰ ἀνδρὸς ὀξυτέρη πρὸς κακοφραδμοσύνην. Stob. Flor. LXXXIII, 52.

176. Κόσμος ὀλιγομυθίη γυναικί· καλὸν δὲ καὶ κόσμου λιτότης. Stob. Flor. LXXIV, 38.

177. Γυνὴ μὴ ἀσκεέτω λόγον· δεινὸν γάρ. Democrat. Orell. n. 77.

178. Δημόκριτος θεασάμενός τινα πολλὰ μέν, ἀπαίδευτα δὲ διαλεγόμενον, Οὗτος, ἔφη, οὐ λέγειν μοι δοκεῖ δυνατός, ἀλλὰ σιωπᾷν ἀδύνατος. Anton et Max. p. 388.

179. Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις καὶ ἀνανδρίη ἐσχάτη. Democrat. Orell. n. 78.

173. Democritus quum videret quendam quibuslibet promte largientem et temere suppeditantem: male, inquit, pereas, quia Gratias virgines, meretrices effecisti.

174. Ne in cunctos suspiciosus, sed providus et cautus sis.

De mulieribus, praeterea de matrimonio et liberis procreandis.

175. Mulier multo est promtior quam vir ad astutiam et malignitatem.

176. Parcus sermo mulierem ornat, et ipsius ornatus parcitas ei decora est.

177. Mulier dicendi facultatem ne exerceat; res enim periculosa est.

178. Democritus quum animadvertisset quendam multa imperite disputantem, Hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur, sed omnino tacendi imperitus.

179. Mulieris imperio parere contumelia et ignavia extrema est.

180. Δημοκρίτῳ ἔφη τις· διὰ τί μέγας ὢν μικρὰν ἔγημας γυναῖκα; κἀκεῖνος εἶπε, τοῦ κακοῦ ἐκλογὴν ποιούμενος τὸ ἐλάχιστον ἐξελεξάμην. Anton. p. 609.

181. Ἔνιοι πολίων μὲν δεσπόζουσι, γυναιξὶ δὲ δουλεύουσι. Stob. Flor. VI, 11.

182. Νοῦσος οἴκου καὶ βίου γίνεται ὅκωσπερ καὶ σκήνεος. Stob. Flor. CIV, 21.

183. Δημόκριτος ἔφη, ὡς ὁ γαμβροῦ μὲν ἐπιτυχὼν εὗρεν υἱόν, ὁ δὲ ἀποτυχὼν ἀπώλεσε καὶ θυγατέρα. Stob. Flor. LXX, 18. Anton. et Max. p. 819.

184. Ἀνθρώποισι τῶν ἀναγκαίων δοκέει εἶναι, παῖδας κτήσασθαι ἀπὸ φύσιος καὶ καταστάσιός τινος ἀρχαίης. Δῆλον δὲ καὶ τοῖσι ἄλλοισι ζώοισι. Πάντα γὰρ ἔκγονα κτᾶται κατὰ φύσιν ἐπωφελείης γε οὐδεμιῆς εἵνεκα, ἀλλ' ὅταν γένηται, ταλαιπωρέει καὶ τρέφει ἕκαστον ὡς δύναται, καὶ ὑπερδέδοικε μέχρι σμικρῆς, καὶ ἤν τι πάθῃ ἀνιᾶται. Ἡ μὲν φύσις τοιαύτη πάντων

180. Quum Democritum quidam percontaretur, cur, quum magnus esset, parvam duxisset uxorem: Ego, inquit, in malo eligendo, quod minimum erat, elegi.

181. Nonnulli urbibus quidem dominantur, uxoribus autem serviunt.

182. Quemadmodum corporis, sic et familiae vitaeque morbi quidam inveniuntur.

183. Qui bonum nactus est generum, inquit Democritus, is repperit filium, qui malum, is et filiam perdidit.

184. Necessaria hominibus liberorum videtur procreatio naturae instinctu pariter et antiquissima institutione, ut in caeteris quoque animalibus est manifestum. Omnia enim, naturam secuta ducem, sobolem sibi, vel nulla utilitatis spe proposita, parant: foetum autem, simul atque editus est, non sine labore educat et nutrit, prout potest unumquodvis, et tantisper dum durat tenera ejus aetas, curam ejus gerit, et dolet, si quid patiatur. Talis omnium est indoles, quae animam habent, inter

ho-

των ἐστὶ ὅσσα ψυχὴν ἔχει· τῷ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ νόμιμον ἤδη πεποίηται, ὥστε καὶ ἐπαύρεσίν τινα γίγνεσθαι ἀπὸ τοῦ ἐκγόνου. Stob. Flor. LXXVI, 17.

185. Οὐ δοκέει μοι χρῆναι παῖδας κτᾶσθαι· ἐνορέω γὰρ ἐν παίδων κτήσει πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους κινδύνους, πολλὰς δὲ λύπας, ὀλίγα δὲ τὰ εὐθηνέοντα καὶ ταῦτα λεπτά τε καὶ ἀσθενέα. Stob. Flor. LXXVI, 15.

186. Δημόκριτος γάμον καὶ παιδοποιΐαν παραιτεῖται διὰ τὰς πολλὰς ἐξ αὐτῶν ἀηδίας τε καὶ ἀφολκὰς ἀπὸ τῶν ἀναγκαιοτέρων. Clem. Alex. Strom. II p. 421.

187. Τεκνοτροφίη σφαλερόν· τὴν μὲν γὰρ ἐπιτυχίην ἀγῶνος μεστὴν καὶ φροντίδος κέκτηται, τὴν δὲ ἀποτυχίην ἀνυπέρθετον ἑτέρην ὀδύνην. Stob. Flor. LXXVI, 13.

188. Ὅτεῳ χρήματά ἐστι, παῖδα ποίησασθαι ἐκ τῶν φίλων ἐμοὶ δοκέει ἄμεινον εἶναι· καὶ τῷ μὲν παῖς ἔσται τοιοῦτος, οἷον ἂν βούληται· ἔστι γὰρ ἐκλέξασθαι οἷον ἐθέλει, καὶ ὃς ἂν δοκέῃ ἐπιτήδειος εἶναι καὶ μάλιστα κατὰ φύσιν ἔπηται. Καὶ τοῦτο τοσοῦτον διαφέρει, ὅσον ἐνταῦθα μὲν ἔστι τὸν παῖδα

homines autem hoc tanquam vitae institutum ita jam inveteravit, ut utilitatem etiam e progenie sua percipiant.

185. Non probo liberorum procreationem. Nam in ipsorum possessione multa magnaque pericula inesse video et molestias plurimas, exiguam vero felicitatem eamque tenuem et exilem.

186. Democritus matrimonium liberorumque procreationem rejicit propterea quod multae inde oriantur molestiae et quod hac ratione a rebus magis necessariis avocemur.

187. Liberorum educatio lubrica res est. Nam si bene cedat, multum aerumnae et curarum habet, si male, alios dolores inevitabiles parit.

188. Qui divitiis affluit, is melius mihi videtur facturus, si amici alicujus filium sibi adoptat. Atque huic tum filius erit, qualem voluerit. Licet enim eligere, qualem desideret et qui idoneus maximeque natura ad obedientiam propensus videatur. Discrimen autem in hoc positum est, quod adoptanti

λαβέειν καταθύμιον ἐκ πολλῶν τῶν ἂν δέῃ· ἢν δέ τις ποιέηται ἀπὸ ἑωυτοῦ, πολλοὶ ἔνεισι κίνδυνοι· ἀνάγκη γάρ, ὃς ἂν γένηται, τούτῳ χρέεσθαι. Stob. Flor. LXXVI, 16.

Περὶ νόμων καὶ πολιτηίης.

189. Νόμῳ καὶ ἄρχοντι καὶ σοφωτέρῳ εἴκειν κόσμιον. Stob. Flor. V, 23.

190. Τελευτᾷ γὰρ εἰς κακοδοξίην κακὴν ὁ παρεκτεινόμενος τῷ κρέσσονι. Stob. Flor. XXII, 42.

191. Φύσι τὸ ἄρχειν οἰκήϊον τῷ κρέσσονι. Stob. Flor. XLVII, 19.

192. Χαλεπὸν ἄρχεσθαι ὑπὸ χερείονος. Democrates ap. Orell. n. 15.

193. Κρέσσον ἄρχεσθαι τοῖσι ἀνοήτοισι, ἢ ἄρχειν. Stob. Flor. XLIV, 14.

194. Δίκης καὶ ἀρετῆς μεγίστην μετέχει μοῖραν ὁ τιμὰς ἀξίας τάμνων. Stob. Flor. XLVI, 45.

195. Ἀλλ' οἵγε πρὸς ἔπαινον καὶ δόξαν οὕτως ἔχοντες, ἆρ' οὐχ ὁμολογοῦσι μεγάλας ἡδονὰς προΐεσθαι, δι' ἀσθένειαν ἢ μαλακίαν φεύγοντες ἀρχὰς ἢ πολιτείας καὶ φιλίας βασιλέων, ἀφ' ὧν τὰ μεγάλα καλὰ εἰς τὸν βίον γενέσθαι ἔφη Δημόκριτος. Plutarch. opp. moral. p. 1100 (vol. X p. 525 ed. Reisk.)

licet filium ex illa qua (ad eligendum) opus est multitudine, ex animi sententia sumere, gignenti multa imminent pericula, quum talem, qualis natus sit, habere necesse sit.

De legibus ac de civitate.

189. Decet nos legi et imperanti et sapientiori cedere.

190. Subit infamiam, qui cum superiore contendit.

191. Imperare natura proprium est praestantiori.

192. Deteriori parere durum est.

193. Insipientes aliis parere praestat, quam imperare.

194. Justitiae et virtutis maximam partem habet, qui honores tribuit honore dignis.

195. Caeterum qui hoc modo sunt erga laudem et gloriam affecti, nonne fatentur, se magnas dimittere voluptates, dum ob imbecillitatem vel mollitiem fugiunt magistratus, reipu-

196. Οὐκ ἂν ἐκώλυον οἱ νόμοι ζῆν ἕκαστον κατ' ἰδίην ἐξουσίην, εἰ μὴ ἕτερος ἕτερον ἐλυμαίνετο· φθόνος γὰρ στάσιος ἀρχὴν ἀπεργάζεται. Stob. Flor. XXXVIII, 57. Anton. et Max. p. 408.

197. Ὁ νόμος βούλεται μὲν εὐεργετέειν βίον ἀνθρώπων· δύναται δέ, ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν· τοῖσι γὰρ πειθομένοισι τὴν ἰδίην ἀρετὴν ἐνδείκνυται. Stob. Flor. XLIII, 33.

198. Ταῖς τῶν καιρῶν μεταβολαῖς καὶ οἱ σφόδρα δυνατοὶ τῶν ἀσθενεστέρων ἐνδεεῖς γίνονται. Anton. et Max. p. 806.

199. Ἀπὸ ὁμονοίης τὰ μεγάλα ἔργα καὶ τῇσι πόλισι τοὺς πολέμους δυνατὸν κατεργάζεσθαι, ἄλλως δ' οὔ. Stob. Flor. XLIII, 40.

200. Στάσις ἐμφύλιος ἐς ἑκάτερα κακόν· καὶ γὰρ νικέουσι καὶ ἡσσωμένοισι ὁμοίη φθορή. Stob. Flor. XLIII, 34.

201. Φρονήσιος ἔργον μέλλουσαν ἀδικίην φυλάξασθαι, ἀναλγησίης δὲ τὴν γενομένην μὴ ἀμύνασθαι. Stob. Flor. III, 51.

202. Ἀδικεομένοισι τιμωρέειν κατὰ δύναμιν χρὴ καὶ μὴ

blicae gubernationem, amicitias regum: a quibus rebus magna bona in vitam humanam redundare dixit Democritus.

196. Leges non prohiberent singulos pro arbitrio suo vivere, nisi alter ad injuriam alteri inferendam esset proclivis. Etenim invidia seditionis parit initium.

197. Lex hominum vitam beneficiis ornare vult, id autem praestare potest, si ipsi ea accipere voluerint: obedientibus enim vim et virtutem suam ostendit.

198. Temporum mutationibus fit, ut etiam valde potentes infirmiorum auxilio indigeant.

199. Concordia cum aliae res magnae geri, tum a civitatibus bella confici possunt: secus, haudquaquam.

200. Seditio domestica utrique parti nocet; nam et vincentes et victos eadem pessundat pernicies.

201. Prudentiae est futuram injuriam praecavere, indolentiae vero illatam non ulcisci.

202. Injuriam patientes pro viribus sunt defendendi et

παριέναι· τὸ μὲν γὰρ τοιοῦτον δίκαιον καὶ ἀγαθόν, τὸ δὲ μὴ τοιοῦτον ἄδικον καὶ κακόν. Stob. Flor. XLVI, 43.

203. Καὶ οἳ φυγῆς ἄξια ἔρδουσι, ἢ δεσμῶν ἢ ποινῆς ἄξιοι, καταψηφιστέον καὶ μὴ ἀπολύειν· ὃς δ' ἂν παρὰ νόμον ἀπολύῃ, κέρδεϊ ὁρίζων ἢ ἡδονῇ, ἀδικέει· καί οἱ τοῦτο ἐγκάρδιον ἀνάγκη εἶναι. Stob. Flor. XLVI, 44.

204. Τῶν ἡμαρτημένων ἄνθρωποι μεμνέαται μᾶλλον ἢ τῶν εὖ πεποιημένων. Καὶ γὰρ δίκαιον οὕτως· ὥσπερ τὰς παρακαταθήκας ἀποδιδόντα οὐ χρὴ ἐπαινέεσθαι, τὸν δὲ μὴ ἀποδιδόντα κακῶς ἀκούειν καὶ πάσχειν, οὕτω καὶ τὸν ἄρχοντα. Οὐ γὰρ ἐπὶ τουτέῳ ἡρέθη ὡς κακῶς ποιήσων, ἀλλ' ὡς εὖ. Stob. Flor. XLVI, 47.

205. Οὐδεμίῃ μαχανῇ τῷ νῦν κατεστεῶτι ῥυσμῷ μὴ οὐκ ἀδικέειν τοὺς ἄρχοντας, ἢν καὶ πάνυ ἀγαθοὶ ἔωσι· οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ἔοικε ἢ ἑωυτῷ τὸν αὐτὸν ἐπ' ἑτέροισι γίνεσθαι. Δέει δέ κως οὕτω καὶ ταῦτα κοσμηθῆναι, ὅκως ὁ μηδὲν ἀδικέων,

minime negligendi: hoc enim justum et bonum est, contrarium vero injustum et malum.

203. Damnandi neque absolvendi sunt, qui aliquid dignum exsilio committunt, aut qui vinculis aliave poena digni sunt. Qui vero legum auctoritate contemta (ejusmodi homines) absolvit, lucri aut voluptatis gratia decernens, injuste agit, atque hanc agendi rationem ei cordi esse necesse est.

204. Homines (i. e. cives) male quam bene factorum magis sunt memores, atque ita fieri par est. Ut qui depositum reddit, laudari non debet, at reprehendi et puniri, qui non reddit: ita de magistratu quoque judicandum est. Neque enim ea lege, ut male faciat, sed ut bene faciat, eligitur.

205. In praesenti rerum statu fieri non potest, quin magistratus etiam valde boni (interdum) inique agant; neque enim ulli alii nisi sibi ipsi similis est haec rerum facies et conditio, qua iidem (homines perpetuo) aliis atque aliis (magistratibus) parent. Convenit etiam ita fere haec (de quibus loquor) institui, ut qui nulla in re injustum se praebet, etiamsi severe de injuriarum auctoribus quaerat, illis ne pareat (postea), sed

ἦν καὶ πάνυ ἐτάζῃ τοὺς ἀδικέοντας, μὴ ὑπ' ἐκείνοισι γενέσθαι, ἀλλά τις ἢ θεσμὸς ἢ τι ἄλλο ἀμυνέει τῷ τὰ δίκαια ποιεῦντι. Stob. Flor. XLVI, 48.

206. Κατὰ δὲ ζώων ἔστι ὧν φόνον καὶ μὴ φόνον ὧδε ἔχει· τὰ ἀδικέοντα καὶ θέλοντα ἀδικέειν ἀθῷος ὁ κτείνων, καὶ πρὸς εὐεστοῦν τοῦτο ἔρδειν μᾶλλον ἢ μή. Stob. Flor. XLIV, 16.

207. Κτείνειν χρὴ τὰ πημαίνοντα παρὰ δίκην πάντα περὶ παντός· καὶ ταῦτα ὁ ποιέων εὐθυμίης καὶ δίκης καὶ ἀθάρσεος καὶ κτήσιος ἐν παντὶ κόσμῳ μέζω μοῖραν μετέξει. Stob. Flor. XLIV, 17.

208. Ὅκωσπερ περὶ κιναδέων τε καὶ ἑρπετέων γεγράφαται τῶν πολεμίων, οὕτω καὶ κατὰ ἀνθρώπων δοκέει μοι χρεὼν εἶναι ποιέειν· κατὰ νόμους τοὺς πατρίους κτείνειν πολέμιον ἐν παντὶ κόσμῳ, ἐν ᾧ μὴ νόμος ἀπείργει· νόμος δὲ ἀπείργει, ἱερὰ ἑκάστοισι ἐπιχώρια καὶ σπονδαὶ καὶ ὅρκοι. Stob. Flor. XLIV, 18.

209. Κιξάλλην καὶ λῃϊστὴν πάντα κτείνων τις ἀθῷος ἂν εἴη, καὶ αὐτοχειρίῃ καὶ κελεύων καὶ ψήφῳ. Stob. Flor. XLIV, 19.

ut vel lex vel aliud quid magistratum justitia insiguem ab illorum injuria defendat.

206. De animalium quorundam caede permissa ac non permissa sic se res habet. Ea quae injuriam faciunt aut facere volunt, quisquis occiderit, innocens erit, immo ne salus nostra periclitetur, occidi ea praestat, quam non occidi.

207. Interficienda sunt omni de causa, quaecunque praeter fas damnum apportant: quod qui facit, is et tranquillitatis et juris et animi intrepidi et in omnibus ornamentis plus possessionum habebit.

208. Ut de feris et serpentibus nobis inimicis scriptum est, sic etiam adversus homines faciendum mihi videtur: ut hostis ubivis gentium secundum patrias leges occidatur, quatenus nulla lex obstet. Aliqnando enim lex prohibet et sua cujusque regionis sacra (templa), foedera et sacramenta.

209. Furem et latronem quemvis occidens aliquis aut manu sua, aut jussu suffragiove, innocens habendus est.

210. Οἰκέτῃσι ὡς μέρεσι τοῦ σκήνεος, χρῶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλο. Stob. Flor. XLII, 45.

211. Ἡ ἐν δημοκρατίῃ πενίη τῆς παρὰ τοῖσι δυνατοῖσι καλεομένης εὐδαιμονίης τοσοῦτόν ἐστι αἱρετωτέρη, ὁκόσον ἐλευθερίη δουλείης. Stob. Flor. XLIII, 42.

212. Τὰ κατὰ τὴν πόλιν χρεὼν τῶν λοιπῶν μέγιστα ἡγέεσθαι, ὅκως ἄξεται εὖ, μήτε φιλονεικέοντα παρὰ τὸ ἐπιεικές, μήτε ἰσχὺν ἑωυτῷ περιτιθέμενον παρὰ τὸ χρηστὸν τὸ τοῦ ξυνοῦ. Πόλις γὰρ εὖ ἀγομένη μεγίστη ὄρθωσίς ἐστι· καὶ ἐν τούτῳ πάντα ἔνι, καὶ τούτου σωζομένου πάντα σώζεται, καὶ τούτου φθειρομένου τὰ πάντα διαφθείρεται. Stob. Flor. XLIII, 43.

213. Τοῖσι χρηστοῖσι οὐ ξυμφέρον ἀμελέοντας τοῖσι ἑωυτῶν ἄλλα πρήσσειν· τὰ γὰρ ἴδια κακῶς ἂν ἔσχεν. Εἰ δὲ ἀμελέοιτο τῶν δημοσίων τι, κακῶς ἀκούειν γίνεται, καὶ ἦν μηδὲν μήτε κλέπτῃ μήτε ἀδικέῃ· ἐπεὶ καὶ ἀμελέοντι (οὐκ ἧσσον) ἢ ἀδικέοντι κίνδυνος κακῶς ἀκούειν καὶ δὴ καὶ παθέειν τι. Ἀνάγκη δὴ ἁμαρτάνειν, ξυγγινώσκεσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους οὐκ εὐπετές. Stob. Flor. XLIII, 44.

210. Servis, ut partibus corporis, alio ad aliud utere.

211. Paupertas in populari imperio tanto potior est felicitate, quam inter potentes hoc nomine appellant, quanto antestat servituti libertas.

212. Negotia publica civitatis omnium existimari oportet maxima, ut ipsa civitas bene gubernetur, neque praeter aequum contendi, neque privatam potentiam adversus publicum bonum comparari. Nam bene temperata civitas felicissima est rerum constitutio. In hac insunt omnia, hac salva cuncta servantur, hac pereunte nihil non pessum it.

213. Bonis non expedit, rebus suis neglectis, alias agere: propriae enim (interim) male se haberent. Si quid autem publicum negligatur, infamia accedit, etsi quis neque furtum neque injuriam ullam faciat. Etenim negligenti non minus quam injuriam inferenti periculum est cum male audiendi, tum etiam patiendi. Fieri profecto non potest, quin peccetur, peccatorum autem veniam ut impetrent homines, non facile fieri potest.

214. Οἱ κακοὶ ἰόντες ἐς τὰς τιμάς, ὁκόσῳ ἂν μᾶλλον ἀνάξιοι ἐόντες ἴωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ἀνακηδέες γίνονται καὶ ἀφροσύνης καὶ θράσεος πίμπλανται. Stob. Flor. XLIII, 45.

215. Ὅταν οἱ δυνάμενοι τοῖσι μὴ ἔχουσι καὶ προτελέειν τολμέωσι καὶ ὑπουργέειν καὶ χαρίζεσθαι, ἐν τούτῳ ἤδη καὶ τὸ οἰκτείρειν ἔνεστι, καὶ μὴ ἐρήμους εἶναι καὶ τὸ ἑταίρους γίνεσθαι καὶ τὸ ἀμύνειν ἀλλήλοισι καὶ τοὺς πολιήτας ὁμονόους εἶναι καὶ ἄλλα ἀγαθά, ὅσσα οὐδεὶς ἂν δύναιτο καταλέξαι. Stob. Flor. XLIII, 46.

Περὶ γήραος.

216. Ἰσχὺς καὶ εὐμορφίη νεότητος ἀγαθά, γῆρας δὲ σωφροσύνης ἄνθος. Stob. Flor. CXV, 19. Max. p. 856.

217. Γέρων εὔχαρις ὁ αἰμύλος καὶ σπουδαιόμυθος. Democr. Orell. n. 70.

218. Ὁ γέρων νέος ἐγένετο, ὁ δὲ νέος ἄδηλον εἰ ἐς γῆρας ἀπίξεται· τὸ τέλειον ὧν ἀγαθὸν τοῦ μέλλοντός τε καὶ ἀδήλου κρέσσον. Stob. Flor. CXV, 21.

214. Improbi si honores petunt, quo fuerint indigniores, hoc et negligentiores (adepto magistratu) fiunt imprudentiaque magis et audacia replentur.

215. Ubi potentes ad sublevandos tenuioris fortunae homines sumptus facere sustinent eisque operam navare et gratificari, ibi misericordiae locus est, singuli cives non dissociati ac deserti sunt, sed mutua societas, defensio et concordia nascuntur atque alia bona tot tantaque, ut nemo verbis exprimere possit.

De senectute.

216. Robur et pulchritudo juventutis bona sunt, senectus autem temperantiae prudentiaeque flos est.

217. Gratus est senex qui scite jocari potest et seria loqui.

218. Senex fuit juvenis aliquando: num vero juvenis futurus sit olim senex, incertum est. Perfectum igitur bonum futuro atque incerto praestantius est.

219. Γῆρας ὁλόκληρός ἐστι πήρωσις· πάντ' ἔχει καὶ πᾶσι ἐνδέει. Stob. Flor. CXVI, 41.

220. Ὁ αὐτὸς ἰδὼν νεανίαν φιλοπονοῦντα ἔφη· κάλλιστον ὄψον τῷ γήρατι ἀρτύεις. Anton. et Max. pag. 377.

Πάρεργον.

221. Ἐρωτικὴν μέμψιν ἡ ἀγαπωμένη λύει. Stob. Flor. LXIII, 33.

222. Ἰσχυρὸν ἐς πειθὼ λόγος γίνεται. Stob. Flor. LXXXI, 11.

223. Ἰσχυρότερος ἐς πειθὼ λόγος πολλαχῇ γίνεται χρυσοῦ. Democrat. ap. Orell. n. 17.

224. Ὁ ἀδικέων τοῦ ἀδικεομένου κακοδαιμονέστερος. Democr. ap. Orell. n. 11.

225. Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατή· ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ ξύμπας κόσμος. Stob. Flor. XL, 7.

226. Τὰ καλὰ γνωρίζουσι καὶ ζηλοῦσι οἱ εὐφυέες πρὸς αὐτά. Democrat. ap. Orell. n. 22.

219. Senectus omnium est sensuum habetatio: omnia habet atque omnibus aliquid deest.

220. Idem Democritus conspicatus juvenem industrium et labores amantem: pulcherrimum, inquit, senectuti condis obsonium.

Additamentum.

221. Amatorium crimen diluit ipsa quae amatur.

222. Plurimum ad persuasionem sermo valet.

223. Ad persuadendum saepenumero plus oratio quam aurum valet.

224. Infelicior est, injuriam qui facit, quam qui accipit.

225. Quaelibet terra sapienti viro pervia est: namque animi fortis universus mundus patria est.

226. Homines natura ad honestatem facti et agnoscunt, quae honesta sunt, et iis operam dant.

227. Προβουλεύεσθαι κρέσσον πρὸ τῶν πρηξίων ἢ μετανοέειν. Democr. ap. Orell. n. 31.

228. Ἡ τῶν ξυγγενέων ἔχθρη τῶν ὀθνείων χαλεπωτέρη μάλα· Democrat. ap. Orell. n. 56.

229. Ὁ αὐτὸς (Δημόκριτος) ἔφη, οὐ καλὸν πεπαιδευμένον ἀπαιδεύτοις διαλέγεσθαι, ὥσπερ οὐδὲ νήφοντα μεθύουσιν. Anton. et Max. p. 704.

230. Ὁ αὐτὸς τὸν φθόνον εἶπεν ἕλκος εἶναι τῆς ἀληθείας. Anton. et Max. p. 408.

231. Τιμαὶ παρὰ τοῖσι εὐφρονέουσι μέγα δύνανται, οἳ ξυνιᾶσι τιμώμενοι. Pseudodemocrat. n. 61.

232. Βέλτερον ὑπ' ἑτέρου ἢ ὑπ' ἑωυτοῦ ἐπαινέεσθαι. Pseudodemocrat. n. 82.

233. Ἢν μὴ γνωρίζῃς τοὺς ἐπαίνους, κολακεύεσθαι ἡγέο. Pseudodemocrat. n. 83.

234. Φαύλων ὁμιλίη ξυνεχὴς ἕξιν κακίης αὔξει. Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 408.

235. Ἐκουσίως μὴ πονέειν παῖδες ἀνιέντες, οὔτε γράμματα μάθοιεν, οὔτε μουσικήν, οὔτε ἀγωνίην οὐδ' ὅπερ μάλιστα

227. Praestat consilium praecedere facta, quam poenitentiam subsequi.

228. Consanguineorum inimicitiae multo asperiores sunt externis.

229. Idem (Democritus) dixit, neque doctum decere cum indoctis, neque sobrium cum ebriis loqui.

230. Idem invidiam veritatis ulcus esse dicebat.

231. Honores plurimum valent apud prudentes atque benevolos qui eos sibi collatos esse intelligunt.

232. Ab alio quam a se ipso laudari praestat.

233. Si laudes in te ipso non agnoveris, palpum tibi obtrudi existimes.

234. Continuum improborum commercium vitiorum consuetudinem paullatim affert.

235. Pueri qui voluntariis laboribus totos se dare non possunt, illi neque litteras didicerint, neque musicam, neque

τὴν ἀρετὴν ξυνέχει, τὸ αἰδέεσθαι· μάλα γὰρ ἐκ τούτων φιλέει γίνεσθαι ἡ αἰδώς. Ibid. p. 405.

236. Τὰ μὲν καλὰ χρήματα τοῖσι πόνοισι ἡ μάθησις ἐξεργάζεται, τὰ δ' αἰσχρὰ ἄνευ πόνων αὐτόματα καρποῦται· καὶ γὰρ ὡς τὸν οὐκ ἐθέλοντα πολλάκις ἐξέργει τοιοῦτον εἶναι· οὕτω μεγάλης πρήξιος ὁ ἀμαθὴς σπανίως πρωτουργός τε καὶ ποιητής ἐστι. Ibid. p. 406.

237. Τίμιον ὀλίγη σοφίη ὑπὲρ δόξαν ἀφροσύνης μεγάλης. Pseudodemocrat. n. 86.

238. Ἀνθρώποισι πᾶσι σεβαστά ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀληθές· ἡδὺ δὲ ἄλλῳ ἄλλο. Pseudodemocrat. n. 34.

239. Τήν γε ἀληθινὴν τιμὴν καὶ χάριν ἱδρυμένην ἐν εὐνοίᾳ καὶ διαθέσει τῶν μεμνημένων οὐχ ὑπερόψεται πολιτικὸς ἀνήρ, οὐδέ γε δόξαν ἀτιμάσει φεύγων τὸ τοῖς πέλας ἀνδάνειν, ὡς ἠξίου Δημόκριτος. Plutarch. reip. ger. praec. p. 821. (vol. IX p. 266 ed. Reisk.)

240. Ἐν ξυνῷ ἰχθύϊ ἄκανθαι οὐκ ἔνεισιν, ὥς φησιν ὁ Δημόκριτος. Plutarch. convival. disputt. lib. II, 10 pag. 643 (vol. VIII pag. 549 ed. Reisk.)

(cum aequalibus honeste) certare, neque, quod maxime virtutem continet, alios revereri; nam ex his rebus pudor nasci imprimis solet.

236. Res honestas laboribus disciplina perficit, turpes autem nullius laboris nativi sunt fructus: nam ut nolentem (disciplina) saepe cogit, ut (qualem se praebet) talis sit (homo), ita omnis disciplinae expers raro est praeclari facinoris auctor.

237. Nonnihil sapientiae pluris faciendum est, quam speciosa quidem, sed falsa magnae dementiae opinio.

238. Apud omnes quidem homines in honore sunt bonum ac verum: gratum tamen alii aliud.

239. Certe verum honorem gratiamque innixam benevolentia animique memorum affectione non despiciet vir qui in administranda republica versatur, neque gloriam contemnet, fugiens aliorum approbationem, ut volebat Democritus.

240. In communi pisce non insunt spinae, ut dicit Democritus.

241. Ἧμος δὲ στεροπῆας ἀπεπτοίησεν ὀνείρους ὁ ἥλιος ἀνασχών, καὶ καθάπερ εἰς ταὐτὸ συμμίξας ἐπέστρεψε καὶ συνώρμησε τῷ φωτὶ τὰς πράξεις καὶ τὰς νοήσεις τὰς ἁπάντων, ὥς φησι Δημόκριτος, νέα ἐφ' ἡμέρῃ στρέφοντες ἄνθρωποι, τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁρμὴν καθάπερ ἀρτύματα συντόνως ποθοῦντες, ἄλλος ἀλλαχόθεν ἐπὶ τὰς πράξεις ἀνίστανται. Plutarch. de occulte viv. p. 1129 (vol. X pag. 642 seqq. ed. Reisk.)

242. Χρὴ τὴν μὲν εὐσέβειαν φανερῶς ἐνδείκνυσθαι, τῆς δὲ ἀληθείας θαῤῥοῦντως προΐστασθαι. Anton. p. 235.

243. Ξείνοισι μεταδίδου καὶ τοῖσι δεομένοισι ἐκ τῶν ἐόντων· ὁ γὰρ μὴ διδοὺς δεομένῳ οὐδὲ αὐτὸς λήψεται δεόμενος. Anton. et Max. p. 725.

244. Τάχος καὶ ἔπειξις ἀπέστω τοῦ ἐσθίειν· κυνῶδες γὰρ τοῦτο καὶ θηρίῳ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ πρέπον. Anton. et Max. pag. 299.

245. Ποθητὸς εἶναι μᾶλλον ἢ φοβερὸς κατὰ τὸν βίον προαιροῦ, ὃν γὰρ πάντες φοβοῦνται, πάντας φοβεῖται. Anton. p. 517. Max. p. 542.

241. Verum ubi sol oriens fulgentia somnia abegit, et tanquam in unum commiscens convertit et excitavit una cum luce omnium actiones cogitationesque: tunc, ut ait Democritus, nova statim ab initio diei animo volventes homines, mutuos conatus velut condimenta quaedam vehementer appetentes, alius aliunde ad res agendas sese conferunt.

242. Pietas palam declaranda, veritas autem forti animo defendenda est.

243. Peregrinis impertire et egentibus ex iis quae adsunt: qui enim indigenti non dederit, ne ipse quidem, si quando egeat, accipiet.

244. Celeritas et festinatio absint a comedendo. Hoc enim caninum est, et belluae convenit magis quam homini.

245. Id specta, ut alii magis te desiderent in vita quam metuant: quem enim omnes metuunt, idem omnes metuit.

246. Τὸν ἄρχοντα δεῖ ἔχειν πρὸς μὲν τοὺς καιροὺς λογισμόν, πρὸς μὲν τοὺς ἐναντίους τόλμαν, πρὸς δὲ τοὺς ὑποτεταγμένους εὔνοιαν. Anton. p. 517. Max. p. 542.

247. Δεῖ τὸν ἑτέρων μέλλοντα ἄρξειν αὐτὸν ἑαυτοῦ πρῶτον ἄρχειν. Maxim. p. 542.

248. Ἡδὺ μηδὲν ἀποδέχεσθαι, ἢν μὴ ξυμφέρῃ. Pseudodemocr. ap. Orell. n. 39.

249. Ὁ κόσμος σκηνή, ὁ βίος πάροδος· ἦλθες, εἶδες, ἀπῆλθες. Pseudodemocrat. ap. Orell. n. 84.

250. Θείου νόου τὸ αἰεὶ διαλογίζεσθαι καλόν. Pseudodemocrat. n. 79.

B. FRAGMENTA PHYSICA.

1. Δημόκριτος δὲ ὅτι μὲν ἀναιρεῖ τὰ φαινόμενα ταῖς αἰσθήσεσι, καὶ τούτων λέγει μηδὲν φαίνεσθαι κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλὰ μόνον κατὰ δόξαν· ἀληθὲς δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τὸ ἀτόμους εἶναι καὶ κενόν. Νόμῳ γάρ, φησι, γλυκύ, καὶ νόμῳ πικρόν, νόμῳ θερμόν, νόμῳ ψυχρόν, νόμῳ χροιή· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν. Ἅπερ νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητά, οὐκ ἔστι δὲ κατὰ ἀλήθειαν ταῦτα· ἀλλὰ τὰ ἄτομα μόνον καὶ κενόν.

246. Principem in rerum opportunitatibus uti decet ratione, adversus hostes audacia, benevolentia autem erga subjectos.

247. Qui aliis imperaturus est, debet ipse sibi prius imperare.

248. Nihil jucundum admittendum est, nisi idem sit utile.

249. Mundus scena, vita transitus: venisti, vidisti, abiisti.

250. Animi divini est, semper aliquid bonum cogitare.

1. Democritus autem quum ea tollat, quae apparent sensibus, ex iis etiam dicit nihil vere apparere, sed solum ex opinione, verum autem esse in iis quae sunt, quatenus individua sint et inane. *Opinione enim et instituto*, inquit, *est dulce et amarum, opinione calidum et frigidum, opinione color: vere autem individua et inane. Quae igitur esse existimantur et putantur sensilia, ea non sunt re vera. Sola autem*

Ἐν δὲ τοῖς Κρατυντηρίοις καίπερ ὑπεσχημένος ταῖς αἰσθήσεσι τὸ κράτος τῆς πίστεως ἀναθεῖναι, οὐδὲν ἧττον εὑρίσκεται τούτων καταδικάζων. Φησὶ γάρ· Ἡμέες δὲ τῷ μὲν ἐόντι οὐδὲν ἀτρεκὲς ξυνίεμεν, μεταπῖπτον δὲ κατά τε σώματος διαθιγήν, καὶ τῶν ἐπεισιόντων, καὶ τῶν ἀντιστηριζόντων. Καὶ πάλιν φησί· ἐτεῇ μέν νυν, ὅτι οἷον ἕκαστόν ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν, οὐ ξυνίεμεν, πολλαχῇ δεδήλωται. Ἐν δὲ τῷ περὶ ἰδεῶν, γινώσκειν τε χρή, φησι, ἄνθρωπον τῷδε τῷ κανόνι, ὅτι ἐτεῆς ἀπήλλακται. Καὶ πάλιν· Δηλοῖ μὲν δὴ καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὅτι ἐτεῇ οὐδὲν ἴδμεν περὶ οὐδενός· ἀλλ' ἐπιῤῥυσμίῃ ἑκάστοισι ἡ δόξις. Καὶ ἔτι· καίτοι δῆλον ἔσται, ὅτι ἐτεῇ οἷον ἕκαστον, γινώσκειν, ἐν ἀπόρῳ ἐστί. Καὶ δὴ ἐν μὲν τούτοις πᾶσαν σχεδὸν κινεῖ κατάληψιν, καὶ μόνον ἐξαιρέτως καθάπτεται τῶν αἰσθήσεων. Ἐν δὲ τοῖς Κανόσι δύο φησὶν εἶναι γνώσεις, τὴν μὲν διὰ τῶν αἰσθήσεων, τὴν δὲ διὰ τῆς διανοίας· ὧν τὴν μὲν διὰ τῆς διανοίας γνησίην κατάγει, προσμαρτυρῶν αὐτῇ τὸ πιστὸν εἰς ἀληθείας κρίσιν· τὴν δὲ διὰ

sunt individua et inane. In Libris probativis itidem, quamvis pollicitus, se sensibus vim conciliaturum fidemque facturum, nihilominus invenitur eos condemnare. Ait enim: *Nos re ipsa quidem nihil veri intelligimus, sed id tantum percipimus, quod mutatur pro positura corporis eorumque quae nobis incidunt et obsistunt.* Et alibi ait: *Nos vere quidem qualis sit unaquaeque res, vel non sit, nequaquam intelligere, plurimis locis est declaratum.* In libro autem de imaginibus ait: *Oportet hominem hac regula scire, se a vero longe abesse.* Et alio loco: *Ostendit quidem haec quoque ratio, de nulla re quidquam nos vere scire, sed esse singulis opinionem, prout quemque res extrinsecus allata affecerit.* Et alio etiam loco: *Quamquam erit evidens, dubium esse, num, quale sit unumquidque, sciamus.* Atque in his quidem omnem fere rejicit comprehensionem, licet modo sensus praecipue testes adhibeat. In Regulis autem duas perhibet esse cognitiones, alteram per sensus, alteram per cogitationem: ex quibus cognitionem quae per cogitatio-

τῶν αἰσθήσεων σκοτίην ὀνομάζει, ἀφαιρούμενος αὐτῆς τὸ πρὸς διάγνωσιν τοῦ ἀληθοῦς ἀπλανές. Λέγει δὲ κατὰ λέξιν· Γνώμης δὲ δύο εἰσὶν ἰδέαι· ἡ μὲν γνησίη, ἡ δὲ σκοτίη· καὶ σκοτίης μὲν τάδε ξύμπαντα, ὄψις, ἀκοή, ὀδμή, γεῦσις, ψαῦσις· ἡ δὲ γνησίη ἀποκεκριμένη δὲ ταύτης. Εἶτα προκρίνων τῆς σκοτίης τὴν γνησίην ἐπιφέρει λέγων· Ὅταν ἡ σκοτίη μηκέτι δύνηται μήτε ὁρῆν ἐπ' ἔλαττον, μήτε ἀκούειν, μήτε ὀδμᾶσθαι, μήτε γεύεσθαι, μήτε ἐν τῇ ψαύσιι αἰσθάνεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ λεπτότερον. Οὐκοῦν καὶ κατὰ τοῦτον ὁ λόγος ἐστὶ κριτήριον, ὃν γνησίην γνώμην καλεῖ. Sextus Empiricus adv. Mathem. (Logic.) lib. VII §. 135 — 139 pag. 399 seqq. ed. Fabric.

2. Παλαιὰ γάρ τις, ὡς προεῖπον, ἄνωθεν παρὰ τοῖς φυσικοῖς κυλίεται δόξα περὶ τοῦ τὰ ὅμοια ὁμοίων εἶναι γνωριστικά· καὶ ταύτης ἔδοξε μὲν καὶ Δημόκριτος κεκομικέναι τὰς παραμυθίας· ἔδοξε δὲ καὶ Πλάτων αὐτῆς ἐν Τιμαίῳ παρεψαυκέναι· ἀλλ' ὁ μὲν Δημόκριτος ἐπί τε τῶν ἐμψύχων καὶ ἀψύχων ἴστησι τὸν

nem fit, genuinam ducit, fide dignum veritatis judicium suo testimonio ipsi tribuens: cognitionem autem per sensus comparari solitam obscuram vocat, in vero discernendo erroris vacuitatem ei eripiens. Dicit autem ad verbum: *Cognitionis duae sunt species, altera genuina, altera obscura; et obscurae quidem haec sunt omnia, visus, auditus, olfactus, gustus, tactus; genuina autem illa est, quae ab hac est secreta.* Deinde genuinam obscurae praeferens subjungit haec: *Quando obscura non amplius potest in rebus justo minoribus neque videre, neque audire, neque odorari, neque gustare, neque tactu sentire, sed ad subtilius* (confugiendum). Est igitur ex Democriti quoque sententia ratio rerum arbitra, quam appellat genuinam cognitionem.

2. Nam vetus quaedam, ut prius dixi, et jam pridem recepta inter physicos versatur opinio, similia similibus cognosci; atque ejus quidem visus est etiam Democritus aliquas probabiles afferre rationes. Visus est et Plato eam tetigisse in Timaeo. Sed Democritus de animatis et inanimis ea quae dicit statuit.

λόγον· Καὶ γὰρ ζῶά, φησιν, ὁμογενέσι ζώοισι ξυναγελάζεται, ὡς περιστεραὶ περιστερῇσι, καὶ γέρανοι γεράνοισι, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀλόγων. Ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀψύχων· κατάπερ ὁρῇν πάρεστι ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τῇσι κυματωγῇσι ψηφίδων· Ὅκου μὲν γὰρ κατὰ τὸν τοῦ κοσκίνου δῖνον διακριτικῶς φακοὶ μετὰ φακῶν τάσσονται καὶ κριθαὶ μετὰ κριθέων καὶ πυροὶ μετὰ πυρῶν· ὅκου δὲ κατὰ τὴν τοῦ κύματος κίνησιν αἱ μὲν ἐπιμήκεες ψηφῖδες εἰς τὸν αὐτὸν τόπον τῇσι ἐπιμήκεσι ὠθέονται, αἱ δὲ περιφερέες τῇσι περιφερέσι· ὡς ἂν ξυναγωγόν τι ἐχούσης τῶν πρηγμάτων τῆς ἐν τούτοισι ὁμοιότητος. Ἀλλ' ὁ μὲν Δημόκριτος οὕτως. Sext. Empiric. adv. Mathem. lib. VII §. 116 et 117 pag. 395 ed. Fabric.

3. Δημόκριτος δὲ εἴδωλά τινά φησιν ἐμπελάζειν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τούτων τὰ μὲν εἶναι ἀγαθοποιά, τὰ δὲ κακοποιά· ἔνθεν καὶ εὔχεται εὐλόγχων τυχεῖν εἰδώλων. Εἶναι δὲ ταῦτα μεγάλα τε καὶ ὑπερφυῆ καὶ δύσφθαρτα μέν, οὐκ ἄφθαρτα δέ. Προσημαίνειν τε τὰ μέλλοντα τοῖς ἀνθρώποις θεωρούμενα καὶ

Animantia enim, inquit, *simul congregantur cum ejusdem generis animantibus, ut columbae cum columbis et grues cum gruibus, atque idem in aliis brutis valet. Idem quoque de inanimis dicendum; ut licet videre in seminibus quae cribrantur et in lapillis per littora sparsis, quum pro cibri circumactione separatim lens cum lente collocetur, hordeum cum hordeo et triticum cum tritico, ex undarum autem motione oblongi quidem calculi pellantur ad eundem locum, ad quem oblongi, teretes vero, ad quem teretes, utpote rerum in his similitudine habente vim quandam congregandi.* Sed sic quidem Democritus.

3. Democritus autem ait, quaedam simulacra appropinquare hominibus, et ex iis alia quidem benefica esse, alia vero malefica; hinc etiam optat, ut bona sibi simulacra occurrant. Ea autem esse magna et ingentia, et difficulter quidem interire, non esse tamen interitui non obnoxia. Significare praeterea

φωνὰς ἀφιέντα· ὅθεν τούτων αὐτῶν φαντασίαν λαβόντες οἱ παλαιοὶ ὑπενόησαν εἶναι θεόν, μηδενὸς ἄλλου παρὰ ταῦτα ὄντος θεοῦ τοῦ ἄφθαρτον φύσιν ἔχοντος. Sextus Empiricus adv. Mathem. lib. IX §. 19 pag. 552 seqq. ed. Fabric.

4. Εἰσὶ δὲ οἱ ἀπὸ τῶν γιγνομένων κατὰ τὸν κόσμον παραδόξων ὑπονοήσαντος εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς ἐληλυθέναι θεῶν. Ἀφ' ἧς φαίνεται εἶναι δόξης καὶ ὁ Δημόκριτος. Ὁρέοντες γάρ, φησι, τὰ ἐν τοῖσι μετέωροισι παθήματα οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, κατάπερ βροντὰς καὶ ἀστραπάς, κεραυνούς τε καὶ ἄστρων συνόδους, ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐκλείψιας, ἐδείματέοντο, θεοὺς οἰόμενοι τούτων αἰτίους εἶναι. Sextus Empir. adv. Math. lib. IX §. 24 p. 554 ed. Fabric.

5. Δημόκριτος δὲ τὰς ποιότητας ἐκβαλών, ἵνα φησί· Νόμῳ ψυχρόν, νόμῳ θερμόν, ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν. Καὶ πάλιν· Ἐτεῇ δὲ οὐδὲν ἴδμεν· ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀληθείη. Diog. Laert. in vit. Pyrrhon. lib. IX §. 72.

6. Ἀλλὰ καὶ Δημόκριτος ἐν οἷς φησι δίνῃ ἀπὸ παντὸς ἀποκρίνεσθαι παντοίων εἰδέων, (πῶς δὲ καὶ ὑπὸ τίνος

hominibus futura, quum aspectabilia sint et vocem emittant. Unde perceptam horum visionem antiqui deos esse existimarunt, quum praeter haec non sit alius deus qui habeat naturam interitus expertem.

4. Sunt autem qui ex rebus admirabilibus quae in mundo fiunt, suspicati sint, nos pervenisse ad notionem deorum. In qua opinione videtur etiam esse Democritus. Videntes enim, inquit, veteres, quae in sublimi accidunt, ut tonitrua et fulgura, et fulmina, et astrorum coitus, solisque et lunae defectiones, perterrebantur, rati deos esse eorum auctores.

5. Democritus exclusis qualitatibus, ubi ait: *Opinione frigidum, opinione calidum, re vera autem individua et inane.* Et alibi: *Re vera nihil scimus; in profundo enim veritas latet.*

6. Sed Democritus quoque dicens *vertigine ab atomorum varia-*

τίνος αἰτίας μὴ λέγει) ἔοικεν ἀπὸ ταὐτομάτου καὶ τύχης γεννᾷν αὐτά. Simplicius ad Aristot. Phys. fol. 73. b.

7. Καὶ ὡς Δημόκριτός φησιν, ἦν ὁμοῦ πάντα δυνάμι, ἐνεργείᾳ δ' οὔ. Aristot. Metaph. lib. XII cap. 2 pag. 1069 ed. Bekker.

8. Οἷς οὐδ' ὄναρ ἐντυχὼν ὁ Κολώτης, ἐσφάλη περὶ λέξιν τοῦ ἀνδρός, ἐν ᾗ διορίζεται, μὴ μᾶλλον τὸ δέν, ἢ τὸ μηδὲν εἶναι· δὲν μὲν ὀνομάζων τὸ σῶμα, μηδὲν δὲ τὸ κενόν, ὡς καὶ τούτου φύσιν τινὰ καὶ ὑπόστασιν ἰδίαν ἔχοντος. Plutarch. adv. Colot. pag. 1108 (vol. X pag. 561 ed. Reisk.)

9. Δημόκριτος δὲ ὁ τῇ Διὸς φωνῇ παρεικαζόμενος καὶ λέγων τάδε περὶ τῶν ξυμπάντων ἐπεχείρησε μὲν τὴν ἐπίνοιαν ἐκθέσθαι, πλεῖον δὲ ἰδιωτικῆς ἀποφάσεως οὐδὲν ἴσχυσεν, εἰπών, ἄνθρωπός ἐστι, ὃ πάντες ἴδμεν. Sextus Empir. adv. math. lib. VII §. 265 p. 423 seqq. ed. Fabric.

10. Ὁ γὰρ ὀμφαλὸς πρῶτον ἐν μήτρῃσι, ὥς φησι Δημόκριτος, ἀγκυρηβόλιον σάλου καὶ πλάνης ἐμφύεται, πεῖσμα καὶ κλῆμα τῷ γινομένῳ καρπῷ καὶ μέλλοντι. Plutarch. de amore prolis pag. 495 (vol. VII pag. 928 ed. Reisk.)

variarum universitate (quasdam) *segregari* (quomodo vero et qua causa, non dicit) videtur forte et casu res procreare.

7. Atque ut Democritus ait, *simul omnia potentia erant, actu vero minime.*

8. Quae quum ne per somnum quidem vidisset Colotes, lapsus est in verbis ejus, quibus definit, non magis δὲν esse quam μηδέν; δὲν nominans corpus, μηδὲν inane, quasi hoc quoque suam quandam naturam et substantiam habeat.

9. Democritus autem, qui Jovis voci assimilatur atque *haec de universis disserit*, conatus quidem est exponere notionem, sed de ea nihil amplius potuit pronunciare, quam imperitum vulgus, dicens, *homo est quod omnes scimus.*

10. Primum enim in utero umbilicus nascitur, ut ait Democritus, tanquam ancora qua foetus adversus fluctuationes nitatur, et tanquam retinaculum ac pedamentum conceptae sobolis.

11. Τὸ κεραύνιον πῦρ ἀκριβείᾳ καὶ λεπτότητι θαυμαστόν ἐστιν, αὐτόθεν περὶ τὴν γένεσιν ἐκ καθαρᾶς καὶ ἀγνῆς ἔχον οὐσίας, καὶ πᾶν, εἴ τι συμμίγνυται νοτερόν, ἢ γεῶδες αὐτῷ τῆς περὶ τὴν κίνησιν ὀξύτητος ἀποσειομένης καὶ διακαθαιρούσης. Διόβλητον μὲν οὐδέν, ὥς φησι Δημόκριτος, ὃ μὴ τὸ παρ' αἰθρίης στέγει σέλας. Τὰ μὲν οὖν πυκνὰ τῶν σωμάτων, χαλκός, ἄργυρος, χρυσὸς ἀποστέγει καὶ φθείρεται, καὶ τήκεται πάσχοντα τῷ προσμάχεσθαι καὶ ἀντερείδειν· τῶν δ' ἀραιῶν καὶ πολυπόρων καὶ χαλώντων ὑπὸ μανότητος ἀψαυστὶ διεκθεῖ, καθάπερ ἱματίων καὶ ξύλων αὖων. Plutarch. conviv. disp. lib. IV p. 665.

Περὶ αἰσθήσεων.

12. Δημόκριτος δὲ περὶ μὲν αἰσθήσεως οὐ διορίζει, πότερα τοῖς ἐναντίοις ἢ τοῖς ὁμοίοις ἐστίν· ᾗ μὲν γὰρ τῷ ἀλλοιοῦσθαι ποιεῖ τὸ αἰσθάνεσθαι, δόξειεν ἂν τοῖς διαφόροις· οὐ γὰρ ἀλλοιοῦται τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. Πάλιν δὲ τὸ μὲν αἰσθάνεσθαι καὶ ἁπλῶς τὸ ἀλλοιοῦσθαι τῷ πάσχειν· ἀδύνατον δέ, φησι, τὸ μὴ ταὐτὰ πάσχειν, καὶ ἕτερα ὄντα ποιεῖν ἕτερα, ἀλλὰ ταὐτόν τι πάσχειν τοῖς ὁμοίοις. Διὸ περὶ μὲν τούτων ἀμφοτέρως ἔστιν ὑπολαμβάνειν. Theophrast. lib. περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν 49.

11. Fulminis ignis mirabili est subtilitate et tenuitate, quam statim a primo origine habet ex pura et sincera substantia: et quidquid ei humidum aut terrestre admiscetur, id sui motus celeritate excutit atque expurgat. Nihil icitur fulmine, ut ait Democritus, quod non fulmen e coelo missum impediat atque retineat. Quare corpora densa, ut aes, argentum, aurum, fulmen retardant corrumpunturque et liquescunt eo, quod repugnant atque resistunt. At per rara multisque foraminibus hiantia ob laxitatem eorum sine tactu discurrit fulmen, ut per vestes et arida ligna.

De sensibus.

12. Democritus de sensu non definit, utrum contrariis an similibus fiat. Quatenus enim sensum mutatione fieri dicit, videatur diversis, quum similia similibus non mutentur. Rursus autem nos sentire omninoque mutari contendit, dum patiamur, dissimilia vero pati et diversa quidem diversa facere posse ne-

13. Περὶ ἑκάστης δ' ἤδη αὐτῶν ἐν μέρει πειρᾶται λέγειν. Ὁρᾶν μὲν οὖν ποιεῖ τῇ ἐμφάσει· ταύτην δ' ἰδίως λέγει· τὴν γὰρ ἔμφασιν οὐκ εὐθὺς ἐν τῇ κόρῃ γίνεσθαι, ἀλλὰ τὸν ἀέρα τὸν μεταξὺ τῆς ὄψεως καὶ τοῦ ὁρωμένου τυποῦσθαι, συστελλόμενον ὑπὸ τοῦ ὁρωμένου καὶ τοῦ ὁρῶντος· ἅπαντος γὰρ ἀεὶ γίνεσθαί τινα ἀπορρύην· ἔπειτα τοῦτον στερεὸν ὄντα καὶ ἀλλόχρων ἐμφαίνεσθαι τοῖς ὄμμασιν ὑγροῖς· καὶ τὸ μὲν πυκνὸν οὐ δέχεσθαι, τὸ δ' ὑγρὸν διϊέναι. Διὸ καὶ τοὺς ὑγροὺς τῶν σκληρῶν ὀφθαλμῶν ἀμείνους εἶναι πρὸς τὸ ὁρᾶν, εἰ ὁ μὲν ἔξω χιτὼν ὡς λεπτότατος καὶ πυκνότατος εἴη, τὰ δ' ἐντὸς ὡς μάλιστα σομφὰ καὶ κενὰ πυκνῆς καὶ ἰσχυρᾶς σαρκός, ἔτι δὲ ἰκμάδος παχείας τε καὶ λιπαρᾶς, καὶ αἱ φλέβες κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς εὐθεῖαι καὶ ἄνικμοι, καὶ ὁμοιοσχημονοῖεν τοῖς ἀποτυπουμένοις. Τὰ γὰρ ὁμόφυλα μάλιστα ἕκαστον γνωρίζειν. Theophrastus ibid. 50.

14. Πρῶτον μὲν οὖν ἄτοπος ἡ ἀποτύπωσις ἡ ἐν τῷ ἀέρι· δεῖ γὰρ ἔχειν πυκνότητα καὶ μὴ θρύπτεσθαι τὸ πυκνούμενον,

gat, sed simile aliquid similibus pati. Quapropter haec utroque modo intelligi licet.

13. De singulis autem sensibus deinceps dicere conatur. Videre nos ait imaginum illapsu quem peculiariter describit; imaginem enim non statim in pupillam illabi, sed aërem inter oculum et illud quod cernitur, medium, contractum ab illo quod cernitur et qui cernit, formari; ab omni enim re fieri semper effluvium quoddam; deinde hunc aërem solidum et discolorem oculis humidis ut imaginem illabi, ita ut densum non accipiat, humidum peragret. Idcirco humidos oculos duris meliores esse ad videndum, si membrana externa quam tenuissima et solidissima sit, interna autem quam maxime fungosa et inania carne solida et valida, atque humore crasso et nitido, venae denique ad oculos pertinentes rectae humorisque expertes et similes figura imaginibus conformatis sint. Sui enim generis res maxime quidque cognoscere.

14. Ac primum quidem inepta est imaginis in aëre conformatio; nam quod densatum est servare oportet hanc densi-

ὥσπερ καὶ αὐτὸς λέγει παραβάλλων, τοιαύτην εἶναι τὴν ἐντύπωσιν, οἷον εἰ ἐκμάξειας εἰς κηρόν. Ἔπειτα μᾶλλον ἐν ὕδατι τυποῦσθαι δυνατόν, ὅσῳ πυκνότερον· ἧττον δὲ ὁρᾶσθαι. Καίτοι προσῆκε μᾶλλον. Ὅλως δὲ ἀπορρροὴν ποιοῦντα τῆς μορφῆς, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τῶν εἰδῶν, τί δεῖ τὴν ἀποτύπωσιν ποιεῖν; αὐτὰ γὰρ ἐμφαίνεται τὰ εἴδωλα. Theophrastus ibid. 51.

15. Ἀλλ' ἴσως τὴν ἔμφασιν ὁ ἥλιος ποιεῖ, τὸ φῶς ὥσπερ ἐπιφέρων ἐπὶ τὴν ὄψιν, καθάπερ ἔοικε βούλεσθαι λέγειν· ἐπεὶ τό γε τὸν ἥλιον ἀπωθοῦντα ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ ἀποπλαττόμενον πυκνοῦν τὸν ἀέρα, καθάπερ φησίν, ἄτοπον· διακρίνειν γὰρ πέφυκε μᾶλλον. Theophrastus ibid. 54.

16. Τὴν δ' ἀκοὴν παραπλησίως ποιεῖ τοῖς ἄλλοις· εἰς γὰρ τὸ κενὸν ἐμπίπτοντα τὸν ἀέρα κίνησιν ἐμποιεῖν, πλὴν ὅτι κατὰ πᾶν μὲν ὁμοίως τὸ σῶμα εἰσιέναι, μάλιστα δὲ καὶ πλεῖστον διὰ τῶν ὤτων, ὅτι διὰ πλείστου τε κενοῦ διέρχεται καὶ ἥκιστα διαμίμνει· διὸ καὶ κατὰ μὲν τὸ ἄλλο σῶμα οὐκ αἰσθάνεσθαι, ταύτῃ δὲ μόνον. Ὅταν δὲ ἐντὸς γένηται, σκίδνασθαι

tatem, neque conteri, quemadmodum ipse dicit comparatione proposita, tali modo fieri informationem, quali in cera aliquid imprimas. Deinde eo facilius simulacrum in aqua imprimi potest, quo densior est; difficilius autem cerni. At oportebat facilius. Omnino eum qui formae effluvium statuit, ut in libro de imaginibus, quid opus est imaginis conformationem ponere? Ipsa enim simulacra illabuntur.

15. Sed fortasse illapsum sol efficit, lucem quasi oculo afferens, ut Democritus videtur dicere voluisse; quum, quod ait, solem repellentem a sese effingendo densare aërem absurdum sit; ea enim solis natura est, ut aërem potius discernat.

16. Auditum vero similiter atque caeteri (philosophi) definit: aëre enim in vacuum irruente motum effici, sed (quod Democriti proprium est) aërem per totum corpus similiter penetrare, maxime autem per aures, quoniam hic per plurimum vacuum pervadat et minime permaneat; ideo in reliquis corporis partibus (sonum) non sentiri, sed solis in auribus. Ubi

διατάχους· τὴν γὰρ φωνὴν εἶναι θρυπτομένου τοῦ ἀέρος καὶ μετὰ βίας εἰσιόντος. Theophrast. ibid. 55.

17. Ὥσπερ οὖν ἐκτὸς ποιεῖ τῇ ἁφῇ τὴν αἴσθησιν, οὕτω τῇ ἀκοῇ ἐντός. Ὀξύτατον δ' ἀκούειν, εἰ ὁ μὲν ἔξω χιτὼν εἴη πυκνός, τὰ δὲ φλέβια κενὰ καὶ ὡς μάλιστα ἄνικμα καὶ εὔτρητα κατά τε τὸ ἄλλο σῶμα καὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς ἀκοάς, ἔτι δὲ τὰ ὀστᾶ πυκνὰ καὶ ὁ ἐγκέφαλος εὔκρατος, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ὡς ξηρότατον· ἀθρόον γὰρ ἂν οὕτως εἰσιέναι τὴν φωνήν, ἅτε διὰ πολλοῦ κενοῦ καὶ ἀνίκμου καὶ εὐτρήτου εἰσιοῦσαν, καὶ ταχὺ σκίδνασθαι καὶ ὁμαλῶς κατὰ τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲ ἐκπίπτειν ἔξω. Theophrastus ibid. 56.

18. Τὸ μὲν οὖν σαφῶς ἀφορίζειν ὁμοίως ἔχει τοῖς ἄλλοις, ἄτοπον δὲ καὶ ἄδηλον κατὰ πᾶν τὸ σῶμα τὸν ψόφον εἰσιέναι, καὶ ὅταν εἰσέλθῃ διὰ τῆς ἀκοῆς, διαχεῖσθαι κατὰ πᾶν, ὥσπερ οὐ ταῖς ἀκοαῖς, ἀλλ' ὅλῳ τῷ σώματι τὴν αἴσθησιν οὖσαν. Οὐ γάρ, εἰ καὶ συμπάσχει τι τῇ ἀκοῇ, διὰ τοῦτο καὶ αἰσθάνεται. Πάσαις γὰρ τοῦτό γε ὁμοίως ποιεῖ· καὶ οὐ μόνον ταῖς

autem ad interna pervenerit, celeriter dimanare, esse (i. e. oriri) enim vocem aëre contrito et per vim ingrediente.

17. Eodem igitur modo quo extrinsecus tactu sensum fieri statuit, ita intus auditu. Acutissime audiri, si membrana externa densa, venae inanes et quam maxime sine humore et bene tum ad reliquum corpus tum ad caput auresque perforatae, ossa autem firma et cerebrum bene mixtum, et quod circumdet, quam siccissimum sit. Ita enim vocem plenam intrare, per multum vacuum et humore carens et bene perforatum progressam, celeriterque dimanare aequabiliter per corpus serpendo, neque excidere.

18. Democritus igitur in iis quae perspicue definit similia profert ac caeteri (philosophi), ineptum vero atque obscurum est (quod ait) per totum corpus penetrare sonum et ubi per aurem intraverit, per totum corpus diffundi, quasi tum non solae aures, sed universum corpus sentiat. Nam si quid etiam una cum auribus afficitur, ideo tamen non et ipsum sentit.

αἰσθήσεσιν, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ. Καὶ περὶ μὲν ὄψεως καὶ ἀκοῆς οὕτως ἀποδίδωσι· τὰς δ' ἄλλας αἰσθήσεις σχεδὸν ὁμοίας ποιεῖ τοῖς πλείστοις. Theophr. ibid. 57.

19. Περὶ δὲ τοῦ φρονεῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἴρηκεν, ὅτι γίνεται, συμμέτρως ἐχούσης τῆς ψυχῆς μετὰ τὴν κίνησιν· ἐὰν δὲ περίθερμός τις ἢ περίψυχρος γένηται, μεταλλάττειν φησί. Διότι καὶ τοὺς παλαιοὺς καλῶς τοῦθ' ὑπολαβεῖν, ὅτι ἐστὶν ἀλλοφρονεῖν. Ὥστε φανερόν, ὅτι τῇ κράσει τοῦ σώματος ποιεῖ τὸ φρονεῖν· ὅπερ ἴσως αὐτῷ καὶ κατὰ λόγον ἐστί, σῶμα ποιοῦντι τὴν ψυχήν. Theophrastus ibid. 58.

20. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἔοικε συνηκολουθηκέναι τοῖς ποιοῦσιν ὅλως τὸ φρονεῖν κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν· ἥπερ ἐστὶν ἀρχαιοτάτη δόξα. Πάντες γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ οἱ ποιηταὶ καὶ σοφοὶ κατὰ τὴν διάθεσιν ἀποδιδόασι τὸ φρονεῖν. Theophrast. ibid. 72.

---

21. Βαρὺ μὲν οὖν καὶ κοῦφον τῷ μεγέθει διαιρεῖ Δημόκριτος. Εἰ γὰρ διακριθείη ἓν ἕκαστον τῶν ἀμίκτων (εἰ καὶ κατὰ σχῆμα διαφέρει) σταθμοῦ ἂν ἐπὶ μεγέθει τὴν φύσιν ἔχειν·

Enimvero omnibus (sensibus) hoc similiter ascribit, neque his tantum, sed etiam animae. De visu quidem et auditu ita statuit; caeteros sensus similiter definit ac plerique.

19. De sana mente ita loquitur, sapere nos, si anima post motum convenienter et apte se habeat; si quis autem admodum calidus frigidusve fiat, mentem perturbari dicit. Quare priscos praeclare intellexisse, hanc esse mentis alienationem. Unde patet, Democrito sanam mentem corporis mixtione constare, id quod fortasse ipsius rationi convenit, qui animam corpus esse censeat.

20. Sed in his rebus illos videtur secutus esse, qui sanam mentem e mutatione pendere volunt, quae vetustissima est opinio. Omnes enim prisci et poëtae et sapientes pro corporis affectione nos sapere decernunt.

---

21. Grave igitur et leve magnitudine distinguit Democritus. Si enim (eorum quae non sunt mixta) unumquidque discernatur (etiamsi formâ differat) gravitatis naturam in magni-

οὐ μὴν ἀλλ' ἔν γε τοῖς μικτοῖς κουφότερον ἂν εἶναι τὸ πλέον ἔχον κενόν, βαρύτερον δὲ τὸ ἔλαττον. Theophrastus ibid. 61.

22. Ἐν ἐνίοις μὲν οὕτως εἴρηκεν· ἐν ἄλλοις δὲ κοῦφον εἶναί φησιν ἁπλῶς τὸ λεπτόν. Παραπλησίως δὲ καὶ περὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ· σκληρὸν μὲν γὰρ εἶναι τὸ πυκνόν, μαλακὸν δὲ τὸ μανόν, καὶ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον καὶ μάλιστα κατὰ λόγον. Διαφέρειν δ' ἔτι τὴν θέσιν καὶ τὴν ἐναπόληψιν τῶν κενῶν τοῦ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ καὶ τοῦ βαρέος καὶ κούφου. Διὸ σκληρότερον μὲν εἶναι σίδηρον, βαρύτερον δὲ μόλυβδον· τὸν μὲν γὰρ σίδηρον ἀνωμάλως συγκεῖσθαι, καὶ τὸ κενὸν ἔχειν πολλαχῇ, καὶ κατὰ μεγάλα πεπυκνῶσθαι, καὶ κατὰ ἔνια ἁπλῶς πλέον ἔχειν κενόν. Τὸν δὲ μόλυβδον ἔλαττον ἔχοντα κενὸν ὁμαλῶς συγκεῖσθαι, κατὰ πᾶν ὁμοίως μανόν· διὸ βαρύτερον μέν, μαλακώτερον δ' εἶναι τοῦ σιδήρου. Theophr. ibid. 62.

23. Περὶ μὲν οὖν βαρέος καὶ κούφου καὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ ἐν τούτοις ἀφορίζει· τῶν δ' ἄλλων αἰσθητῶν οὐδενὸς εἶναι φύσιν, ἀλλὰ πάντα πάθη τῆς αἰσθήσεως ἀλλοιουμένης, ἐξ

tudine sitam esse (docet): sed inter mixta levius esse, quod plus vacui habeat, gravius, quod minus.

22. Ita quidem in nonnullis locis dixit; in aliis tamen leve esse simpliciter dicit tenue. Pariter quoque de duro et molli; quippe durum esse densum, molle contra rarum, et magis minusve (durum et molle) omnino pro rata parte (densum et rarum). Differre porro situm et injectum vacuorum spatiorum duri et mollis, gravis et levis. Itaque durius esse ferrum, gravius plumbum. Ferrum enim inaequaliter compositum esse, multisque in locis vacuum habere, et multis quidem in partibus densatum esse, et in nonnullis prorsus plus habere vacui. Plumbum vero, cui minus vacui insit, aequaliter compositum et per omnes partes similiter rarum esse. Ideo plumbum gravius quidem, sed tamen mollius esse ferro.

23. De gravi igitur et levi et duro et molli talia his locis definit; caeterorum vero sensilium nullius naturam, sed omnia affectiones sensus commutati, ex quo imaginatio oria-

ἧς γίνεσθαι τὴν φαντασίαν. Οὐδὲ γὰρ τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ θερμοῦ φύσιν ὑπάρχειν, ἀλλὰ τὸ σχῆμα μεταπῖπτον ἐργάζεσθαι καὶ τὴν ἡμετέραν ἀλλοίωσιν· ὅ,τι γὰρ ἂν ἄθρουν ᾖ, τοῦτ' ἐνισχύειν ἑκάστῳ· τὸ δ' εἰς μικρὰ διανενεμημένον ἀναίσθητον εἶναι. Σημεῖον δέ, ὡς οὐκ εἰσὶ φύσει, τὸ μὴ ταὐτὰ πᾶσι φαίνεσθαι τοῖς ζώοις, ἀλλ' ὃ ἡμῖν γλυκύ, τοῦτ' ἄλλοις πικρόν καὶ ἑτέροις ὀξύ, καὶ ἄλλοις δριμύ, τοῖς δὲ στρυφνόν· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὡσαύτως. Ἔτι δ' αὐτοὺς μεταβάλλειν τὴν κρίσιν κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς ἡλικίας· ᾗ καὶ φανερόν, ὡς ἡ διάθεσις αἰτία τῆς φαντασίας. Ἁπλῶς μὲν οὖν περὶ τῶν αἰσθητῶν οὕτως δεῖν ὑπολαμβάνειν. Οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, καὶ ταῦτα ἀνατίθησι τοῖς σχήμασι· πλὴν οὐχ ἁπάντων ἀποδίδωσι τὰς μορφάς, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν χυλῶν καὶ τῶν χρωμάτων· καὶ τούτων ἀκριβέστερον διορίζει τὰ περὶ τοὺς χυλούς, ἀναφέρων τὴν φαντασίαν πρὸς ἄνθρωπον. Theophrastus ibid. 63 et 64.

Περὶ χυλῶν.

24. Τὸ μὲν σχῆμα καθ' αὑτό ἐστι, τὸ δὲ γλυκὺ καὶ ὅλως τὸ αἰσθητὸν πρὸς ἄλλο καὶ ἐν ἄλλοις. Theophrast. ibid. 69.

tur, esse. Neque enim vere esse frigidi et calidi naturam, sed formam, quo tempore ipsa transmutetur, nostram quoque mutationem efficere; scilicet quod plurimum sit, hoc in quoque valere, quod autem in exiguas particulas distributum sit, non esse sensile. At (haec sensilia) natura sua non esse, inde patere, quod illa non eadem omnibus animalibus appareant, sed quod nobis quidem dulce, hoc aliis amarum, rursus aliis acutum, nonnullis acre, quibusdam austerum et reliqua eodem modo. Nos quoque ipsos sententiam mutare secundum affectiones vitaeque aetates; unde corporis statum rei illius imaginariae causam esse liqueat. Ita igitur prorsus de sensilibus esse existimandum. Enimvero sicut caetera, ita et haec ad formas revocat, non tamen omnium figuras recenset, sed magis saporum et colorum, ex quibus rursus accuratius definit sapores, perceptionem imaginariam homini tribuens.

De saporibus.

24. Figura quidem per se constat, dulcia vero omninoque sensilia non constant, nisi quatenus ad alia referuntur atque in aliis sunt.

25. Δημόκριτος δὲ σχῆμα περιτιθεὶς ἑκάστῳ, γλυκὺν μὲν τὸν στρογγύλον καὶ εὐμεγέθη ποιεῖ· στρυφνὸν δὲ τὸν μεγαλόσχημον, τραχύν τε καὶ πολυγώνιον καὶ ἀπεριφερῆ· ὀξὺν δὲ κατὰ τοὔνομα τὸν ὀξὺν τῷ ὄγκῳ καὶ γωνιοειδῆ καὶ καμπύλον καὶ λεπτὸν καὶ ἀπεριφερῆ· δριμὺν δὲ τὸν περιφερῆ καὶ λεπτὸν καὶ γωνιοειδῆ καὶ καμπύλον· ἁλμυρὸν δὲ τὸν γωνιοειδῆ καὶ εὐμεγέθη καὶ σκολιὸν καὶ ἰσοσκελῆ· πικρὸν δὲ τὸν περιφερῆ καὶ λεῖον, ἔχοντα σκαληνίαν, μέγεθος δὲ μικρόν· λιπαρὸν δὲ τὸν λεπτὸν καὶ στρογγύλον καὶ μικρόν. Theophr. de Caus. plant. VI, 6.

26. Ἄτοπον δὲ κἀκεῖνο ὃ κατὰ τὰ σχήματα λέγουσιν, ὅτι ἡ τῶν ὁμοίων διαφορὰ ἡ κατὰ μικρότητα καὶ μέγεθος τείνει εἰς τὸ μὴ τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν· οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς μορφῆς, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὄγκων ποιοῦσι τὰς δυνάμεις, ἃς εἰ μὲν κατὰ πάντα διαβασανίσαντες ἁπλῶς τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἐκάλουν, καλῶς ἂν τοῦτο ἀπέδωκαν· τὸ δὲ εἰς τὸ μὴ ταὐτὸ δύνασθαι μηδὲ ποιεῖν οὐκ εὔλογον, ἐπεὶ ἐν τοῖς σχήμασιν αἱ δυνάμεις. Theophrast. de Caus. plant. VI, 2.

25. Democritus suam cuique sapori figuram tribuens *dulcem* facit teretem magnisque constantem atomis; *austerum* vero figurae magnitudine conspicuum, asperum, angulosum, non rotundum; nomine autem *acutum* molis quoque forma acutum et angularem et curvum et tenuem et rotunditate carentem; *acrem* porro rotundum et tenuem et angularem et curvum; *salsum* praeterea angularem atque e magnis atomis compositum et tortuosum et aequis cruribus insignem; *amarum* autem rotundum et laevem et inaequalem et exigua magnitudine praeditum; *pinguem* denique tenuem et teretem et parvum.

26. Ineptum vero et illud est, quod figurarum habita ratione dicunt, similium discrepantiam in parvitate et magnitudine sitam ejusmodi esse, ut non eandem vim eundemque effectum habeant. Neque enim figura (solum), sed quantitate (diversum) effectum fieri statuunt, quem si omnibus consideratis simpliciter majus et minus vocarent, recte decernerent; sed (hanc similitudinem) non ad eadem efficienda valere neque eadem perficere, absurde dicunt, quum vis et effectus e figura pendeat.

27. Τὸν μὲν οὖν ὀξὺν εἶναι τῷ σχήματι γωνιοειδῆ τε καὶ πολυκαμπῆ καὶ μικρὸν καὶ λεπτόν· διὰ γὰρ τὴν δριμύτητα ταχὺ καὶ πάντη διαδύνεσθαι· τραχὺν δ' ὄντα καὶ γωνιοειδῆ συνάγειν καὶ συσπᾶν· διὸ καὶ θερμαίνειν τὸ σῶμα, κενότητας ἐμποιοῦντα· μάλιστα γὰρ θερμαίνεσθαι τὸ πλεῖστον ἔχον κενόν. Τὸν δὲ γλυκὺν ἐκ περιφερῶν συγκεῖσθαι σχημάτων οὐκ ἄγαν μικρῶν· διὸ καὶ διαχεῖν ὅλως τὸ σῶμα, καὶ οὐ βιαίως καὶ οὐ ταχὺ πάντα περαίνειν· τοὺς δ' ἄλλους χυλοὺς ταράττειν, ὅτι διαδύνων πλανᾷ τὰ ἄλλα καὶ ὑγραίνει· ὑγραινόμενα δὲ καὶ ἐκ τῆς τάξεως κινούμενα συῤῥεῖν εἰς τὴν κοιλίαν· ταύτην γὰρ εὐπορώτατον εἶναι διὰ τὸ πλεῖστον εἶναι κενόν. Theophrast. de sensu et sensil. 65.

28. Τὸν δὲ στρυφνὸν ἐκ μεγάλων σχημάτων καὶ πολυγωνίων καὶ περιφερὲς ἧκιστ' ἐχόντων· ταῦτα γὰρ ὅταν εἰς τὰ σώματα ἔλθῃ, ἐπιτυφλοῦν ἐμπλάττοντα τὰ φλέβια καὶ κωλύειν συῤῥεῖν· διὸ καὶ τὰς κοιλίας ἱστάναι. Τὸν δὲ πικρὸν ἐκ μικρῶν καὶ λείων καὶ περιφερῶν· τὴν περιφέρειαν εἰληχότα καὶ καμπὰς ἔχουσαν· διὸ καὶ γλίσχρον εἶναι καὶ κολλώδη. Τὸν δ' ἁλμυρὸν

27. Namque *acutum* saporem esse forma angularem, flexuosum, parvum et tenuem, et propter acritudinem celeriter et ubique perlabi; ut asperum vero et angularem cogere et contrahere eo modo, ut corpus calefaciat, inanitates injiciendo: quod enim plurimum vacui habeat, maxime calefieri. *Dulcem* autem e rotundis figuris nec nimis parvis constare, ideoque corpus plane perfundere, neque vehementer nec celeriter omnia permeare; caeterum dulcem perturbare caeteros sapores, quoniam perlabens reliqua dispergat et madefaciat, madefacta autem et disturbata in ventrem confluere, qui maxime vacuus facillime excipere possit.

28. *Austerum* vero e magnis figuris et angulosis et minime rotundis compositum esse, quae si in corpora veniant, venas excaecent et obstruant et impediant, quominus conjunctim (per artus) fluat (sanguis), ita ut alvum astringant. *Amarum* autem e parvis et laevibus et rotundis, tali nimirum rotunditate accepta, quae flexus quoque habeat; ideo tenacem esse et

ἐκ μεγάλων καὶ οὐ περιφερῶν, ἀλλ' ἐπ' ἐνίων μὲν σκαληνῶν· διὸ οὐδὲ πολυκαμπῶν. Βούλεται δὲ σκαληνὰ λέγειν, ἅπερ παράλλαξιν ἔχει πρὸς ἄλληλα καὶ συμπλοκήν. Μεγάλων μέν, ὅτι ἡ ἁλμυρὶς ἐπιπολάζει· μικρὰ γὰρ ὄντα, καὶ τυπτόμενα τοῖς περιέχουσι, μίγνυσθαι ἂν τῷ παντί· οὐ περιφερῶν δέ, ὅτι τὸ μὲν ἁλμυρὸν τραχύ, τὸ δὲ περιφερὲς λεῖον· σκαληνῶν δὲ διὰ τὸ μὴ περιπλάττεσθαι· διὸ ψαφαρὸν εἶναι. Theophrastus ibid. 66.

29. Τὸν δὲ δριμὺν μικρὸν καὶ περιφερῆ καὶ γωνιοειδῆ, σκαληνὸν δὲ οὐκ ἔχειν· τὸν μὲν γὰρ δριμὺν πολυγώνιον ποιεῖν τῇ τραχύτητι, θερμαίνειν, καὶ διαχεῖν διὰ τὸ μικρὸν εἶναι καὶ περιφερῆ καὶ γωνιοειδῆ· καὶ γὰρ τὸ γωνιοειδὲς εἶναι τοιοῦτον. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἑκάστου δυνάμεις ἀποδίδωσιν, ἀνάγων εἰς τὰ σχήματα· ἁπάντων δὲ τῶν σχημάτων οὐδὲν ἀκέραιον εἶναι καὶ ἀμιγὲς τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ (χυλῷ) πολλὰ εἶναι καὶ τὸν αὐτὸν ἔχειν λείου καὶ τραχέος καὶ περιφεροῦς καὶ ὀξέος καὶ τῶν λοιπῶν· ὃ δ' ἂν ἐνῇ πλεῖστον, τοῦτο μάλιστα ἐνισχύειν πρός τε τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν δύναμιν. Ἔτι

glutinosum. *Salsum* vero e magnis nec rotundis, sed aliqua parte inaequalibus, et hanc ob rem non flexuosis. Intelligit autem inaequalia quae variationem nexumque inter se habeant. E magnis quidem, quoniam salsilago (inde redundans, corpori) innatet; parvas enim particulas circumdantibus pulsas cum universo corpore commisceri. E non rotundis vero, quia salsum asperum, rotundum autem glabrum sit. Ex inaequalibus denique, quod (aliis saporibus) non obruatur ideoque durus sit.

29. Postremo *acrem* saporem parvum et rotundum et angularem, sed non inaequalem: acrem enim asperitate sua angulosum quid efficere, calefacere et perfundere, quoniam parvus et rotundus et angularis sit omneque angulare ita se habeat. Pari autem modo reliquas cujusque vires exponit, ad figuras referens; verum omnium figurarum nullam esse sinceram atque a caeterarum admixtione liberam, sed in unoquoque (sapore) multas esse, eundemque habere (figuram) glabri et asperi et rotundi et acuti et reliquorum, quae autem maxima insit, hanc maxime ad sensum efficiendum vimque ostendendam valere.

δὲ εἰς ὁποίαν ἕξιν ἂν εἰσέλθῃ, διαφέρειν οὐκ ὀλίγον· καὶ διὰ τοῦτο τὸ αὐτὸ τἀναντία, καὶ τἀναντία τὸ αὐτὸ πάθος ποιεῖν ἐνίοτε. Theophrastus ibid. 67.

Περὶ χρώματων.

30. Δημόκριτος φύσιν μὲν μηδὲν εἶναι χρῶμα, τὰ μὲν γὰρ στοιχεῖα ἄποια, τά τε μεστὰ καὶ τὸ κενόν· τὰ δ' ἐξ αὐτῶν συγκρίματα κεχρῶσθαι διαταγῇ τε καὶ ῥυθμῷ καὶ προτροπῇ, ὧν ἡ μέν ἐστι τάξις, ἡ δὲ σχῆμα, ἡ δὲ θέσις· παρὰ ταῦτα γὰρ αἱ φαντασίαι. Τούτων δὲ τῶν πρὸς τὴν φαντασίαν χρωμάτων τέτταρες αἱ διαφοραί, λευκοῦ, μέλανος, ἐρυθροῦ, χλωροῦ. Stobaeus Eclog. phys. lib. I cap. 17 pag. 364 seqq. ed. Heer.

31. Διὸ μᾶλλον εὔλογον, σώματα εἶναι ἀδιαίρετα —— ὅπερ ποιεῖ Δημόκριτος· διὸ καὶ χροιὴν οὔ φησιν εἶναι, τροπῇ γὰρ χρωματίζεσθαι. Aristoteles de gener. et corr. I, 2.

32. Τῶν δὲ χρωμάτων ἁπλᾶ μὲν λέγει τέτταρα· λευκὸν μὲν οὖν εἶναι τὸ λεῖον· ὃ γὰρ ἂν μὴ τραχύ, μηδ' ἐπισκιάζῃ μηδὲ δυσδίοδόν τι, τοιοῦτον πᾶν λαμπρὸν εἶναι. Δεῖ δὲ καὶ εὐθύτρυπα καὶ διαυγῆ τὰ λαμπρὰ εἶναι. Τὰ μὲν οὖν σκληρὰ

Praeterea in quem (corporis) habitum incidat sapor, multum interesse, ideoque fieri, ut eadem (corporis nostri) affectio contraria, et contraria eandem affectionem nonnunquam exhibeant.

De coloribus.

30. Democritus nihil per se colorem esse dixit, nam elementa quidem, plenum et inane, nullam qualitatem habere, quae autem ex his componantur, ordinatione, forma et collocatione, id est ordine, figura et situ colorari; inde enim fieri perceptiones (visa). Colorum autem visu perceptorum quattuor esse genera inter se diversa album, nigrum, rubrum, viridem colorem.

31. Quapropter magis consentaneum fuerit, corpora esse individua —— quod Democritus statuit; quocirca et colorem non dicit esse, collocatione enim colorari.

32. Colorum quattuor genera simplicia esse dicit; atque album quidem esse laeve: quod enim neque asperum sit, neque obumbret, neque difficulter sit pervium, id omne candidum esse. Candida vero et recte perforata et translucida esse

τῶν λευκῶν ἐκ τοιούτων σχημάτων συγκεῖσθαι, οἷον ἡ ἐντὸς πλὰξ τῶν κογχυλίων· ταῦτα γὰρ ἂν ἄσκια καὶ εὐαγῆ καὶ εὐθύπορα εἶναι· τὰ δὲ ψαθυρὰ καὶ εὔθρυπτα ἐκ περιφερῶν μὲν λοξῶν δὲ τῇ θέσει πρὸς ἄλληλα, καὶ τὰς δύο συξεύξεις, τήν θ' ὅλην τάξιν ἔχειν ὅτι μάλιστα ὁμοίαν. Τοιούτων δ' ὄντων, ψαθυρὰ μὲν εἶναι, διότι κατὰ μικρὸν ἡ σύναψις· εὔθρυπτα δέ, ὅτι ὁμοίως κεῖνται· ἄσκια δέ, διότι λεῖα καὶ πλατέα· λευκότερα δὲ τῷ τὰ σχήματα τὰ εἰρημένα καὶ ἀκριβέστερα καὶ ἀμιγέστερα εἶναι, καὶ τὴν τάξιν καὶ τὴν θέσιν πρὸς ἄλληλα ἔχειν μᾶλλον τὴν εἰρημένην. Theophrastus de sensu et sensil. §. 73.

33. Τὸ μὲν οὖν λευκὸν ἐκ τοιούτων εἶναι σχημάτων. Τὸ δὲ μέλαν ἐκ τῶν ἐναντίων, ἐκ τραχέων καὶ σκαληνῶν καὶ ἀνομοίων· οὕτω γὰρ ἂν σκιάζειν καὶ οὐκ εὐθεῖς εἶναι τοὺς πόρους οὐδ' εὐδιόδους. Ἔτι δὲ τὰς ἀπορροὰς νωθεῖς καὶ ταραχώδεις· διαφέρειν γάρ τι καὶ τὴν ἀπορροήν, τῷ ποιὰν εἶναι πρὸς τὴν φαντασίαν, ἣν γίνεσθαι διὰ τὴν ἐναπόληψιν τοῦ ἀέρος ἀλλοίαν. Theophrastus ibid. 74.

34. Πρῶτον μὲν οὖν τὸ πλείους ἀποδοῦναι τὰς ἀρχάς,

oportere. Alborum igitur dura e talibus constare figuris, qualis sit concharum crusta interna; haec enim esse vacua umbrae et pellucida et recte perforata; friabilia autem et fragilia e rotundis quidem, sed situ quem habeant inter se, obliquis (composita esse), ac duas conjunctiones totumque ordinem quam simillimum habere. Itaque friabilia esse, quia brevi intervallo sese tangant, fragilia autem, quia similem habeant situm, porro umbrae vacua, quia laevia sint et lata, albiora denique, quando figurae supra memoratae et accuratiores et minus mixtae sint, ordinemque et situm, de quo locuti sumus, magis invicem habeant.

33. Album igitur colorem e talibus constare figuris. Nigrum vero e contrariis, ex asperis et inaequalibus et dissimilibus: ita enim illum obumbrare, neque recta esse ejus foramina nec facilia transitu. Effluvia etiam lenta et turbida; differre enim aliquatenus et effluvia eo modo quo natura sua ad perceptionem referantur, quae aëris injectu commutetur.

34. Ac primum quidem quod plura principia enumeran-

ἔχει τινὰ ἀπορίαν· οἱ γὰρ ἄλλοι τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, ὡς τούτων ἁπλῶν ὄντων μόνων. Ἔπειτα τὸ μὴ πᾶσι τοῖς λευκοῖς μίαν ποιῆσαι τὴν μορφήν, ἀλλ' ἑτέραν τοῖς σκληροῖς καὶ τοῖς ψαθυροῖς· οὐ γὰρ εἰκὸς ἄλλην αἰτίαν εἶναι τοῖς διαφόροις κατὰ τὴν ἁφήν· οὐδ' ἂν ἔτι τὸ σχῆμα αἴτιον εἶναι τῆς διαφορᾶς, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν θέσιν. Ἐνδέχεται γὰρ καὶ τὰ περιφερῆ καὶ ἁπλῶς πάντα ἐπισκιάζειν ἑαυτοῖς· σημεῖον δέ· καὶ γὰρ αὐτὸς ταύτην φέρει τὴν πίστιν, ὅσα τῶν λείων μέλανα φαίνεται. Διὰ γὰρ τὴν σύμφυσιν καὶ τὴν τάξιν, ὡς τὴν αὐτὴν ἔχοντα τῷ μέλανι, φαίνεσθαι τοιαῦτα· καὶ πάλιν ὅσα λευκὰ τῶν τραχέων· ἐκ μεγάλων γὰρ εἶναι ταῦτα, καὶ τὰς συνδέσεις οὐ περιφερεῖς, ἀλλὰ προκρόσσας καὶ τῶν σχημάτων τὰς μορφὰς μιγνυμένας, ὥσπερ ἀναβαθμίδας τὰ πρὸ τῶν τειχῶν ἔχει χώματα· τοιοῦτον γὰρ ὄν, ἄσκιον εἶναι, καὶ οὐ κωλύεσθαι τὸ λαμπρόν. Theophrastus ibid. 79.

35. Ἐρυθρὸν δ' ἐξ οἱωνπερ τὸ θερμόν, πλὴν ἐκ μειζόνων. Ἐὰν γὰρ αἱ συγκρίσεις ὦσι μείζους ὁμοίων ὄντων τῶν σχημά-

tur, id dubitationem quandam habet; reliqui enim album et nigrum solos esse simplices colores volunt. Deinde quod non omnibus albis eadem forma tribuitur, sed alia duris, alia friabilibus; neque enim consentaneum, iis quae (colore) differant, aliam esse differentiae causam e tactu profectam, neque figuram esse hujus differentiae causam, sed magis situm. Quippe et rotunda omninoque omnia se ipsa obumbrare possunt: cui rei indicio sunt, quae ipse Democritus ad fidem faciendam affert, quaecunque inter laevia nigra videntur. Ob concretionem enim et ordinem eundem, quem nigra habeant, (ait) talia apparere; et praeterea quaecunque inter aspera videntur alba: haec enim e magnis constare, eorumque nexus non rotundos esse, sed prominentes, figurarumque conformationem mixtione fieri, quemadmodum aggesta ante muros terra gradus contineat; propter hanc naturam colorem umbrae vacuum esse, neque impediri candidum.

35. Rubrum autem ex iisdem quidem compositum esse, e quibus calidum, sed tamen e majoribus. Quanto enim in

των, μᾶλλον ἐρυθρὸν εἶναι. Σημεῖον δ', ὅτι ἐκ τοιούτων τὸ ἐρυθρόν· ἡμᾶς τε γὰρ θερμαινομένους ἐρυθραίνεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πυρούμενα, μέχρις ἂν οὗ ἔχῃ τὸ τοῦ πυροειδοῦς. Ἐρυθρότερα δὲ τὰ ἐκ μεγάλων ὄντα σχημάτων, οἷον τὴν φλόγα καὶ τὸν ἄνθρακα τῶν χλωρῶν ξύλων ἢ τῶν αὔων, καὶ τὸν σίδηρον δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ πυρούμενα· λαμπρότατα μὲν γὰρ εἶναι τὰ πλεῖστον ἔχοντα καὶ λεπτότατον πῦρ, ἐρυθρότερα δὲ τὰ παχύτερον καὶ ἔλαττον. Διὸ καὶ ἧττον εἶναι θερμὰ τὰ ἐρυθρότερα· θερμὸν γὰρ τὸ λεπτόν. Τὸ δὲ χλωρὸν ἐκ μὲν τοῦ στερεοῦ καὶ τοῦ κενοῦ συνεστάναι, ἐκ μεγάλων δ' ἀμφοῖν. Τῇ δὲ θέσει καὶ τῇ τάξει αὐτῶν τὴν χρόαν γίγνεσθαι. Theophrast. ibid. 75.

36. Ἄτοπον δὲ καὶ τὸ τῶν χλωρῶν μὴ ἀποδοῦναι μορφήν, ἀλλὰ μόνον ἐκ τοῦ στερεοῦ καὶ τοῦ κενοῦ ποιεῖν. Theophrastus ibid. 82.

38. Τὰ μὲν οὖν ἁπλᾶ χρώματα τούτοις κεχρῆσθαι τοῖς σχήμασιν· ἕκαστον δὲ καθαρώτερον, ὅσῳ ἂν ἐξ ἀμιγεστέρων ᾖ. Τὰ δὲ ἄλλα κατὰ τὴν τούτων μίξιν· οἷον τὸ μὲν χρυσοειδὲς

figurarum aequalitate majores sint particulae, e quibus concreverunt, tanto rubriorem esse colorem. Signo autem esse, e talibus rubrum quoque constare, quod calefacti rubeamus, itemque reliqua omnia igni calentia, quamdiu igneam speciem prae se ferant. Quae vero rubriora sint, e magnis coaluisse figuris, ut flammam et carbonem lignorum viridium vel aridorum et ferrum et caetera quae in igne ponantur: candidissima enim esse, quae plurimum ignem et tenuissimum habeant, rubriora vero quae crassiorem et minorem. Ideo fieri, ut rubriora minus calida sint; calidum enim tenue. Viridem denique colorem e solido quidem et vacuo, utroque autem magno conflari. Caeterum situ et ordine eorum ipsum colorem nasci.

36. Inepte etiam agit, quod viridis coloris formam non exponit, sed tantum e solido et vacuo eum componi docet.

37. Simplices igitur colores his esse figuris, sed ut quisque e minime mixtis conflatus sit, ita esse purissimum. Reliquos pro (varia) horum mixtione oriri, ut auro similem et

καὶ τὸ τοῦ χαλκοῦ καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἐκ τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ ἐρυθροῦ· τὸ μὲν γὰρ λαμπρὸν ἔχειν ἐκ τοῦ λευκοῦ, τὸ δὲ ὑπέρυθρον ἀπὸ τοῦ ἐρυθροῦ· πίπτειν γὰρ εἰς τὰ κενὰ τοῦ λευκοῦ τῇ μίξει τὸ ἐρυθρόν. Ἐὰν δὲ προστεθῇ τούτοις τὸ χλωρόν, γίγνεσθαι τὸ κάλλιστον χρῶμα· δεῖν δὲ μικρὰς τοῦ χλωροῦ τὰς συγκρίσεις εἶναι· μεγάλας γὰρ οὐχ οἷόν τε, συγκειμένων οὕτω τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ ἐρυθροῦ. Διαφόρους δ' ἔσεσθαι τὰς χρόας, τῷ πλέον καὶ ἔλαττον λαμβάνειν. Theophrast. ibid. 76.

38. Τὸ δὲ πορφυροῦν ἐκ λευκοῦ καὶ μέλανος καὶ ἐρυθροῦ· πλείστην μὲν μοῖραν ἔχοντος τοῦ ἐρυθροῦ, μικρὰν δὲ τοῦ μέλανος, μέσην δὲ τοῦ λευκοῦ. Διὸ καὶ ἡδὺ φαίνεσθαι πρὸς τὴν αἴσθησιν. Ὅτι μὲν οὖν τὸ μέλαν καὶ τὸ ἐρυθρὸν αὐτῷ ἐνυπάρχει, φανερὸν εἶναι τῇ ὄψει· διότι δὲ τὸ λευκόν, τὸ λαμπρὸν καὶ διαυγὲς σημαίνειν· ταῦτα γὰρ ποιεῖν τὸ λευκόν. Τὴν δ' ἰσάτιν ἐκ μέλανος σφόδρα καὶ χλωροῦ· πλείω δὲ μοῖραν ἔχειν τοῦ μέλανος. Τὸ δὲ πράσινον ἐκ πορφυροῦ καὶ τῆς ἰσάτιδος, ἢ ἐκ χλωροῦ καὶ πορφυροειδοῦς **** τὸ γὰρ θεῖον εἶναι τοιοῦ-

aeris colorem caeterosque hujusmodi ex albo et rubro: eos enim candidum retinere ex albo, subrubrum ex rubro, quum in partes albi vacuas rubrum mixtione incidat. Quibus si viride admisceatur, pulcherrimum nasci colorem: oportere autem exiguas viridis particulas esse, quae adjungantur; neque enim fieri posse, ut magnae accedant conjunctis ita rubro et albo. Quippe diversos fore colores majoribus minoribusve partibus adjectis.

38. Purpureum ex albo et nigro et rubro compositum esse, maximam partem rubro obtinente, exiguam nigro, mediam albo. Quare evenire, ut sensui jucundus sit color. Nigrum quidem et rubrum eo contineri videntibus esse perspicuum, album vero inesse, splendido et translucido significari, quippe quae albo efficiantur. Glasti colorem ex multo nigro et viridi constare, ita tamen, ut major in eo nigri pars sit. Porraceum e purpureo et glasti colore, vel e viridi et purpureo; **** sul-

τοιοῦτον καὶ μετέχειν τοῦ λαμπροῦ. Τὸ δὲ κυανοῦν ἐξ ἰσάτιδος καὶ πυρώδους, σχημάτων δὲ περιφερῶν καὶ βελονοειδῶν, ὅπως τὸ στιλβὸν τῷ μέλανι ἐνῇ. Theophrastus ibid. 77.

39. Τὸ δὲ καρύϊνον ἐκ χλωροῦ καὶ κυανοειδοῦς· ἐὰν δὲ χλωρὸν πλέον μιχθῇ, φλογοειδὲς γίγνεσθαι· τὸ γὰρ κατάσκιον καὶ μελανόχρων ἐξείργεσθαι. Σχεδὸν δὲ καὶ τὸ ἐρυθρὸν τῷ λευκῷ μιχθὲν χλωρὸν ποιεῖν εὐαγὲς καὶ οὐ μέλαν· διὸ καὶ τὰ φυόμενα χλωρὰ τὸ πρῶτον εἶναι πρὸ τοῦ θερμανθῆναι καὶ διαχεῖσθαι. Καὶ πλήθει μὲν τοσοῦτον ἐπιμεμίχθαι χρωμάτων, ἄπειρα δὲ εἶναι τὰ χρώματα καὶ τοὺς χυλοὺς κατὰ τὰς μίξεις, ἐάν τις τὰ μὲν ἀφαιρῇ, τὰ δὲ προστιθῇ, καὶ τῶν μὲν ἔλαττον μίσγῃ, τῶν δὲ πλέον· οὐθὲν γὰρ ὅμοιον ἔσεσθαι θάτερον θατέρῳ. Theophr. ibid. 78.

Περὶ ὀσμῆς.

40. Περὶ δὲ ὀσμῆς προσαφορίζει [σχεδὸν ὁμοίως τοῖς πλείστοις· οὐδὲν γὰρ ἴδιον]· εἴρηκέ γε, πλὴν τοσοῦτον, ὅτι τὸ λεπτὸν ἀποῤῥέον ἀπὸ τῶν παχέων ποιεῖ τὴν ὀδμήν· ποῖον δέ τι τὴν φύσιν ὂν ὑπὸ τίνος πάσχει, οὐκέτι προσέθηκεν· ὅπερ ἴσως ἦν κυριώτατον. Theophrastus ibid. 82.

---

sulphur enim talis coloris et candidi particeps esse. Caeruleum autem e glasti et ignis colore, figuris rotundis et acui similibus eadem ratione qua (fiat, ut) lucidum nigro insit.

39. Nucibus similem colorem e viridi et caeruleo; sin autem plus viridis admisceatur, flammeum nasci, quum opacum et nigrum removeatur. Rubrum vero cum albo mixtum fere viride efficere purum nec nigrum; itaque fructus primum virides esse, antequam calefiant et maturescant. Tantam quidem colorum copiam commisceri atque innumerabiles esse colores et sapores pro varia mixtione, si quis haec adimat, illa apponat, et horum minus admisceat, illorum plus: nullum enim alteri similem fore.

De odore.

40. De odore praeterea statuit (fere similiter ac plerique; nihil enim peculiare); pronuntiavit, nisi hoc, effici odorem tenuiore materia e crassioribus effluente, sed quale suapte natura sit et a quo afficiatur, non amplius addidit: id quod fortasse summi erat momenti.

---

41. Οὐδὲν χρῆμα μάτην γίνεται, ἀλλὰ πάντα ἐκ λόγου τε καὶ ὑπ' ἀνάγκης. Stob. ecl. phys. p. 160.

C. FRAGMENTA LIBRORUM DE ANIMALIBUS.

1. Λέγει Δημόκριτος τῶν ζώων μόνον τὸν λέοντα ἐκπεπταμένοις τίκτεσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἤδη τρόπον τινὰ τειθρωμένον καὶ ἐξ ὠδίνων δρασείοντά τι μανικόν. Aelian. de animal. nat. lib. V cap. 39.

2. Λέγει δ' Ἀριστοτέλης καὶ Δημόκριτος πρὸ ἐκείνου Θεόφραστός τε ἐκ τρίτων καὶ αὐτός φησι, μὴ τῷ ἁλμυρῷ ὕδατι τρέφεσθαι τοὺς ἰχθῦς, ἀλλὰ τῷ παρακειμένῳ τῇ θαλάττῃ γλυκεῖ ὕδατι. Aelian. de animal. nat. lib. IX cap. 64.

3. Λέγει Δημόκριτος πολύγονον εἶναι ὖν καὶ κύνα, καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησι λέγων, ὅτι πολλὰς ἔχει τὰς μήτρας καὶ τοὺς τόπους τοὺς δεκτικοὺς τοῦ σπέρματος. Ὁ τοίνυν θορὸς οὐκ ἐκ μιᾶς ὁρμῆς ἁπάσας αὐτὰς ἐκπληροῖ, ἀλλὰ δίς τε καὶ τρὶς ταῦτα τὰ ζῶα ἐπιθόρνυται, ἵνα ἡ συνέχεια πληρώσῃ τὰ τοῦ γόνου δεκτικά. Ἡμιόνους δὲ λέγει μὴ τίκτειν, μὴ γὰρ ἔχειν ὁμοίας μήτρας τοῖς ἄλλοις ζώοις, ἑτερομόρφους δὲ ἥκιστα δυναμένας γονὴν δέξασθαι· μὴ γὰρ εἶναι φύσεως ποίημα τὴν

41. Nihil temere fit, sed omnia ratione et necessitate contingunt.

1. Ex animalibus solum leonem nasci oculis apertis Democritus ait, tanquam statim a partu iracundum et furore percitum aliquid meditantem.

2. Aristoteles et ante hunc Democritus et tertius Theophrastus dicit, non aqua salsa, sed dulci quae juxta salsam reperiatur, pisces (qui mare incolunt) ali.

3. Cur sus et canis sint tam fecundae, Democritus causam affert, quod multiplicem vulvam et seminis sedes receptrices multas habeant. Eas omnes semen non uno initu explet, sed iterum et saepius eae seminantur, ut frequentia seminis receptacula impleantur. Mulas idem non parere ait, neque enim similes aliis vulvas animalibus habere, sed forma diversas minime concipere posse; neque enim mulas esse naturae opus, sed humanae machinationis audaciaeque, ut ita dicam, adulterinum in-

ἡμίονον, ἀλλὰ ἐπινοίας ἀνθρωπίνης καὶ τόλμης, ὡς ἂν εἴποις, μοιχίδιον ἐπιτέχνημα τοῦτο καὶ κλέμμα. Δοκεῖ δέ μοι τοῦτο, ἦ δ' ὅς, τοῦ ὄνου ἵππον βιασαμένου κατὰ τύχην κυῆσαι, μαθητὰς δὲ ἀνθρώπους τῆς βίας ταύτης γεγενημένους εἶτα μέντοι προσελθεῖν ἐπὶ τὴν τῆς γονῆς αὐτῶν συνήθειαν. Καὶ μάλιστά γε τοὺς τῶν Λιβύων ὄνους μεγίστους ὄντας ἐπιβαίνειν ταῖς ἵπποις, οὐ κομώσαις, ἀλλὰ κεκαρμέναις. Ἔχουσαν γὰρ τὴν ἑαυτῆς ἀγλαΐαν τὴν διὰ τῆς κόμης οὐκ ἂν ὑπομεῖναι τὸν τοιόνδε γαμετὸν οἱ σοφοὶ τοὺς τούτων γάμους φασίν. Aelian. de animal. nat. lib. XII cap. 16.

4. Ἐν τοῖς νοτίοις μᾶλλον τὰ ἔμβρυα ἐκπίπτειν Δημόκριτος λέγει, ἢ ἐν τοῖς βορείοις. Καὶ εἰκότως· χαυνοῦσθαι γὰρ ὑπὸ τοῦ νότου τὰ σώματα ταῖς κυούσαις καὶ διΐστασθαι, ἅτε τοίνυν τοῦ σκήνους διακεχυμένου καὶ οὐχ ἡρμοσμένου πλανᾶσθαι καὶ τὰ κυούμενα, καὶ θερμαινόμενα δεῦρο καὶ ἐκεῖσε διολισθαίνειν καὶ ἐκπίπτειν ῥᾷον. Εἰ δὲ εἴη πάγος καὶ βορρᾶς καταπνέοι, συμπέπηγε μὲν τὸ ἔμβρυον, δυσκίνητον δέ ἐστι καὶ οὐ ταράττεται ὡς ὑπὸ κλύδωνος· ἅτε καὶ ἄκλυστον καὶ ἐν γαλήνῃ ὂν ἔρρωταί τε καὶ σύντονον καὶ διαρκὲς πρὸς τὸν κατὰ φύσιν χρόνον

ventum et furtum. Videri autem sibi ait forte accidisse, ut quum asinus vim equae intulisset, haec gravida redderetur atque ut postea homines hujus violentiae discipuli facti in consuetudinem procreandi haec jumenta adducerentur. Imprimis Libyum asini maximi equas non comatas superveniunt, sed tonsas. Neque enim has comae ornamento superbientes harum rerum periti ajunt ejusmodi maritos pati.

4. In austrinis magis quam septentrionalibus regionibus partus excidere ait Democritus. Cujus rei hanc probabilem affert causam, quia ventrem ferentibus corpora austro laxentur et resolvantur: idcirco corpore dilatato et male compacto partus errare et vagari, eosdemque calefactos huc et illuc dilabi et facilius excidere. Contra si flante borea aëris temperies frigida sit, foetus frigore contrahi, ita ut non facile locis suis moveantur neque ulla tempestate turbentur, quoniam omnis procellae expertes summaque fruentes tranquillitate bene va-

τῆς ζωογονίας. Οὐκοῦν ἐν κρυμῷ μέν φησιν ὁ Ἀβδηρίτης συμμένειν, ἐν ἀλέᾳ δὲ ὡς τὰ πολλὰ ἐκπτύεσθαι. Ἀνάγκην δὲ εἶναι λέγει τῆς θέρμης πλεοναζούσης διΐστασθαι καὶ τὰς φλέβας καὶ τὰ ἄρθρα. Aelian. de animal. nat. lib. XII cap. 17 de abortibus.

5. Αἰτίαν δὲ ὁ αὐτὸς λέγει τοῖς ἐλάφοις τῆς τῶν κεράτων ἀναφύσεως ἐκείνην εἶναι. Ἡ γαστὴρ αὐτοῖς ὡς ἔστι θερμοτάτη, ὁμολογεῖ, καὶ τὰς φλέβας δὲ αὐτῶν τὰς διὰ τοῦ σώματος πεφυκυίας παντὸς ἀραιοτάτας λέγει, καὶ τὸ ὀστέον τὸ κατειληφὸς τὸν ἐγκέφαλον λεπτότατον εἶναι καὶ ὑμενῶδες καὶ ἀραιόν, φλέβας τε ἐντεῦθεν καὶ εἰς ἄκραν τὴν κεφαλὴν ὑπανίσχειν παχυτάτας· τὴν γοῦν τροφὴν καὶ ταύτης τε τὸ γονιμώτατον ὠκιστα ἀναδίδοσθαι. Καὶ ἡ μὲν πιμελὴ αὐτοῖς ἔξωθέν, φησι, περιχεῖται, ἡ δὲ ἰσχὺς τῆς τροφῆς ἐς τὴν κεφαλὴν διὰ τῶν φλεβῶν ἀναθόρνυται· ἔνθεν οὖν τὰ κέρατα ἐκφύεσθαι διὰ πολλῆς ἐπαρδόμενα τῆς ἰκμάδος. Συνεχὴς οὖν οὖσα ἐπιῤῥέουσά τε ἐξωθεῖται προτέρω. Καὶ τὸ μὲν ὑπερίσχον ὑγρὸν ἔξω τοῦ σώματος σκληρὸν γίνεται, πηγνύντος αὐτὸ καὶ κερατοῦντος τοῦ

leant et roborati ad pariendi tempus a natura constitutum durare possint. Quamobrem in frigore ait Abderita foetus manere, calore ut plurimum excidere. Hoc enim superante necessario fieri dicit, ut venae pariter atque artus fatiscant.

5. Causam cur cervis cornua renascantur, idem Democritus hanc esse perhibet. Ventrem iis calidissimum esse concedit et eorum venas per universum corpus pertinentes esse rarissimas dicit, et os quod cerebrum amplectitur, membranae instar tenuissimum et perquam rarum esse, indeque ad capitis verticem crassissimas venas exoriri: ideoque nutrimentum et cibi partem validiorem nativo calore celeriter digeri. Ac pinguedo quidem, quae in cibis est, extrinsecus, inquit, ipsis circumfunditur, quod solidius in iis est, per venas in caput surgit; inde cornua ait multo humore irrigata enasci. Hic humor quum continenter affluat (quod ex eo coaluerit), promovetur et traditur foras. Quidquid igitur ejus extra corpus eminet, durescit aëre ipsum solidante et in corneam duritiem confi-

ἀέρος· τὸ δὲ ἔνδον ἔτι μεμυκὸς ἁπαλόν ἐστι. Καὶ τὸ μὲν σκληρύνεται ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ψύξεως, τὸ δὲ ἁπαλὸν μένει ὑπὸ τῆς ἔνδον ἀλέας. Οὐκοῦν ἡ ἐπίφυσις τοῦ νέου κέρατος τὸ πρεσβύτερον ὡς ἀλλότριον ἐξωθεῖ, θλίβοντος τοῦ ἔνδον καὶ ἀνωθεῖν τοῦτο θέλοντος, καὶ ὀδυνῶντος, καὶ σφύζοντος, ὥσπερ ἐπειγομένου τεχθῆναι καὶ προελθεῖν. Ἡ γάρ τοι ἰκμὰς πηγνυμένη καὶ ὑπανατέλλουσα ἀτρεμεῖν ἀδύνατός ἐστι· δύναται γὰρ αὐτὴ σκληρὰ γενομένη καὶ ἐπωθεῖται τοῖς προτέροις. Καὶ τὰ μὲν πλείω ἐκθλίβονται ὑπὸ τῆς ἰσχύος τῆς ἔνδον· ἤδη δέ τινα καὶ κλάδοις περισχεθέντα καὶ ἐμποδίζοντα εἰς τὸν ὠκὺν δρόμον ὑπὸ ῥώμης τὸ θηρίον ὠθούμενον ἀπέῤῥηξε. Καὶ τὰ μὲν ἐξώλισθε, τὰ δὲ ἕτοιμα ἐκκύπτειν ἡ φύσις προάγει. Aelian. de animal. natur. lib. XII cap. 18.

6. Τοῖς τομίαις βουσί, Δημόκριτος λέγει, σκολιά, λεπτὰ καὶ μακρὰ φύεται τὰ κέρατα· τοῖς δὲ ἐνόρχοις παχέα τὰ πρὸς τῇ ῥίζῃ, καὶ ὀρθὰ καὶ πρὸς μῆκος προήκοντα ἧττον. Καὶ πλατυμετώπους εἶναι λέγει τούτους τῶν ἑτέρων πολλῷ μᾶλλον.

mante: quod intra cutem adhuc inclusum tenetur, molle est. Atque alterum quidem externa refrigeratione rigescit, alterum interno calore mollitiem servat. Quocirca recens cornu subnascens vetus tanquam alienum expellit, dum interior pars premit alteram eamque sursum pellere gestit simulque eam dolore afficit et ipsa e dolore laborat, quasi nascendi cupiditate flagrans et in lucem prorumpere festinans. Humor enim concrescens ac paulatim surgens immotus manere nequit: quippe viribus pollet, postquam obriguit, et in priora impellitur. Itaque magna cornuum pars interno robore expellitur: nonnulla etiam arborum ramis circumplicata et feram ad cursum incitatam impedientia vi abrumpi solent. Sic ubi alia lente prodierunt, alia ad eminendum parata naturae beneficio proferuntur.

6. Bubulo pecori castrato Democritus ait tortuosa, gracilia, longa nasci cornua, contra testibus praedito enasci secundum radicem crassa, recta minusque prolixa. Hos latiori quam alteros fronte esse dicit. Nam quum iis multae sint ve-

Τῶν γὰρ φλεβῶν πολλῶν ἐνταῦθα οὐσῶν, εὐρύνεσθαι τὰ ὀστέα ὑπ' αὐτῶν. Καὶ ἡ ἔκφυσις δὲ τῶν κεράτων παχυτέρα οὖσα εἰς πλάτος τὸ αὐτὸ τῷ ζώῳ μέρος προάγει καὶ ἐκεῖνο· οἱ δὲ τομίαι μικρὸν ἔχοντες τὸν κύκλον τῆς ἕδρας τῆς τῶν κεράτων, πλατύνονται ἧττόν, φησι. Aelian. de animal. natur. lib. XII cap. 19.

7. Οἱ δὲ ἀκέρῳ ταῦροι τὸ τρηματῶδες, (οὕτω δὲ ὀνομάζει Δημόκριτος) ἐπὶ τοῦ βρέγματος οὐκ ἔχοντες (εἴη δ' ἂν τὸ σηραγγῶδες λέγων) ἀντιτύπου τοῦ παντὸς ὄντος ὀστέου καὶ τὰς συβρύας τῶν χυμῶν οὐ δεχομένου, γυμνοί τε καὶ ἄμοιροι γίνονται τῶνδε τῶν ἀμυντηρίων. Καὶ αἱ φλέβες δὲ αἱ κατὰ τοῦ ὀστέου τοῦδε ἀτροφώτεραι οὖσαι, λεπτότεραί τε καὶ ἀσθενέστεραι γίνονται. Ἀνάγκη δὲ καὶ ξηρότερον τὸν αὐχένα τῶν ἀκεράτων εἶναι· λεπτότεραι γὰρ καὶ αἱ τούτου φλέβες, ταύτῃ τοι καὶ ἐῤῥωμέναι ἧττον. Ὅσαι δὲ Ἀράβιαι βόες θήλειαι μέν εἰσι τὸ γένος, ἐκφυεῖς δὲ ἐς τὰ κέρατα, καὶ ταύταις τις ἐπισύῤῥοια πολλὴ τῶν χυμῶν, φησι, τροφὴ τῆς εὐγενοῦς βλάστης τοῖς κέρασίν ἐστιν. Ἀκέρῳ δὲ καὶ αὗται οὖσαι τὸ δεκτικὸν τῆς ἰκμάδος ὀστέον στερεώτερόν τε ἔχουσι καὶ δέχεσθαι τοὺς χυμοὺς

nae, his, inquit, ossa dilatantur. Simul et cornuum eruptio, quoniam crassior sit, hanc quoque partem ad eam quae reliquo animalis corpori respondeat, latitudinem perducit: castratis vero quod sedes cornuum et initium enascendi perparvum habeat circulum, minus dilatatur haec pars.

7. Porro mutili boves trematodes (ut Democritus vocat) id est foraminatam sincipitis partem non habentes, quum os universum durum solidumque sit atque influxionem humorum non admittat, cornibus nudi ac mutili sunt. Venae etiam circa idem os minus alimenti continent propterea quod pertenues et infirmae sunt. Sed cervix quoque mutilorum boum necessario siccior est, quum in ea pariter graciliores insint venae atque idcirco minus validae. Caeterum quae in Arabia sunt vaccae, eae cornibus insignes esse solent, quod ad ea scilicet, inquit ille, humor copiosus, unde generosa illa germina nutriuntur, confluat. Ex his quae cornibus carent os humorem recipere

ἥκιστον. Καὶ συνελόντι εἰπεῖν, αὔξης ἡ ἐπιῤῥοὴ αἰτία τοῖς κέρασι· ταύτην δὲ ἄρα ἐποχετεύουσι φλέβες πλεῖσταί τε καὶ παχύταται καὶ ὑγρὸν κύουσαι, ὅσον καὶ δύνανται στέγειν. Aelian. de animal. nat. lib. XII cap. 20.

D. FRAGMENTA ASTRONOMICA.

1. Τὸν δὲ σκορπίον ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις λ'. Ἐν δὲ τῇ δ' ἡμέρᾳ Δημοκρίτῳ πλειάδες δύουσιν ἅμα ἠοῖ· ἄνεμοι χειμέριοι ὡς τὰ πολλὰ καὶ ψύχη, ἤδη καὶ πάχνη· ἐπιπνεῖν φιλεῖ· φυλλορρόειν ἄρχεται τὰ δένδρα μάλιστα. Ἐν δὲ τῇ ιγ' Δημοκρίτῳ λύρα ἐπιβάλλει ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι καὶ ὁ ἀὴρ χειμέριος γίνεται ὡς ἐπὶ τὰ πολλά. Τὸν δὲ τοξότην ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις κθ'. Ἐν δὲ τῇ ις' Δημοκρίτῳ ἀετὸς ἐπιτέλλει ἅμα ἡλίῳ καὶ ἐπισημαίνειν φιλεῖ βροντὴν καὶ ἀστραπὴν καὶ ὕδατι ἢ ἀνέμῳ ἢ ἀμφότερα ὡς ἐπὶ τὰ πολλά. Τὸν δὲ αἰγόκερων ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις κθ'. Ἐν δὲ τῇ ιβ' Δημοκρίτῳ νότος πνεῖ ..... ως ἐπιτέλλει. Τὸν δὲ ὑδροχόον διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λ'. Ἐν μὲν οὖν τῇ β' Δημο-

solitum solidius habent et haudquaquam ad eum recipiendum idoneum. Ut breviter dicam, incrementi causa cornibus est affluentia, quam sane plurimae et crassissimae venae humore, quantum ferre possunt, gravidatae invehunt.

1. Scorpium Sol permeat diebus triginta. Die quarto Democrito pleiades occidunt summo mane: venti hiberni plerumque et frigora et pruina: solet oriri flatus: folia abjicere maxime incipiunt arbores. Die tertio decimo Democrito lyra ascendit una cum sole oriente et aër fit tempestuosus plerumque. Sagittarium Sol percurrit diebus viginti novem. Die sexto decimo Democrito aquila oritur simul cum sole et insuper significare solet tonitru et fulgur cum aqua aut vento aut utramque rem plerumque. Capricornum Sol peragrat diebus viginti novem. Die duodecimo Democrito auster spirat ..... oritur. Aquarium permeat Sol diebus triginta. Die secundo Democrito hiems exsistit. Die sexto decimo Demo-

κρίτῳ [γίνεται] χειμών. Ἐν δὲ τῇ ις' Δημοκρίτῳ ζέφυρος πνεῖν ἄρχεται καὶ παραμένει ἡμέρας γ' καὶ μ' ἀπὸ τροπῶν. Τοὺς δὲ ἰχθύας ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις λ'. Ἐν δὲ τῇ δ' Δημοκρίτῳ ποικίλαι ἡμέραι γίνονται ἁλκυονίδες καλούμεναι. Ἐν δὲ τῇ ιδ' Δημοκρίτῳ ἄνεμοι πνέουσι ψυχροί, οἱ ὀρνιθίαι καλούμενοι, ἡμέρας μάλιστα θ'. Τὸν δὲ κριὸν διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λα'. Ἐν δὲ τῇ ιγ' Δημοκρίτῳ πλειάδες κρύπτονται ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι καὶ ἀφανεῖς γίνονται νύκτας μ'. Τοὺς δὲ διδύμους ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις λβ'. Ἐν δὲ τῇ ι' Δημοκρίτῳ ὕδωρ γίνεται. Ἐν δὲ τῇ κθ' Δημοκρίτῳ ἄρχεται Ὡρίων ἐπιτέλλειν καὶ φιλεῖ ἐπισημαίνειν ἐπ' αὐτῷ.

Excerpta ex Gemini Element. astronom. cap. 16 p. 66 seqq. in Petavii Uranologio. Lutetiae Parisiorum 1630.

2. Σεπτέμβριος.

ιζ' ὥρᾳ ιδ' ὁ ἔσχατος τοῦ ποταμοῦ ἑῷος ἐπισημαίνει Δημοκρίτῳ.

κθ' ὥρᾳ ιδ' Δημοκρίτῳ ὑετός.

Ὀκτώβριος.

η' στάχυς ἐπιτέλλων Δημοκρίτῳ χειμάζει. σπόρου ὥρα.

crito Zephyrus incipit flare et manet per dies quadraginta tres a conversionibus. Pisces Sol percurrit diebus triginta. Die quarto Democrito varii oriuntur dies qui vocantur dies halcyonum. Die quarto decimo Democrito frigidi flant venti qui ornithiae vocantur, per dies maxime novem. Arietem pertransit Sol diebus uno et triginta. Die tertio decimo Democrito pleiades occultantur simul cum Sole oriente neque apparent per noctes quadraginta. Geminos Sol permeat diebus triginta duobus. Die decimo Democrito aqua exsistit. Die vicesimo nono Democrito Orion incipit oriri, et solet post ipsum significare.

2. September.

Septimo decimo die hora XIV ultima (stella) fluvii mane significat Democrito.

Vicesimo nono die hora XIV Democrito pluvia.

October.

Octavo die spica oriens Democrito tempestatem excitat. Sementis tempus.

Νοέμβριος.

β' ὥρᾳ ιδ' ὁ λαμπρὸς τῆς νοτίου χηλῆς ἐπιτέλλει. Δημοκρίτῳ ψύχη καὶ πάχνη.

ιη' ὁ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἡγουμένου διδύμου ἑσπέριος ἀνατέλλει. Δημοκρίτῳ χειμὼν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν.

Δεκέμβριος.

α' ὥρᾳ ιε' ὁ λαμπρὸς τοῦ Περσέως ἑῷος δύνει. Δημοκρίτῳ ὁ οὐρανὸς ταραχώδης καὶ ἡ θάλασσα ὡς τὰ πολλά.

θ' ὥρᾳ ιγ' κύων ἑῷος δύνει. ὁ καλούμενος αἴξ ἑῷος δύνει καὶ ὁ ἔσχατος τοῦ ποταμοῦ ἑσπέριος ἀνατέλλει. Δημοκρίτῳ σημαίνει.

ιδ' ὥρᾳ ιδ' ὁ καλούμενος αἴξ ἑῷος δύνει. Δημοκρίτῳ βρονταί, ἀστραπαί, ὕδωρ, ἄνεμος.

Ἰανουάριος.

α' ὥρᾳ ιδ' κύων ἑσπέριος ἀνατέλλει. προκύων ἑσπέριος ἀνατέλλει. Δημοκρίτῳ χειμὼν ἐπισημαίνει.

November.

Die secundo hora XIV lucida (stella) australis cheles oritur. Democrito frigora et pruina.

Die octavo decimo (stella) quae in capite est praecedentis geminorum, vespere oritur. Democrito tempestas terra marique.

December.

Primo die hora XV lucida (stella) Persei matutino occidit. Democrito coelum turbulentum itidemque mare plerumque.

Die nono hora XIII canis mane occidit. Capella quae vocatur, matutino occidit et postrema fluvii (stella) vespere oritur. Democrito significat.

Die quarto decimo hora XIV capella occidit mane. Democrito tonitrua, fulgura, aqua, ventus.

Januarius.

Primo die hora XIV canis vespere oritur. Procyon vespere oritur. Democrito tempestas significat.

θ' ὥρᾳ ιδ' ὁ λαμπρὸς τῆς λύρας ἑσπέριος δύνει. ὁ λαμπρὸς τοῦ ἀετοῦ ἑσπέριος δύνει. Δημοκρίτῳ νότος ὡς τὰ πολλά.

κθ' Δημοκρίτῳ χειμών.

Φεβρουάριος.

ιγ' ὥρᾳ ιε' ὁ ἔσχατος τοῦ ποταμοῦ κρύπτεται· ὁ λαμπρὸς τοῦ Περσέως ἑῷος ἀνατέλλει· ὁ λαμπρὸς τῆς λύρας ἑσπέριος δύνει. Δημοκρίτῳ ζέφυρος ἄρχεται πνεῖν.

ιε' Δημοκρίτῳ ζέφυρος πνεῖ.

λ' Μητροδώρῳ χελιδὼν φαίνεται, ἐπισημαίνει Δημοκρίτῳ. Ποικίλαι ἡμέραι καλούμεναι ἀλκυόνιαι.

Μάρτιος.

ια' ὥρᾳ ιγ' S'' ὁ λαμπρὸς τοῦ νοτίου ἰχθύος ἐπιτέλλει, καὶ ὁ ἐν τῷ ἐμπροσθίῳ δεξιῷ βατραχίῳ τοῦ Κενταύρου ἑῷος δύνει. Δημοκρίτῳ ἄνεμοι ψυχροὶ ὀρνιθίαι ἐπὶ ἡμέρας πέντε.

κβ' Δημοκρίτῳ ὁ λαμπρὸς τοῦ Περσέως ἐπισημαίνει. ἄνεμος ψυχρός.

Die nono hora XIV lucida lyrae (stella) vespere occidit: lucida aquilae vespere occidit. Democrito auster plerumque.

Die vicesimo nono Democrito tempestas.

Februarius.

Die tertio decimo hora XV postrema fluvii stella absconditur: splendida Persei oritur matutino: splendida lyrae vespere occidit. Democrito Favonius flare incipit.

Die quinto decimo Democrito Favonius spirat.

Die tricesimo Metrodoro hirundo conspicitur, significat Democrito. Varii dies qui alcyonei dicuntur.

Martius.

Die undecimo hora XIII$\frac{1}{2}$ lucida stella piscis australis oritur, et quae in priore dextro musculo Centauri est, mane occidit. Democrito venti frigidi ornithiae in dies quinque.

Die vicesimo secundo Democrito clara Persei stella significat. Ventus frigidus.

Ἀπρίλιος.

α ὥρᾳ ιδ στάχυς ἑῳος δύνει. Δημοκρίτῳ σημαίνει.

Ἰούνιος.

θ ὥρᾳ ιε ὁ λαμπρὸς τοῦ ὑδροχόου κρύπτεται. Δημοκρίτῳ ὕδωρ ἐπὶ γῆν.

κζ ὥρᾳ ιγ S″ ὁ κοινὸς ποταμοῦ καὶ ποδὸς Ὡρίωνος ἐπιτέλλει. Δημοκρίτῳ ἐπισημαίνει.

Ἰούλιος.

δ Δημοκρίτῳ ζέφυρος καὶ ὕδωρ ἑῷον· εἶτα βορέαι ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά.

Αὔγουστος.

κς ὥρᾳ ιγ S″ ὁ λαμπρὸς τοῦ νοτίου ἰχθύος ἑσπέριος ἀνατέλλει. Δημοκρίτῳ ἐπισημαίνει ὕδασι καὶ ἀνέμοις.

Excerpta ex Ptolemaei libro qui inscribitur Φάσεις ἀπλανῶν ἐπισημασιῶν in Petavii Uranolog. p. 71 seqq.

Aprilis.

Die primo hora XIV spica mane occidit. Democrito significat.

Junius.

Die nono hora XV lucida Aquarii stella occultatur. Democrito aquae coelestes super terram effusae.

Die vicesimo quinto hora XIII$\frac{1}{2}$ stella communis fluvii et pedis Orionis oritur. Democrito significat.

Julius.

Die quarto Democrito Favonius et pluvia matutina: tum aquilones in dies septem.

Augustus.

Die vicesimo sexto hora XIII$\frac{1}{2}$ stella lucida piscis australis vespere oritur. Democrito significat pluviis et ventis.

E. FRAGMENTA VARII ARGUMENTI.

Περὶ κώνου τομῆς.

1. Ἔτι τοίνυν ὅρα, τίνα τρόπον ἀπήντησε (Χρύσιππος) Δημοκρίτῳ, διαποροῦντι φυσικῶς καὶ ἐμψύχως, εἰ κῶνος τέμνοιτο παρὰ τὴν βάσιν ἐπιπέδῳ, τί χρὴ διανοεῖσθαι τὰς τῶν τμημάτων ἐπιφανείας, ἴσας ἢ ἀνίσους γινομένας; Ἄνισοι μὲν γὰρ οὖσαι τὸν κῶνον ἀνώμαλον παρέξουσι, πολλὰς ἀποχαράξεις λαμβάνοντα βαθμοειδεῖς καὶ τραχύτητας· ἴσων δ' οὐσῶν, ἴσα τμήματα ἔσται, καὶ φανεῖται τὸ τοῦ κυλίνδρου πεπονθὼς ὁ κῶνος, ἐξ ἴσων συγκείμενος καὶ οὐκ ἀνίσων κύκλων, ὅπερ ἐστὶν ἀτοπώτατον. Plutarch. adv. Stoic. de commun. notit. p. 1079 (vol. X pag. 446 ed. Reisk.)

Περὶ ποιήσεως.

2. Δημόκριτος ὁμοίως· ποιητὴς δὲ ἅσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστί. Clem. Alexandr. Strom. VI p. 698 (p. 827 ed. Potter.)

Περὶ Ὁμήρου.

3. Ὁ μὲν Δημόκριτος περὶ Ὁμήρου φησὶν οὕτως· Ὅμηρος φύσιος λαχὼν θεαζούσης, ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο

De coni sectione.

1. Porro autem vide, quomodo occurrerit (Chrysippus) Democrito physicorum more et acriter quaerenti, si conus secundum basin planitie secetur, quid judicandum sit de segmentorum superficiebus, aequalesne fiant, an inaequales? Si enim sint inaequales, conum reddent inaequabilem, multas nanciscentem graduum instar incisuras et asperitates: sin aequales, erunt segmenta aequalia, videbiturque cono evenire, quod est cylindri, ut ex aequalibus, non inaequalibus constet circulis, quod est absurdissimum.

De poesi.

2. Similiter Democritus: *Quaecunque poeta cum divino spiritu sanctoque furore scribit, praeclara sunt.*

De Homero.

3. Democritus de Homero sic ait: *Homerus divino praeditus ingenio ornata omnis generis carmina composuit*, quod

παντοίων· ὡς οὐκ ἐνὸν ἄνευ θείας καὶ δαιμονίας φύσεως οὕτω καλὰ καὶ σοφὰ ἔπη ἐργάσασθαι. Dio Chrysostomus orat. LIII init.

Περὶ μουσικῆς.

4. Δημόκριτος μὲν τοίνυν, ἀνὴρ οὐ φυσιολογώτατος μόνον τῶν ἀρχαίων, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰ ἱστορούμενα οὐδενὸς ἧττον πολυπράγμων, μουσικήν φησι νεωτέραν εἶναι, καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδίδωσι λέγων, αὐτὴν οὐκ εἶναι τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ ἐκ τοῦ περιεῦντος ἤδη γίνεσθαι. Πλὴν ἀλλὰ ἀρχαιοτάτη δοκεῖ τε καὶ φέρειν τι θαυμασιώτατον καὶ ἐγκλείειν. Philodemus de musica lib. IV in Vol. Herculan. tom. I pag. 135 col. 36.

Περὶ Διός.

5. Ὅθεν οὐκ ἀπεικότως ὁ Δημόκριτος τῶν λογίων ἀνθρώπων ὀλίγους φησὶν ἀνατείναντας τὰς χεῖρας ἐνθαῦτα, ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες πάντα, Δία μυθέεσθαι· (οἰομένους ὅτι) καὶ πάντα οὗτος οἶδε καὶ διδοῖ καὶ ἀπαιρέεται καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων. Clemens Alexandr. Admonit. ad gent. pag. 45.

non sine coelesti ac divina indole tam pulchra tantaeque plena sapientiae carmina condere liceat.

De musica.

4. Democritus veterum non modo summus naturae investigator, sed etiam ea quae historiae monumentis continentur, cognoscendi cupiditate nemine inferior, musicam ait citerioris esse aetatis ejusque rei causam reddit, dicens, eam non esse in rebus necessariis, sed ex abundantia jam oriri. Veruntamen antiquissima videtur ac mirabile quid efficere miramque vim insitam habere.

De Jove.

5. Unde non immerito Democritus doctorum hominum paucos ait sublatis ad eum locum manibus, quem nunc universum Graeci aerem appellamus, Jovem vocare: omnia hunc et scire et dare et auferre rerumque universitatis regem esse credentes.

Δημόκριτος περὶ τῆς αὐτοῦ ἀποδημίας λέγων.

6. Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμεωυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα, καὶ γραμμέων ξυνθέσιος μετὰ ἀποδέξιος οὐδείς κώ με παρήλλαξε, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἁρπεδονάπται· σὺν τοῖσδ' ἐπὶ πᾶσι ἐπ' ἔτεα πέντε ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην. Democritus ap. Clement. Alex. Strom. I pag. 304 ed. Sylburg. (lib. I §. 15 p. 357 ed. Potter.)

7. Ἦλθον εἰς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκε. Democritus ap. Diog. Laert. lib. IX, 36.

Ἄδηλον ἀποσπασμάτιον.

8. Φυγῇ ἰθείῃ νεῦνται. Etymol. magn. s. v. νένωται.

F. FRAGMENTA LIBRI DE AGRICULTURA.

1. Δημόκριτός φησιν, ὅτι τοιοῦτον χρὴ προσδοκᾶν ἔσεσθαι τὸν χειμῶνα, ὁποία ἔσται ἡ τετάρτη καὶ εἰκοστὴ τοῦ Δίου μηνὸς ἡμέρα. Cassiani Bassi Geopon. lib. I cap. V, 3.

Democritus de peregrinatione sua loquens.

6. Equidem nostrae aetatis hominum plurimas terras peragravi, disjunctissima quaeque lustrans, coeli solique genera plurima vidi, eruditos homines permultos audivi, neque me in componendis adjuncta demonstratione lineis quisquam adhuc superavit, ne ii quidem Aegyptiorum, qui Harpedonaptae nominantur; apud hos autem postremo quinque per annos peregrinatus sum.

7. Veni Athenas, neque quisquam me agnovit.

Fragmentum incertum.

8. Praecipiti fuga redibunt.

1. Democritus ait exspectari oportere, talem futuram esse hiemem, qualis dies vicesimus quartus mensis Novembris fuerit.

2. Περὶ δὲ τῆς ὑδροφαντικῆς, ὑπὸ δέ τινων ὑδρομαστευ- §. 1.
τικῆς λεγομένης νῦν ἐροῦμεν. Ἀποφαίνονται γὰρ οἱ [περὶ] τῶν ὑδροφαντικῶν τὴν ἐμπειρίαν εἰληφότες, τὰ μὲν πεδία ἄνυδρα ὑπάρχειν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ τὰ μείζονα μᾶλλον τῶν ἐλασσόνων. Τῶν δὲ ὀρέων ἔνυδρα τὰ πλεῖστα καὶ τὰς ὑπωρείας καθυγροτέρας τῶν ἀκρωρειῶν ὑπάρχειν, καὶ τὰ δασέα καὶ τὰ κατάδενδρα τῶν ψιλῶν. Τὰ δὲ ἐν τοῖς πεδίοις εὑρισκόμενα τῶν §. 2.
ὑδάτων ἁλμυρὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, τὰ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς ὑπωρείαις γλυκέα· ἐὰν μή τινων ἡ γεῦσις φθείρηται διὰ τὴν τῶν ἐπικειμένων ὑδάτων ἰδιότητα, ὠμῶν, ἢ ἁλμυρῶν ὑπαρχόντων, ἢ νιτρωδῶν, ἢ στυπτηρίαν ἐχόντων, ἢ θεῖον, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων. Φυσικὰς δὲ τοῖς εἰρημένοις αἰτίας τοιάσδε προς- §. 3.
άπτουσιν, ἀπὸ τῶν ὑδάτων τὸ λεπτομερέστατον ἀεὶ καὶ ἐλαφρότατον ἕλκειν τὸν ἥλιον. Τὰ μὲν οὖν πεδία δι' ὅλης ἐπέ- §. 4.
χοντα τῆς ἡμέρας τὸν ἥλιον ἐξαμέλγειν τὸ ὑγρὸν καὶ ἐξατμίζειν, ὅθεν τὰ μὲν τελέως ἄνυδρα ὑπάρχει, ἐν οἷς δὲ καταλείπτεταί τινα τῶν ὑδάτων, ἁλμυρὰ εὑρίσκεται πάντως, τοῦ ἐλαφροῦ καὶ γλυκέος ἐξ αὐτῶν ἀναλισκομένου, καθάπερ καὶ κατὰ τὴν θάλασ-

2. De aquae inquisitione, vel ut alii dicunt, investigatione nunc disseremus. Qui enim aquarum investigandarum peritiam nacti sunt, pronuntiant quidem campos plerumque aquis carere, et majores magis minoribus. Ex montibus vero plurimos esse aquosos et imas ipsorum partes humidiores quam summas, praeterea densos montes atque arboribus tectos magis humidos esse quam nudos. Aquae vero quae in campis reperiuntur, ut plurimum salsae sunt, quae autem in montibus et imis eorum partibus, dulces: nisi aliquarum sapor corrumpatur incumbentium aquarum proprietate, crudarum aut salsarum aut nitratarum, aut aluminatarum, aut sulphur aut aliud ejusmodi gerentium. Naturales autem causas eorum quae diximus tales afferunt: solem ex aquis semper id quod tenuissimum ac levissimum est, attrahere. Quare quum campos per totum diem sol occupet, humorem ex iis emulgere et in vaporem dissolvere, inde fieri, ut quidam penitus aquis careant, sed in quibus aliquid supersit, id omnino salsum reperiatur, levi ac dulci ex ipsis consumto, quemadmo-

§. 5. σαν συμβέβηκε. Τὰ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν ὄντα τῶν ὑδάτων μὴ τὸ αὐτὸ πάσχειν, διὰ τὸ μὴ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐκπυροῦσθαι τῇ ἀκτῖνι, καὶ κεκλιμένην αὐτοῖς καὶ μὴ βιαίαν προσπίπτειν. Ὅθεν τὰ πρὸς ἄρκτον ἔχοντα τὰς κλίσεις εὐυδρότερα τῶν πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένων ἀποφαίνονται, καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὰς καὶ δυσμάς, ἧσσον μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον, πλεῖον δὲ τῶν πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένων, καὶ τὰ δασέα τῶν ψιλῶν διὰ τὸ σκιά-
§. 6. ζεσθαι. Τὰς δὲ ὑπωρείας μᾶλλον καθύδρους εἶναι διὰ τὸ τὴν φορὰν εἰς τὸ κάτω μέρος τοῖς ὕδασιν εἶναι, καὶ συνάγεσθαι τὰ ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν εἰς τὸ ταπεινόν, καὶ ὑπὸ τὰς ῥίζας τῶν ὀρέων.
§. 7. Ὅθεν καὶ τὰς πλείστας πηγὰς καὶ μεγίστας ἐν τοῖς τοιούτοις τόποις ὑπάρχειν, ἐν οἷς ὑπερκείμενά ἐστιν ὄρη μεγάλα καὶ ὑψηλὰ καὶ δασέα, ἔχοντα κοίλους καὶ φαραγγώδεις τόπους. Ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις τοὺς κατ' ἔτος συναγομένους ὄμβρους καὶ διη-
§. 8. θουμένους κατὰ γῆς τὰς πηγὰς αὔξειν. Τινὰ δὲ τῶν ὑδάτων παρὰ ταύτας μὲν τὰς ὑπωρείας μὴ ἐκφανῆ γίνεσθαι, ποιησάμενα δὲ ἕως τινὸς ὑποφορὰν κατὰ γῆς, οὕτως εἰς τὸ φανερὸν ἐκ-

dum etiam mari contingat. At non idem montium aquis evenire, quippe quae non per totum diem solis radiis exurantur, et ad quas inclinati nec violenter accidant. Unde etiam montes ad septentrionem inflexos iis qui ad meridiem vergunt aquosiores esse statuunt, itemque versus orientem et occidentem sitos minus quidem aquosos septentrionem spectantibus, magis autem ad meridiem inclinatis, et densos arboribus magis aquosos quam nudos, quoniam obumbrentur. Caeterum imas montium partes magis aquosas esse, propterea quod aquae deorsum ferantur et quae in altis locis sint, ad humiles et sub ipsas montium radices congregentur. Inde fieri, ut plurimi maximique fontes in ejusmodi regionibus exstent, quibus montes magni altique ac densi locis concavis et voraginosis insignes superincubantes reperiantur. In talibus enim imbres per annum collectos atque in terram penetrantes, fontes augere. Quasdam vero aquas circa has imas montium partes non ap-

pa-

ἐκθλίβεσθαι. Τὸ δὲ σύνολον, διὰ τὸν ἀνάγοντα τόπον ἕως θα-
λάττης, φανέντα ἐξωθεῖσθαι. Τινὰ δὲ καὶ ἐπὶ τὴν θάλατταν §. 9.
διὰ τῆς γῆς ἐπὶ πολὺν τόπον ἐν ταῖς φλεψὶν ἐνεχθέντα οὕτως
ἀναβλύει, καθάπερ ἐστὶν ἐν Ἀράδῳ ὕδρευμα καὶ τὸ ἐν Ἡρα-
κλείᾳ τοῦ Πόντου. Τὰς δὲ ἀφ' ὑψηλῶν τόπων πηγὰς φερομέ- §. 10.
νας λέγουσι, διὰ τοὺς ὑπερκειμένους τόπους, παρακειμένου τοῦ
λεγομένου Σαώκους καὶ ἔχοντος οὐ μακρὰν τῆς κορυφῆς τόπους
τραχεῖς καὶ φαραγγώδεις καὶ δυναμένους τὰ πλεῖστα τῶν οὐρα-
νίων ὑδάτων δέχεσθαι. Τὰς μὲν οὖν ἐπιῤῥύτους πηγὰς ὑπάρ- §. 11.
χειν ἀποφαίνονται διὰ τὰς δεδηλωμένας αἰτίας. Εἶναι δὲ καὶ
ἐν τοῖς πλείστοις μέρεσι τῆς γῆς φλέβας ἐχούσας ὕδωρ. Καθά- §. 12.
περ γάρ, φασι, καὶ ἐπὶ τῶν ἐμψύχων σωμάτων συμβαίνει τὸ
ὅλον σῶμα φλεψὶ καὶ ἀρτηρίαις διειλῆφθαι συνεχέσιν, οὕτω καὶ
ἐν τῇ γῇ τόπους τε ἀραιοὺς ὑπάρχειν, ἀέρος πλήρεις ὄντας, καὶ
φλέβας ὕδωρ ἐχούσας, καὶ ἔν τισι μὲν πάνυ πυκνὰς εἶναι καὶ
δι' ἀλλήλων πεπλεγμένας, ἔν τισι δὲ ἀραιοτέρας, αἷς ἐπιτυγχά-
νειν ῥᾳδίως τοὺς τὰ φρέατα ὀρύσσοντας διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν

parere, verum ubi intra terram aliquo tenus subductae cursum perfecerint, tum demum prorumpere. In universum autem locum ad mare ducentem in causa esse, ut appareant et propellantur. Quaedam vero et in mare per longum terrae tractum in venis perductae sic tandem erumpunt, qualis est aquatio prope Aradum et ad Heracleam Ponticam. Porro aquas quae ex locis editis deferuntur, defluos fontes vocant, idque ob superincubantes locos, adjacente verbi gratia monte qui Saoces nominatur, et habente non longe a vertice locos asperos et cavernosos et capaces plurimae coelestis aquae. Juges igitur fontes propter causas memoratas exstare statuunt. Esse vero praeterea etiam in plurimis terrae partibus venas aquam ferentes. Quemadmodum enim, inquiunt, in vivis et animatis corporibus contingit, ut totum corpus venis et arteriis continuis distinctum sit, sic etiam in terra partim locos raros exstare eosque aëre plenos, partim venas aquam continentes easque in aliis admodum densas et inter se implicatas, in aliis rariores esse, quas facile offendant puteorum fossores ob multitudinem

§. 13. πυκνότητα. Πηγὰς οὖν ὁμοίως καλεῖσθαι καὶ τὰς ἀναπτυχθείσας
τῶν φλεβῶν διὰ τὸ παραμονίμους εἶναι, μακρόθεν φερομένας
§. 14. καὶ δι' ἀλλήλων τὸ ὕδωρ δεχομένας. Λιβάδας δὲ καλεῖσθαι
τὰ ἀπὸ τῶν ὀμβρίων ὑδάτων διηθούμενα καὶ κατὰ γῆς ἐν στε-
γνοῖς καὶ σκιεροῖς τόποις συνεστηκότα, καθάπερ ἐν ἀγγείοις, μὴ
φλεβῶν ἀποῤῥοίας οὔσας· ὅθεν οὐδὲ διαμένειν τὰς λιβάδας,
ἀλλὰ πάνυ συντόμως ἐκλείπειν, ἐὰν μὴ σφόδρα μεγάλας αὐτὰς
§. 15. εἶναι συμβῇ. Τὰς δὲ πηγὰς αὔξεσθαί τε καὶ λήγειν κατὰ τὴν
§. 16. τοῦ ἀέρος περίστασιν. Αὐχμῶν μὲν γὰρ γινομένων καὶ τὰς
πηγὰς λήγειν· ἐπόμβρου δὲ τοῦ ἔτους ὄντος, ἐπαύξεσθαι. Τρο-
φὴν γὰρ λαμβάνειν, ὡς καὶ ἀνωτέρω ἐῤῥήθη, τὰ κατ' αὐτὰς
§. 17. ὕδατα διὰ τῶν οὐρανίων ὑδάτων. Διὸ καὶ μάλιστα αὔξεσθαι
τὰς πηγὰς περὶ χειμερινὰς τροπάς, τοῦ μὲν ἡλίου μὴ ὁμοίως
ἀκμάζοντος, τῶν δὲ ὄμβρων προστιθέντων, ὑπὸ δὲ τὰς θερινὰς
§. 18. καὶ τοῦ κυνὸς τὴν ἐπιτολὴν τοὐναντίον πάσχειν. Διαγινώσκεσθαι
δὲ τὰς εὑρισκομένας πηγὰς καὶ τὰς λιβάδας τοιούτῳ τινὶ τρόπῳ.
§. 19. Τὴν μὲν γὰρ εὑρεθεῖσαν πηγὴν ἀπὸ φλεβὸς εὐγενοῦς πραέως
καὶ ἀρξαμένην ῥέειν ἐπίδοσίν τε κατὰ μικρὸν ποιεῖσθαι, καὶ ἕως

et frequentiam. Fontes igitur similiter appellari etiam apertas venas, propterea quod stabiles sint et e longinquo ferantur et per se invicem aquam accipiant. At vero λιβάδας vocari aquas pluvia stillatitia ortas quae intra terram opertis et umbrosis locis velut vasis contineantur, neque venarum effluvia sint; inde accidere, ut ne permaneant quidem λιβάδες, sed citissime deficiant, nisi forte admodum magnae sint. Fontes autem et augeri et desinere pro aëris temperie. Siccitatibus enim obortis, fontes quoque desinere, pluvioso vero anno augescere. Namque alimenta sumere, ut superius etiam dictum est, fontium aquas e coelestibus aquis. Quapropter etiam maxime augeri fontes circa solstitium hibernum, sole quidem non similiter urgente, imbribus vero (aliquid aquae) adjicientibus: sub aestivum autem solstitium et canis exortum contrarium iis accidere. Caeterum dignosci fontes repertos et aquas stagnantes (λιβάδας) in hunc fere modum. Fontem repertum e generosa vena et leniter fluere incipere et paulatim incrementa capere

τινὸς αὐξηθεῖσαν διαμένειν ὁμοίως, ἢ τὴν αὐτὴν ἔχειν δι' ὅλου
ῥύσιν τῇ ἐξ ἀρχῆς εὑρεθείσῃ, ἂν μήτε ἐλλείπῃ διὰ τὴν τοῦ
ἀέρος περίστασιν ἢ ἐπιθῇ. Τὰς λιβάδας δὲ οὔ φασι τὸ ὅμοιον §. 20.
ποιεῖν, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ μὲν λάβρον, καὶ πολὺ προΐεσθαι τὸ ῥεῦμα,
μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον λήγειν. Οὐκ ἐῶσιν οὖν τῇ τοιαύτῃ §. 21.
ῥεύσει πιστεύειν, τοὺς δὲ ζητοῦντας τὰ ὕδατα πρῶτα μὲν κε-
λεύουσι τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ἐπιβάλλωνται ζητεῖν, ἐπιθεωρῆ-
σαι. πῶς ἔχουσι τοῖς κλίμασι, καὶ ποῖοί τινες ὄντες τυγχάνουσι,
σημείοις χρωμένους τοῖς δεδηλωμένοις. Καὶ ἐὰν ὦσι πόροι §. 22.
πρὸς ἐξίχνευσιν, καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα τὰ διὰ τῶν ἐδαφῶν καὶ
τῶν φυομένων. Σχοίνους τε γὰρ φυομένους, τινὲς ὁλοσχοίνους §. 23.
καλοῦσι, καὶ βούτομον καὶ βάτους καὶ κύπειρον ἣν τινες ζέρ-
ναν καλοῦσιν· ἔτι δὲ καὶ ἄγρωστιν πολλὴν καὶ εὔτροφον, καλά-
μους τε τοὺς καλουμένους Ἰνδικούς, ὑπό τινων δὲ μεστοκαλά-
μους, ὑπ' ἐνίων βαλίτας καὶ σύριγγας, δασεῖς καὶ ἁπαλοὺς ση-
μαίνειν φασίν, ὡς ὕδωρ ἔχοντος τοῦ τόπου. Καὶ ὁμοίως κισ- §. 24.
σὸν τὸν θάλλοντα ὃν τινες μαλακόκισσον προσαγορεύουσι, καὶ
συκῆν ἀγρίαν καὶ οἰσύαν καὶ πτελέαν ἀγρίαν, ἔτι τε ἵππουριν,

et ad certam mensuram auctum in eodem statu semper permanere, aut eundem perpetuo fluxum tenere, qui initio fuerit, quum reperiretur, nisi ob aëris temperationem aut deficiat aut (copiae suae) aliquid addat. Verum λιβάδας negant idem facere, sed principio quidem rapidum et multum emittere fluxum, cito autem deficere. Quare non permittunt ejusmodi fluxui fidem habere, sed aquarum vestigatores primum locos, in quibus aquam quaerere aggrediuntur, diligenter contemplari jubent, quam habeant coeli inclinationem et quales tandem sint, signis indicatis utentes. Et si quidem foramina exstiterint ad investigationem aliaque signa tum ex solo, tum ex iis quae inde enata sunt. Juncos enim nascentes, quos quidam mariscos vocant, et butomum et rubos et cyperum quam quidam zernam nominant, praeterea gramen multum ac pingue, calamosque, quos appellant Indicos, alii autem mestocalamos, hoc est, plenas arundines, alii etiam sagittarios, itemque fistulas densas et teneras, signa esse ajunt loci aquam habentis. Simi-

τὴν λεγομένην πεντάφυλλον βατράχιόν τε, ἣν χρυσάνθεμον κα-
§. 25. λοῦσι. Καὶ καθόλου δὲ ὅσα ἂν ᾖ πεφυκότα, μὴ φυτευθέντα
ὑπάρχοντα, ἀλλὰ αὐτοφυῆ χλωρὰ καὶ εὐερνῆ καὶ δασέα, ση-
§. 26. μαίνει ἀφ' ὕδατος αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἀναδίδοσθαι. Διὸ καὶ
δεῖ πιστεύοντας τοῖς τοιούτοις σημείοις ὀρύσσειν, ἀποβάντας
ἀπὸ τῶν σημείων κατώτερον· ἐὰν ἔχῃ κλίμα ὁ τόπος, ὅθεν
§. 27. ὑπερδεξίους τὰς πηγὰς λαμβάνεις. Ἡ ἵππουρις ἐκ τοῦ ἐτύμου
τὸ ὄνομα ἔσπασεν. Ἔστι γὰρ ὁμοία τῇ τοῦ ἵππου οὐρᾷ, ἔχουσα
τὰ φύλλα ταῖς θριξὶν ὅμοια καὶ αὐτὸν τὸν καυλὸν ἀγόμενον
ἀπὸ τῆς ῥίζης ὡς ἐπὶ τὸ ἄκρον λεπτότερον. Αὐτὸς δὲ ὁ καυλός
ἐστι κενός, ὡς ὁ κάλαμος, ἔχων τὰ ἄρθρα διῃρημένα, ἐξ ὧν
ἄρθρων αἱ τριχώδεις φυλλάδες πέφυκαν. Ἐκ τοῦ δὲ εἶναι
§. 28. αὐτὸ σαλπίγγιον προσαγορεύεται. Βούτομον γίνεται ἐν τοῖς ἕλεσι,
φύλλα δὲ φέρει ὅμοια λειρίοις· οἱ βόες αὐτὰ ἡδέως βόσκονται
καὶ ἐκβράσσουσι δ' ἐκ μιᾶς ῥίζης οὐ καθ' ἓν ἀλλ' ὡς οἱ θάμνοι.
§. 29. Πεντάφυλλον ἐκ μιᾶς ῥίζης πολλὰ ἀναφέρει κλωνία καρφοειδῆ,
σπιθαμιαῖα, ἐξ ὧν ὁ καρπός. Φύλλα δὲ ἔχει ἐοικότα ἡδυόσμῳ.

liter et hederam virentem quam nonnulli malacocisson, hoc est, mollem hederam cognominant, et ficum silvestrem, et salicem ulmumque agrestem, porro equisetum et quinquefolium et ranunculum, quam herbam chrysanthemum vocitant. Et in universum quaecunque enata sunt et non plantata, sed sponte naturae viridia et florida ac densa, ea indicia sunt, alimentum ipsis ab aqua suppeditari. Quapropter ejusmodi signis fidere oportet ac fodere, ab ipsis signis inferius progrediendo, si inclinationem habeat locus, unde fontes aliis uberiores adipisceris. Equisetum ex similitudinis veritate nomen traxit. Est enim simile caudae equinae, folia habens setis similia et ipsum caulem prodeuntem a radice usque ad summum, tenuiorem. Verum ipse caulis vacuus est, velut arundo, articulos habens distinctos, ex quibus articulis capillacea folia exoriuntur. At vero ex re ipsa salpingion appellatur. Butomum in paludibus nascitur, folia autem liliis fert similia, grata bubus pabula, quae ex una pullulant radice, non singulatim, sed instar fruticum. Quinquefolium ab una radice multos ramulos profert festucis similes,

πέντε καθ' ἕκαστον μίσχον, σπανίως δέ που πλείονα, κυκλόθεν ἐσχισμένα πριονοειδῶς· ἄνθος δὲ ὠχρόν. Βατράχιον ἢ χρυσάν- §. 30.
θεμον φύλλα φέρει ὅμοια σελίνῳ, μείζονα δέ, ἄνθος χρυσίζον· ὅλη δὲ ἡ βοτάνη οὐ μείζων γίνεται δύο παλαιστῶν. Μαλακό- §. 31.
κισσος ὅμοιόν ἐστι κισσῷ, ἁπαλὸν δέ ἐστι τοῖς φύλλοις καὶ τῷ καυλῷ περιπλεκόμενον ὅπου ἂν τύχῃ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἑαυτὸ βαστάζειν. Γεννᾶται δὲ μάλιστα ἐν τοῖς καλαμοκόποις καὶ γεώδεσι τόποις. Κύπειρον ἣν τινες ζέρναν καλοῦσι, φύλλα ἔχει §. 32.
ὅμοια κάρτῳ, ἀρτιφυῆ ἰσχνά, καὶ καυλίον ὥσπερ σχοίνου, ἰσχνότερον, ἐπ' ἄκρου δὲ σπέρμα ὡς κέγχρου· ῥίζαν, ὡς ὀστᾶ ἐλαίας μέλανα, ἀρωματίζοντα τὴν γεῦσιν. Τούτων δὲ τῶν καρφέων §. 33.
καὶ βοτανῶν πάντων τῶν προειρημένων σημείοις καταφρονοῦντες οὕτως χρησόμεθα ἐν τόποις τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕδωρ, μήτε ἐπίῤῥυτον, μήτε πηγαῖον, μήτε φρεάτιον. Ὅπου γὰρ ἂν αὗται αἱ βοτάναι φαίνωνται, ὕδωρ ὑπόγειον εἶναι σημαίνουσι. Καὶ ἐν §. 34.
τῇ θεωρίᾳ, ὅσῳ ἂν μᾶλλον μεμαρασμένα φαίνωνται, ἔγγιον εἶναι τοῦ ἐδάφους τὰ ὕδατα σημαίνουσιν, ἀδύνατα καὶ μὴ παρα-

dodrantales, ex quibus fructus prodit. Folia habet similia menthae, quina in singulis pediculis, raro autem alicubi plura, circumcirca ad serrae similitudinem fissa: florem vero pallidum. Ranunculus vel Chrysanthemum folia fert apio similia, sed majora, florem aureolum: tota herba duos palmos non excedit. Malacocissus similis est hederae, mollibus est praeditus foliis et cauliculo se circumplicans omnibus quae ipsum contigerint, quia se ipsum ferre non potest. Nascitur autem maxime in arundinetis et terrenis. Cyperus quam quidam zernam nominant, folia habet similia porro sectivo, ubi recens nata sunt gracilia, cauliculum velut junci, graciliorem tamen, in cujus vertice semen est velut milii, radicem tanquam ossa oleae nigra, aromatico sapore insignem. Surculorum igitur herbarumque omnium, de quibus diximus, signa, aquam quaerentes, sequemur in iis locis qui neque profluentem, neque fontanam, neque putealem aquam habent. Ubi enim herbae illae apparent, ibi aquam subterraneam esse significant. Quin et ubi aspectus earum marcidus apparet, propius solo aquas esse in-

μόνιμα. Ὅσῳ δὲ μᾶλλον βρίθοντα καὶ χλωρότερα, ὑποκεῖσθαι
§ 35. τὰ ὕδατα βαθύτατα καὶ παραμόνιμα δηλοῦσιν ἀεί. Δεῖ δὲ καὶ τῶν ἐδαφῶν τὰ γένη συνθεωρεῖν· τὰ μὲν ἀργιλλώδη καὶ κισσηρώδη τῷ γένει, καὶ αὐχμηρὰ τῇ φύσει ὑπάρχοντα, παντάπασιν
§. 36. ἄνυδρά φασιν ὑπάρχειν. Τὰ δὲ γλοιώδη καὶ πυρώδη καὶ πηλώδη, καὶ μελάγγεια τε λιπαρὰ ὄντα, ψηφιδώδεις τε διαφύσεις
§. 37. ἔχοντα, μὴ ἀπογινώσκειν. Δεῖ δὲ τὰ ψηφιδώδη μὴ ἀνατεταραγμένα εἶναι ἐν τῇ γῇ, ἀλλὰ κατὰ πλάτος ἐμπεφυκότα, καὶ καθόλου τὰ ἑτεροχρωματοῦντα τῆς γῆς ἀεὶ πλακώδεις ἔχειν δεῖ τὰς συμφύσεις καὶ πυκνάς· μάλιστα δὲ
§. 38. ἔχουσιν αἱ σύνοδοι τῆς γῆς ἀνομοίας τὰς συμφύσεις. Δεῖ δὲ καὶ τὰς πέτρας εἶναι ὑπομελανιζούσας, τὰς περιεχούσας τοὺς δοκοῦντας ὕδωρ ἔχειν τόπους, μὴ κατὰ ἰόνθους, ἀλλὰ
§. 39. ἐχούσας τι πορῶδες. Καὶ ὅσαι δὲ λευκήπειροι, κείμεναι δέ εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς οἵας εἰρήκαμεν, ἔχουσιν ὑπὸ ταῖς πτέρναις, ταῖς ἐν τοῖς ἐδάφεσιν ἐμπεφυκυίαις ὕδατα. Σημαίνει δέ, ἐάν τι
§. 40. περὶ τὰς τοιαύτας καὶ τῶν εἰρημένων πεφυκός. Καὶ συμφύσεις

dicant, exiles et instabiles. Quanto autem (herbae surculique) luxuriosiores et viridiores fuerint, tanto profundiores et stabiliores aquas subesse semper portendunt. At vero et solorum genera contueri oportet. Etenim argillosi et pumicosi generis et quae horrida sunt natura, omnino aqua carere ajunt. At de glutinosis et igneo colore rubentibus et lutosis et nigrae terrae pinguibus locis calculosasque straturas habentibus non est desperandum. Atqui calculosa non conturbata et confusa in terra esse oportet, sed longe lateque inhaerentia et insita, atque in universum terras diversi coloris semper crustosas ac densas concretiones habere necesse est: maxime vero terrae juncturis inaeqnales sunt concretiones. Caeterum petras nigricantes esse oportet, quae ambiunt locos qui videntur aquam continere, non varorum instar, sed aliquid foraminatum habentes. Quin et quae albam terram admixtam gerunt ac sitae sunt in terra, qualem memoravimus, sub ipsis radicibus solo innatis aquas habent. Aquas vero indicat aliquid herbarum, de quibus diximus, iis agnascens. Porro inaequales petrarum concretiones

δὲ αἱ ἀνόμοιοι τῶν πετρῶν ἔχουσιν ὕδατα, κἂν ὦσιν ἐν τοῖς εἰρημένοις κλίμασι κείμεναι. Ἐν μὲν οὖν τῇ ψηφιδώδει γῇ, καὶ μελαίνῃ καὶ πυκνῇ, καὶ ὁμοίως γλοιώδει, λιβάδας δεῖ πολλὰς καὶ ἐπιπολαίους εἶναι. Διὸ συμφέρει ἐν ταύταις τοὺς ὑπονόμους ὀρύσσειν, ἑπόμενον ταῖς λιβάσιν· οὕτω γὰρ ἂν πλεῖστον ὕδωρ συνάγοιτο. Ἐν δὲ τοῖς ἀραιοῖς καὶ πετρώδεσι τόποις, κἂν ὁπωσοῦν εὑρεθῶσι πηγαί, ταῖς εὑρεθείσαις ἀρκεῖσθαι. Δεῖ δὲ σκοποῦντα καὶ ὑδροσκοπεῖσθαι τοιούτῳ τινὶ τρόπῳ. κατεσκευασμένον ἔχειν μολιβδοῦν ἀγγεῖον, καθάπερ ἡμισφαίριον, χωροῦν ὅσον χοέα, καὶ λαβόντα ἐρίου μαλλοὺς δύο ἢ τρεῖς πεπλυμένους διαξάναντα καλῶς, δῆσαι μέσους λίνῳ, τὸ δὲ λίνον προσκολλῆσαι κηρῷ πρὸς τὸν πυθμένα, ἔσωθεν τοῦ ἀγγείου. Διακεχρίσθω δὲ καὶ ἐλαίῳ τὸ ἀγγεῖον, καὶ ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ διαλάβοι τις ὕδωρ ὑπάρχειν, δεῖ στοχαζομένους τοῖς δεδηλωμένοις σημείοις ὀρύσσειν φρεατίαν, ὅσον ἐπὶ πήχεις τρεῖς, καὶ καταστρέψαντα τὸ ἀγγεῖον ἐν τῇ φρεατίᾳ θεῖναι, καὶ περιθέντα καλάμων φύλλα χλωρῶν ἢ ἄλλην τινὰ βοτάνην πάλιν ἐπιχῶσαι τῆς γῆς ὅσον ἐπὶ πῆχυν. Τοῦτο δὲ ποιεῖν δύνοντος τοῦ ἡλίου §. 41. §. 42. §. 43. §. 44.

aquas continent, modo sint in regionibus de quibus diximus sitae. In calculosa igitur terra nigraque ac densa et similiter glutinosa latices multos et in superficie esse oportet. Quapropter in his cuniculos fodere conducit, ita ut latices sequamur. Hoc enim modo plurimum aquae congregabitur. At in raris et petrosis locis qualescunque reperiantur fontes, inventis contentos esse decet. Caeterum aquae vestigatorem etiam tali quopiam modo aquam scutari convenit. Habeat igitur praeparatum vasculum plumbeum hemisphaericum, congii capax sumatque lanae hapsos molles duos aut tres lotos ac probe carptos, eosque lino obliget, ipsum vero lini filum intra vas ad fundum ejus cera agglutinet. Sed et oleo vas illinatur et in loco, ubi quis aquam esse suspicetur, conjectura facta ex ostentis antea signis, puteus effodiatur altitudine cubitorum trium, in quo vas subversum ponatur, et circumpositis arundinum foliis viridibus, aut alia quapiam herba, rursus ad cubiti mensuram terra aggeratur. Id ipsum vero sole occidente fa-

καὶ ὄρθρου πάλιν ἀπαμήσαντα τὴν γῆν, καὶ τῶν βοτανῶν ἀφε-
§. 45. λόντα πραέως, ἀναστρέψαι τὸ ἀγγεῖον καὶ κατανοεῖν. Ἐὰν γὰρ
ὦσι πηγαί, τό, τε ἔριον εὑρήσεις πλῆρες ὕδατος, καὶ τὸ ἀγγεῖον
μεστὸν πομφολύγων· συνήσεις δὲ καὶ ποῖόν τι τὸ ὕδωρ ὑπάρ-
§ 46. χει, τοῦ ἀποπιεσθέντος ἐκ τοῦ μαλλοῦ γευσάμενος. Εὑρήσεις
μέντοι τὸ ἀποπιεσθὲν ἐκ τοῦ μαλλοῦ γλυκύτερον τῆς πηγῆς,
§. 47. διὰ τὸ λεπτομερέστατον καὶ ἐλαφρότατον ἀναθυμιᾶσθαι. Καὶ
περὶ μὲν ὑδροσκοπικῆς αὐτάρκως εἴρηται. Geopon. lib. II cap. VI.

3. Ἀγίγαρτον σταφυλήν τινες οὕτω ποιοῦσι. Τοῦ κλήματος μέλλοντος φυτεύεσθαι τοσοῦτον μέρος ὅσον εἰς τὴν γῆν μέλλουσι καταχωννύναι, τοσοῦτον ῥέμα ἐξ ἴσου σχίσαντες αὐτό, ὠτογλυφίδι τὴν ἐντεριώνην λαμβάνουσιν, εἶτα παπυρίῳ ὑγρῷ περιδήσαντες κατατίθενται. Κάλλιον δέ, εἰ ὅλον τὸ μέρος τοῦ κλήματος τὸ ἐπὶ τῆς γῆς κατατιθέμενον, σκίλλης ἐμβληθείσης κατατεθείη, πρὸς γὰρ τῇ φύσει καὶ τῇ ἐνώσει ἡ σκίλλα συμβάλλεται. Ἄλλοι δὲ αὐτὰς τὰς ἀμπέλους τὰς ἤδη καρποφορούσας τέμνουσι καὶ ὠτογλυφίδι τοῦ καρποφοροῦντος

ciendum est, mane vero rursus terra auferatur et herbis leniter amotis vas invertatur ac consideretur. Si enim fuerint fontes, lanam plenam aquae reperies et vasculum plenum bullarum: cognosces autem et qualis ipsa aqua sit, si ex lana expressam gustaveris. Reperies tamen expressam ex lana dulciorem ipso fonte, propterea quod tenuissimum et levissimum exhalatur. Et de aquae quidem investigatione satis dictum est.

3. Uvam sine vinaceis quidam sic faciunt. Sarmenti quod plantaturi sunt, tantam partem quanta terra obruenda est, leniter ex aequo findunt et auriscalpio medullam omnem eximunt, deinde papyro humida obligatum sarmentum deponunt. Praestat tamen totam sarmenti partem, quae in terra deponitur, scilla injecta deponere: scilla enim tum ad generandum tum ad conjungendum valet. Alii ipsas vites jam fructiferas incidunt et sarmenti fructiferi medullam auriscalpio tollunt, quantum fieri potest eam ex alto eximentes, sarmento non fisso, ut est indicatum, sed integro manente, et laseris

κλήματος τὴν ἐντεριώνην λαμβάνουσιν, ὅσον δύνανται ἐκ βάθους, οὐ διασχίσαντες τὸ κλῆμα, ὡς προδεδήλωται, ἀλλὰ ἀκέραιον ἐάσαντες, καὶ ὀπὸν Κυρηναϊκὸν ἀνέντες ὕδατι, καὶ εἰς πάχος ἐψήματος ποιήσαντες ἐγχυματίζουσι, καὶ ἀνορθώσαντες τὰ κλήματα πρὸς χάρακας ἀναδεσμοῦσιν, ἵνα μὴ ὁ ὀπὸς ἐκρυῇ. Κατὰ δὲ ὀκτὼ ἡμέρας τὸν ὀπὸν ἐγχυματίζουσι τῷ κλήματι, ἕως ἂν βλαστήσῃ. Τὸ δὲ αὐτὸ ποιήσεις καὶ ἐπὶ καρύας καὶ κερασέας, εἰ βούλει ἀγίγαρτον ποιῆσαι. Geopon. lib. IV cap. VII.

4. Δεῖ πρὸς τὴν τῶν τόπων ἁρμόζεσθαι φύσιν ἀεί. Ἐὰν γὰρ θερμὸς ὁ τόπος ᾖ, τὰ πρὸς ἄρκτον νεύοντα φυτεύσομεν, ἐὰν δὲ ψυχρότερος, τὰ πρὸς μεσημβρίαν, ἐὰν δὲ μέσος καὶ εὐκρατής, τὰ ἀνατολικὰ καὶ δυτικὰ κάλλιον· μᾶλλον μέντοι τὰ ἀνατολικά, εἰ μὴ ἐνοχλοῖτο ὑπὸ τοῦ Εὔρου. Ἐνίοτε δὲ τὰ δυτικὰ ἔσται αἱρετώτερα μᾶλλον, ὅταν μακρὰν ὄντα τῆς θαλάσσης ἐπιπνέοντα ἔχῃ τὸν ζέφυρον. Καθόλου δὲ τοῖς μὲν χλιαρωτέροις τόποις οἱ ἀρκτῷοι ἄνεμοι ἐπιτήδειοι, τοῖς δὲ ψυχεινοῖς οἱ νότιοι. Geopon. lib. V cap. IV.

5. Οἱ παραθαλάσσιοι τόποι σφόδρα εἰσὶν ἐπιτήδειοι πρὸς ἄμπελον διά τε τὴν θερμότητα καὶ διὰ τὸ λεληθότως τὴν

Cyrenaici succum aqua dissolutum et ad sapae spissitudinem redactum infundunt, et erecta sarmenta ad ridicas alligant, ne succus effluat. Deinde autem octavo quoque die succum eundem sarmento infundunt, donec germinet. Idem facies et in juglandibus ac cerasis, si et harum fructus sine granis ac nucleis nasci velis.

4. Oportet semper locorum naturae (sationem) aptari. Si enim calidus fuerit locus, partes ad septentrionem spectantes conseremus: si frigidior, meridianas, si medius et temperatus, orientales et occidentales obserere praestiterit, magis tamen orientales, nisi Euro infestentur. Nonnunquam vero et occidentales potiores erunt, quando a mari longe remotae Favonio afflantur. In universum autem tepidioribus locis septentrionales venti commodi sunt, frigidis austrini.

5. Maritimi loci vitibus valde apti sunt, tum ob calorem, tum ob humorem qui latenter e mari elabens plantas

ὑγρασίαν ἀνατρέχουσαν ἐκ τῆς θαλάσσης τρέφειν τὰ φυτά. Καὶ οἱ θαλάσσιοι δὲ ἄνεμοι ταῖς ἀμπέλοις εἰσὶ χρησιμώτατοι. Δοκεῖ δὲ τοῖς πολλοῖς ποταμὸν γείτονα καὶ μᾶλλον ἑλώδη μὴ ἔχειν διά τε τὴν ἀχλὺν καὶ τὴν ψυχρὰν αὔραν, ἀναπνέουσι γὰρ ἐντεῦθεν συνεχῶς· καὶ συνεπίστανται ἐρυσίβαι, τὴν ἄμπελον καὶ τὰ σπόριμα καταβλάπτουσαι, καὶ βλαβερὸν τὸν ἀέρα ποιοῦσαι. Διὸ δεῖ ἐπιμελῶς τὰ ἕλη κατὰ τὸ δυνατὸν περιαιρεῖν, εἰδέναι δὲ χρή, ὅτι ὅσαι βλάπτεσθαι εἰώθασιν ἄμπελοι ὑπὸ ἀνέμων τοιούτων, ἢ ὁμίχλης, ἢ ἐρυσίβης, τούτοις ἐπιταθεῖσαι οὐ βλαβήσονται, τουτέστι δενδρίτιδες γενόμεναι. Geopon. lib. V cap. V.

6. Φασὶ γὰρ οἱ περὶ Δημόκριτον καὶ Ἀφρικανόν, ἓξ μόνας ἡμέρας καὶ οὐ πλείους καλῶς διαμένειν πεπανθεῖσαν τὴν σταφυλήν. Geopon. lib. V cap. XLV, 2.

7. Δημόκριτος δέ φησι, ῥοιὰν καὶ μυρσίνην ἀλλήλαις χαίρειν, καὶ πλησίον ἀλλήλων παραπεφυτευμένας εὐφορήσειν καὶ τὰς ῥίζας ἀλλήλαις συμπλέκειν, κἂν μὴ σφόδρα ἐγγὺς οὖσαι τυγχάνωσι. Geopon. lib. X cap. XXIX, 5.

8. Δημόκριτος δέ φησιν, ὡς ἔνδοθεν τοῦ θριγκοῦ τὴν κυ-

nutrit. Sed et venti marini vitibus sunt imprimis commodi. Plerisque placet fluvium vicinum non esse habendum multoque minus paludem, et ob nebulas et ob frigidas auras, inde enim assidue spirant: simulque exsurgit robigo vitem et sata laedens et noxium aërem reddens. Quapropter oportet paludes, quantum fieri potest, diligenter circumcirca tolli, praeterea scire expedit, quaecunque vites ventis ejusmodi, aut nebula, aut robigine laedi consueverint, adversus ista extentas, id est, arboribus maritatas non laedi.

6. Ajunt enim Democritus et Africanus, sex tantum dies ac non plures integram manere uvam maturam.

7. Democritus ait, arborem punicam et myrtum invicem gaudere et juxta plantatas fructu abundare ac radices mutuo implicare, etiamsi non valde vicinae sint.

8. Democritus intra sepem plantandam esse cupressum

πάρισσον δεῖ φυτεύεσθαι, ἵνα κατ' ἀμφότερα εἰς τέρψιν καὶ περιφραγὴν γένηται. Geopon. lib. XI cap. V, 4.

9. Δημόκριτος δέ φησιν, ὡς ὁ καρπὸς τῆς ἰτέας λειούμενος καὶ ταῖς τῶν κτηνῶν τροφαῖς μιγνύμενος ταῦτα λιπαίνει, ἐκπινόμενος δὲ λειανθεὶς ἀνθρώπους ἀγόνους ποιεῖ, ἐξ οὗ φησι καὶ Ὅμηρος

κλῆθροί τ' αἴγειροί τε καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.

Geopon. lib. XI cap. XIII, 2.

10. Τὸ δενδρολίβανον ἡδεῖαν καὶ βαρεῖαν τὴν ὀδμὴν ἔχει, ὡς ὁ Δημόκριτός φησι. Geopon. lib. XI cap. XVI.

11. Ἰόβας μὲν ὁ βασιλεὺς Λιβύων ἐν λάρνακι ξυλίνῃ φησὶ § 21.
δεῖν ποιεῖσθαι μελίσσας· Δημόκριτος δὲ καὶ Βάρων ἐν Ῥωμαίᾳ
γλώσσῃ ἐν οἴκῳ φασὶ ποιεῖσθαι, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἄμεινον. Ὁ δὲ § 22.
τρόπος οὗτος. Οἶκός σοι ἔστω ὑψηλός, δεκαπηχυαῖος, καὶ εὖρος
πηχῶν ἑ, καὶ ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσος. Εἴσοδος δὲ εἰς αὐ-
τὸν περιποιείσθω μία, καὶ θυρίδες δ', ἐν ἑκάστῳ τοίχῳ μία.
Εἰς τοῦτον οὖν ἀγαγὼν βοῦν τριακοντάμηνον, εὔσαρκον, λιπαρὸν § 23.
μάλιστα, περίστησον αὐτῷ νεανίας πολλούς, καὶ τυπτέτωσαν

ait, ut et ad delectationem et ad sepimentum ac quasi munimentum nascatur.

9. Democritus ait, fructum salicis tritum et pabulo pecorum admixtum ipsa pinguefacere, tritum autem atque potatum homines steriles et procreandis liberis impares reddere, unde apud Homerum: Alni et populi nigrae et salices frugiperdae.

10. Ros marinus jucundum et gravem odorem habet, ut ait Democritus.

11. Juba Libyum rex in arca lignea apes fieri vult: Democritus vero et Varro qui Romana lingua scripsit, in domo faciendas esse ajunt, quod etiam melius est. Modus autem hic est. Domus sit tibi alta decem cubitos, latitudinis item cubitorum decem, paribus denique reliquis lateribus. Ostium in ea fiat unum et fenestrae quattuor, in singulis lateribus una. In hanc domum introducas bovem triginta mensium, carnosum, valde pinguem, eique circumdes juvenes multos qui fortiter

αὐτὸν ἰσχυρῶς, καὶ τύπτοντες αὐτὸν ῥοπάλοις ἀποκτεινάτωσαν,
§. 24. ὁμοῦ ταῖς σαρξὶ τὰ ὀστέα συναλοῦντες· φυλακὴν δὲ ἐχέτωσαν
τὸ μὴ αἱμάξαι τι τοῦ βοός, (οὐ γὰρ ἂν ἐξ αἵματος κυηθείη ἡ
§. 25. μέλισσα) ταῖς πρώταις πληγαῖς μὴ βιαίως ἐμπεσόντες. Εὐθὺς
δὲ ἀποπεφράχθω πᾶς τοῦ βοὸς πόρος ὀθόναις καθαραῖς καὶ
λεπταῖς πίσσῃ κεχρισμέναις· οἷον ὄμματα, καὶ ῥῖνες, καὶ στόμα,
§. 26. καὶ ὅσα τῇ φύσει πεποίηται εἰς κένωσιν ἀναγκαίαν. Ἔπειτα
θύμον ὑποστρώσαντες πολύν, καὶ ὕπτιον ἐπ' αὐτοῦ καταθέντες
τὸν βοῦν, ἐξελθόντες τοῦ οἴκου εὐθὺς τὴν θύραν καὶ τὰς θυρί-
δας ἐπιχρισάτωσαν πηλῷ στεγανῷ, ὡς μήτε ἀέρι, μήτε ἀνέμῳ
§. 27. εἴσδυσιν ἢ διάπνευσιν ἡντιναοῦν εἶναι. Τρίτῃ δὲ ἑβδομάδι χρὴ
πάντοθεν ἐξανοίξαντα εἰσεᾶσαι φῶς τε καὶ ἀέρα καθαρόν, πλὴν
ὁπόθεν ἂν κατίῃ σφοδρὸν πνεῦμα· εἰ γὰρ ὧδε ἔχοι, τὴν κατὰ
§. 28. τοῦτο εἴσοδον κεκλεισμένην χρὴ ἐᾶσαι. Ἐπὰν δὲ δόξωσιν ἐμ-
ψυχοῦσθαι αἱ ὕλαι, πνεῦμα αὔταρκες ἐπισπασάμεναι, αὖθις χρὴ
§. 29. συγκλεῖσαι τῷ πηλῷ κατὰ τὴν προτέραν χρίσιν. Ἑνδεκάτῃ δὲ
μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν ἀνοίξας εὑρήσεις πλήρη μελισσῶν βο-
τρυδὸν ἐπ' ἀλλήλαις συνηγμένων, καὶ τοῦ βοὸς λειπόμενα τὰ

verberatum fustibus occidant, una cum carnibus ipsa etiam ossa comminuentes; diligenter autem caveant, ne quid bovis cruentent, (non enim ex sanguine apis nascatur) primis plagis non violenter in eum irruentes. Statim vero obturentur omnia bovis foramina linteis puris ac tenuibus pice oblitis, velut oculi, nares et os, et quae a natura factae sunt partes ad egestionem necessariam. Deinde multo thymo substrato boveque supino ei superposito, domo egressi, statim januam et fenestras luto denso oblinant, ne aëri ventoque ullus ingressus aut perflandi locus sit. Tertia autem hebdomade undique domum aperiri et lumen aëremque purum admitti oportet, excepta ea parte, unde vehemens ventus spirat; quod si ita se habet, aditum ex ea parte clausum relinqui opus est. At postquam materiae visae fuerint animari et spiritum sufficientem hausisse, rursus domunculam claudi et luto sicut prius oblini convenit. Undecimo deinde post hunc diem ubi aperueris, domum invenies plenam apibus uvarum instar inter se coagmentatis, et ex bove cornua

κέρατα καὶ τὰ ὀστᾶ, καὶ τὰς τρίχας, ἄλλο δὲ μηδέν. Φασὶ δὲ §. 30.
ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου γίνεσθαι τοὺς βασιλέας, ἐκ δὲ τῶν σαρκῶν
τὰς ἄλλας μελίσσας· (γίνονται δὲ καὶ ἐκ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ
βασιλεῖς) κρατιστεύειν μέντοι τοὺς ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου μεγέθει
τε καὶ κάλλει, καὶ ῥώμῃ τῶν ἄλλων. Τὴν δὲ πρώτην τροπὴν §. 31.
καὶ μεταβολὴν τῶν σαρκῶν εἰς ζῶα καὶ οἱονεὶ κύησίν τινα καὶ
γένεσιν καθιστορήσεις ἐντεῦθεν. Ἀνῳκισμένου γὰρ τοῦ οἴκου, §. 32.
μικρὰ καὶ λευκὰ τὸ εἶδος, καὶ ἀλλήλοις ὅμοια, καὶ οὐ τέλεια,
οὔτε ἤδη πάντη ζῶα περὶ τὸν μόσχον πληθύνοντα ὄψει·
ἀκίνητα μὲν πάντα, κατὰ μικρὸν δὲ αὐξανόμενα· ἴδοις δ' §. 33.
ἂν καὶ τὴν πτεροφύησιν ἤδη διαῤῥουμένην, τήν τε οἰκείαν
χροιὰν λαμβανούσας καὶ περικαθεζομένας τὸν βασιλέα, καὶ
προσπετωμένας· βραχύτερον δὲ καὶ ὑποτρεμούσαις ταῖς πτέρυξι
διὰ τὴν ἀήθειαν τῆς πτήσεως καὶ τὴν τῶν μελῶν ἀτονίαν.
Προσιζάνουσι δὲ ταῖς θυρίσι ῥοιζηδόν, ὠθοῦσαι καὶ βιαζόμεναι §. 34.
ἀλλήλας, πόθῳ τοῦ φωτός. Ἄμεινον δὲ τὰς ἀνοίξεις καὶ ἀπο- §. 35.
φράξεις τῶν θυρίδων, καθὼς εἴρηται, παρ' ἡμέραν ποιεῖσθαι·
δέος γάρ, μὴ μεταβάλλωνται ἤδη τὴν τῶν μελισσῶν φύσιν διὰ

reliqua et ossa ac pilos, sed praeterea nihil. Ajunt ex cerebro gigni reges, ex carnibus vero ceteras apes; (nascuntur autem et ex medulla spinali reges); praestare tamen omnibus aliis ex cerebro natos et magnitudine et pulchritudine et robore. Primam porro conversionem mutationemque carnium in animalia et quasi conceptionem quandam ac generationem inde cognosces. Etenim statim postquam exstructa domus est, parva quaedam et alba specie, inter seque similia, et non perfecta, neque jam omnino animalia, circa vitulum plurima videbis, immobilia quidem omnia, paulatim vero augescentia; animadvertes etiam alarum proventum jam articulis distinctum et apes proprium colorem accipientes, circumsedentesque regem et advolantes, sed brevius et paululum trementibus alis propter volandi insolentiam et membrorum infirmitatem. Assident autem fenestris cum murmure, impellentes et urgentes se invicem, lucis desiderio captae. Praestat tamen aperire et obturare fenestras, eo quo dictum est modo, interdiu: ne forte apum natura ob

§. 36. τὴν πλείω σύγκλεισιν. Τοῦ γὰρ σταβλίου κατὰ καιρὸν τὸν
§. 37. ἀέρα μὴ λαμβάνοντος, ὥσπερ πνιγμῷ διόλλυνται. Τοῦ δὲ οἴ-
κου ὁ μελισσὼν ἐγγὺς ἔστω, καὶ ὅταν ἐκπετάσωσιν ἀνοιγομέ-
§ 38. ναις ταῖς θυρίσιν, ὑποθυμία θύμου τε καὶ κνεώρου. Τῇ γὰρ
ὀσμῇ ἑλκύσεις αὐτὰς εἰς τὸν μελισσῶνα, τεθεραπευμένας ὀσμαῖς
ἀνθῶν. Ταῦτα γὰρ θυμιῶν οὐκ ἀκούσας εἰσελάσεις. Χαί-
ρουσι γὰρ μέλισσαι τῇ εὐωδίᾳ καὶ ἄνθεσιν, ὡς εἰκότως εἶναι
μέλιτος δημιουργούς. Geopon. lib. XV cap. II, 21 — 38.

12. Δημόκριτος δὲ ἐρωτηθείς, πῶς ἂν ἄνοσοι καὶ μακραί-
ωνες γίγνοιντο οἱ ἄνθρωποι, εἶπεν, Εἰ τὰ μὲν ἔξωθεν τοῦ σώ-
ματος ἐλαίῳ, τὰ δὲ ἔνδοθεν μέλιτι χρίσαιντο. Geopon. lib. XV cap. VII, 6.

13. Περὶ λαγωῶν. Ὅτι ὁ αὐτὸς ποτὲ μὲν ἄῤῥην, ποτὲ δὲ θῆλυς γίνεται, καὶ μεταβάλλει τὰς φύσεις, καὶ ποτὲ μὲν ὡς ἄῤῥην γονοποιεῖ, ποτὲ δὲ ὡς θῆλυς τίκτει. Geopon. lib. XIX cap. IV.

longiorem conclusionem mutetur. Stabulo enim in tempore aërem non excipiente, velut suffocatione pereunt. Caeterum prope domum sit apiarium, et quum fenestris apertis (volandi causa alas) extenderunt, suffito thymo atque cneoro. Odore enim pertrahes ipsas in apiarium, allectas odoribus florum. Quippe his suffiendo non invitas intro pellicies. Namque odoris suavitate et floribus gaudent apes, ut merito sint mellis opifices.

12. Democritus interrogatus, quomodo homines nullo morbo affecti longissima vita perfrui possent: Si externas, inquit, corporis partes oleo, internas melle illinerent.

13. De leporibus. Idem lepus aliquando quidem mas, aliquando vero femina fit et naturas commutat, atque interdum ut masculus generat, interdum ut femina parit.

ADNOTATIONES.

A. ADNOTATIONES AD FRAGMENTA MORALIA.

1. Male Heerenius τὴν καὶ εὐθυμίαν pro τὴν δὲ εὐθυμίην edidit. Idem non perspecto verborum sensu neglectaque codicum auctoritate, ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίης ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίης· Εὐδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκέει vulgavit. Verba ψυχὴ δ' οἰκητήριον δαίμονος recte comparantur cum Demophili sent. Pyth. n. 45 (Orell. opusc. I p. 42) ψυχῆς ἁγνῆς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχει θεός. De voce εὐεστώ diximus ad fragment. 206.

3. Eadem sententia exstat apud Anton. et Max. p. 291 addito lemmate *Epicteti*. Sed ibi perperam exaratum est ἐπὶ τὸ καλόν. Fortasse hoc fragmentum inter collectas Epicteti, Isocratis et Democriti sententias reperiebatur. Schowius adnotat, in aliis codicibus Democrito, in aliis Demostheni tribui.

4. Pro ἀνυβρίστως Cod. Palat. ἀνύβριστα adverbialiter.

5. Cod. Palat. πολυφροσύνῃ, reliqui δικαιοσύνῃ. Democritum existimamus πολυφροσύνῃ scripsisse. Cf. infra fragm. 141. Caeteroqui ν ἐφελκυστικόν, ut praecipit grammaticus Augustanus de dialecto Jonica p. 669 Schaeferianae Gregor. Corinth. editionis, ubicunque in Jonicis philosophi hujus fragmentis reperiebatur, delevi, servavi autem in iis fragminibus quae auctores, a quibus ea mutuati sumus, ex ionica dialecto in communem converterant. Eandem legem quum sibi Orellius et Burchardus dixissent, tamen aliquoties migrarunt v. c. in fragm. 22, ubi uterque πάρεστιν pro πάρεστι ponit; fr. 41, ubi Burchardus ponit ἀμηχανίῃσιν; cf. fragm. 45, 46, 47, 60.

6. Orellius ad hunc locum adnotat: „Insolens prorsus et quod sciam, sine exemplo est verbi ἐρᾶσθαι (vel ion. ἐρέεσθαι, Vid. Maittaire de dialect. pag. 157 ed. Sturz.) cum accusativo rei amatae constructio. Annon legendum αἱρεόμενος τὰ θειότερα αἱρέεται. Cod. Palat. ἐρεώμενος. Male." Nihilominus Burchardus ἐρεόμενος et ἐρέεται, membranas secutus, in textu reliquit, allato Herodoti loco (lib. I, 43) ἀκοντίζων τὸν σὺν,

qui nihil probat. Omnino difficile est idonea hujus structurae exempla invenire, nisi forte excipis Alcmanis verba ap. Athen. 10, p. 416, C.: ἔτνεος, οἷον ὁ παμφάγος Ἀλκμὰν ἡράσθη χλιερὸν πεδὰ τὰς τροπάς vel Charini ap. Ptolem. Hephaest. Photii Bibl. cod. 190, p. 153, 13: Τοιαῦτ' Ἔρωτος Εὐπάτωρ ἐρασθείη. Nam Euripidis locum Hippol. v. 337: ὦ τλῆμον, οἷον, μῆτερ ἠράσθης ἔρον alienum esse vix est quod moneam.

7. Edidimus ἑωυτῷ pro eo quod antea legebatur ἑαυτῷ.

8. Jonum more Democritus inseruit ε verbis ξυμφορέων et ἀξυμφορέων, quemadmodum idem κενεά et ἑρπετέων dixit ap. Stob. Flor. IV, 71 et XLIV, 18. Vide de hoc Jonismo Buttmann. gramm. amplior. Tom. I §. 28 adn. 8. Quod Gaisfordius ex uno codice protulit ἀτερπίη pro vulgato ἀτερφίη probare licet, quum eadem forma reperiatur in fragmento sequenti. Nimirum sic statuendum videtur, si Democritum in hujusmodi rebus constantem fuisse volumus. Nam per se satis elegans est ἀτερφίη ut ἀκαταληφία et similia quae ab aliis frequentantur. Praeterea pro ὅρος quod in codd. est, οὖρος scripsimus, ne hoc fragmentum ab eo quod statim subjiciemus, discreparet.

9. Male Sylburgius οὖρος. Verborum sensum non assecutus est interpres latinus ita reddens: „delectatio et ejus privatio sunt eorum terminus, qui ad summum vigorem pervenerunt."

11. Pro ἀνθρώποισι in Eclog. eth. l. l. exstat ἀνθρώπινα. Ibidem ποδηγετέειν legitur. Nos pro ποδηγεῖν et ὀχεῖν quod Burchardo placet, ποδηγέειν et ὀχέειν edidimus. Koenius ad Gregor. Corinth. p. 376 (ed. Schaef.) vitiosam in Canteri editione scripturam εἴ τινα βουλομένω ἄλλην hunc in modum emendavit: εἴ τινι βουλομένῳ ἂν ᾖ. Heerenius haec adnotat: „Pro ἄλλην Cod. V. A. ἄλκην, ex quo patet, scriptorem ἄλκην pro exemplo posuisse rei per se bonae, qua tamen facile quis abuti potest. Rescribendum itaque duxi οἷόν τινα βαλλόμενον ἀλκῇ ut in jaciendo, seu telo emittendo, robore;" qua mutatione nihil ineptius fingi potest. Servarunt Koenii emendationem Orellius et Burchardus, quamquam posterior hujus constructionis exem-

exempla desiderat. Non enim putat graece dici εἰ —— ἄν τι, nisi post εἰ addatur δέ, quod ex parte verum est. Nam qui hanc juncturam celebrant, epici imprimis poetae, aut περ adjicere solent aut δέ. Cf. Iliad. γ, 25. ε, 225. Od. ε, 221. Alia exempla vide ap. Hermann. de part. ἄν lib. II c. 7. Quamobrem εἴπερ scripsimus. Denique in antecedentibus apud Canterum legebatur ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσιν ἔντοις τε ἀγαθοῖσιν. Heerenius sic posuit: ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσίν ἐντι· τοῖς τε ἀγαθοῖσιν; male. Quippe ἐντὶ doricum esse constat, non ionicum. Cf. Greg. Corinth. p. 280 ed. Schaef. Orellius, intellecto Heerenii errore, tamen ad ejus auctoritatem se applicavit. Koenius ad Gregor. Corinth. p. 376 ed. Schaef. sic correxit: Οὐ δίκαιον ἐν κακοῖσι τὰ τοιάδε κρίνειν, ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσι, τοῖσι οἷόν τε χρῆσθαι καὶ πρὸς τὰ κακά etc. postrema perperam vertens: uti adversus mala. Caeterum initio hujus fragmenti Burchardus verba ἐπήν τις —— εὐπόρως non satis recte videtur interpretari: wenn sie das Gute nicht zu leiten und mit Geschick zu regieren wissen. Errorem typographicum hic esse suspicor; nam sine dubio ille scripserat: nicht zu *leiden* (ὀχέειν).

12. Pro vitioso εἴη μὲν apud Canterum recte ex uno codice editum est ab Heerenio εἴημεν, qui hic pauca excidisse conjicit. Existimat enim, ita fere scripsisse Democritum, ut diceret liberos nos fore a malis, si rebus, unde proveniunt, recte uteremur. Cui opinioni non valde refragor, praesertim quum duplex ille optativus ἐπαυρισκοίμεθα et εἴημεν, de quo tamen nihil dicunt Heerenius et Orellius, paulo insolentius positus sit. Nimirum sententia utrique optativo ἄν particulam addi postulat, prior autem optativus in indicativum etiam mutari potest. Sed quoniam in his rebus non omnibus fortasse scriptoribus eadem loquendi norma obtrudenda est, Democritusque ex ultima antiquitate et ex poetarum sermone multa assumsit, verba haec cum Burchardo intacta reliqui. Similis locus est infra fragm. 235, cujus non meminit Burchardus.

13. Pro τοίςδεσι exaravi τοῖςδεσι, ut in Homeri carminibus nunc recte scribitur, praeterea νοῦ mutavi in νόου. Pro ἐμπελάζουσι apud Heerenium errore, ut videtur, typographico

legitur ἀμπελάζουσι, quem errorem in suum librum transtulit Orellius p. 116 n. 121. Ultima vulgo sic interpretantur: „sed ipsi haec per mentis caecitatem et ignorantiam sibi conciliant." Male. Paulo rectius Burchardus: „sondern die Menschen selbst nähern sich demselben durch die Blindheit des Geistes und ihren Unverstand." Ad sententiam quod attinet, cum verbis Democriteis recte comparavit Burchardus Pythagorae dictum apud Jamblich. in ejus vita c. 32: οἱ θεοὶ τῶν κακῶν εἰσιν ἀναίτιοι et Homer. Od. α', 32 seqq.: Ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται! ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπέρμορον ἄλγε' ἔχουσιν.

14. Ἄνθρωποι e codd. recte ab Heerenio editum est pro ἀνθρώπου ap. Canter. Idem βαιὰ scripsit pro βαιᾷ. Sumta videtur haec sententia e prooemio τῶν Ὑποθηκῶν, quod opus non diversum fuisse a commentariis ethicis supra libr. II conjecimus, ubi simul ipsum exordium ex Eusebii Praep. Evang. XIV, 27 p. 782 protulimus.

15. Inde a verbis φύσις δὲ αὐτάρκης usque ad ἐλπίδος veterem Canteri lectionem revocavimus non intellectam ab Heerenio, Orellio et Burchardo. Locus ad verbum sic in latinum transferendus est: „at ingenium sibi ipsi sufficit; quamobrem minoribus et certis spei majora superat" id est, (magnum) ingenium suis viribus pollens neque aliena ope indigens in minoribus, si certa sint, acquiescit neque ampliora fortunae munera desiderat, in quibus sperandis (atque appetendis) tota vulgarium hominum vita consumitur. Quocirca improbamus Heerenii opinionem, qui hanc sententiam Democrito tribuit, fortunam, etsi instabilis sit, eo tamen vincere ingenia hominum, quod magna promittat. Idem infelici conjectura διόπερ νικᾷ τῶ ἧσσονος καὶ ἀβεβαίω τὸ μεῖζον τῆς ἐλπίδος hic reposuit, eam librariis ionicae dialecti inscitiam affingens, cujus in hac ejus emendatione satis manifesta vestigia sunt. Heerenium secutus est Orellius. Burchardus praeter necessitatem φρόνησις pro φύσις legi jubet, totum fragmentum sic interpretans: die Tyche ist oft mit grofsen Geschenken freigebig, aber ohne Bestand, nur die kluge Ueberlegung ist dauerhaft (d. h. hilft zu dauerhaftem

Besitz); deshalb besiegt sie (die letztere,) durch Geringeres und Sicheres (d. h. bei sichern, wenn auch geringern Gütern, als die Tyche spendet) gröfsere Hoffnungen (d.h. den Wunsch nach gröfseren Gütern).

16. Pro ψυχῆς Grotius τύχης legendum conjecerat, quam conjecturam F. Jacobsius in adn. ad Anthol. Graec. Tom. XII p. 116 probans sic exarari jussit: Ἀνοήμονες ῥυσμοῦνται τοῖς τῆς τύχης κέρδεσι, οἱ δὲ τῶν τοιῶνδε δαημονέστεροι τοῖς τῆς σοφίης, ut sensus esset: *stulti se accommodant lucris* (vel *sequuntur lucra*) *fortunae*, *prudentiores vero sapientiae*. Probavit hanc emendationem Schaeferus Melet. crit. p. 118, nisi quod positivum δαήμονες minime sollicitandum ratus est, ut δαήμονες τοιῶνδε i. e. κερδέων sint *experientia eorum prudentes facti*. Jacobsio astipulati sunt Orellius et Burchardus. At vulgatam quam nos servavimus, non male defendit Luzacius Exercit. Acad. in Eurip. p. 41 seqq. teste Schaefero l. l. Luzacii librum inspicere mihi non licuit. Sunt autem τὰ τῆς ψυχῆς κέρδεα trito usu *ingenii astutiae*, quumque de aliorum astutiis cogitandum sit hoc loco, *alieni ingenii astutias* licet interpretari. Neque vero mirabitur τὰ τῆς ψυχῆς κέρδεα alieni ingenii dolos et vafritiam vocari, qui reputaverit τὰ τῆς σοφίης κέρδεα hic non esse nostrae sapientiae, sed omnino sapientiae, aut certe alienae sapientiae bona. Non enim nostra nos formant et erudit sapientia, sed vel aliorum ingeniis vel ipsius sapientiae contemplatione proficimus. Caeterum Orellii opinionem, qui si ψυχῆς vera sit lectio, ea designari dicit *lucra hominis animalis* τοῦ ψυχικοῦ ἀνθρώπου, veram esse non posse, non est quod demonstrem. Denique Schowius male edidit ῥυθμοῦνται pro ῥυσμοῦνται. Vide quae infra disputabimus de voce ῥυσμός et adnot. ad fragm. 133 et 205.

18. Constat a veteribus αἰσθητικός interdum passivo sensu adhiberi ad notanda ea omnia quae sub sensus cadunt aut sensibus percipiuntur. Quum igitur simulacra *oculis cernantur*, hac ipsa dictione in reddendo hoc vocabulo usus sum. Cf. Thesaur. Steph. vol. I col. 1064 ed. Has. Latinus Stobaei interpres male vertit *artificiosa*, quem errorem Orellius intactum

reliquit. Burchardus qui interpretatur *sinnlich* (dicendum erat: sinnlich wahrnehmbar) ad Olympiodori auctoritatem confugit. Is ad Plat. Phaed. p. 80. B. (p. 204 ed. Wyttenb.) docet, Aristotelem τὸ αἰσθητόν etiam αἰσθητικόν vocasse. Sed hac auctoritate ut in re plana opus non fuit. Idem Burchardus καρδίας edidit pro καρδίης. Ad sententiam quod attinet, recte comparavit cum hoc loco Orellius Aesopi fabul. XI in Neveleti Myth. Aesop. pag. 95 et Phaedri lib. I fab. VII de vulpe et persona tragica.

20. Scripsimus μεταπίπτειν τε φιλέει pro eo quod antea hic legebatur φιλεῖ. Similiter κινεόμεναι reposuimus pro κινούμεναι. Sensum verborum αἱ δ' ἐκ μεγάλων —— εὔθυμοι non esse alium nisi eum quem in interpretatione expressimus sponte patet. Quo magis miramur Orellium minus accurate de hoc loco judicasse: „Verte, inquit, *quae ex magnis intervallis moventur* vel *impelluntur*; intervallis scil. loci. Nam multo gravius ferimur et impellimur illis quae ex longinquo cum vi et impetu in nos irruunt, aut quae ex loco sublimi et altissimo in nos incidunt, quam iis quae ex propinquo nos feriunt. Et ita, ni fallor, explicandus hic locus." Neque Burchardus satis apte vertit: „Seelen aber, welche in grofser Ungleichheit bewegt werden, sind weder fest noch wohl." Pro vulgato ἀρκέσεσθαι ponendum hic esse vel ἀρέσκεσθαι vel ἀρκέεσθαι docuit Valckenarius ad Herod. VII, 160 Tom. VI p. 407 ed. Schweigh. Neque vero cum Schowio legendum ἀρκέσασθαι; nam loci structura praesens flagitat. Verba ἐννοεύμενον τὰ πάσχουσι κάρτα non placuerunt Jacobsio qui in animadvers. ad Eurip. et Stobaeum corrigi jussit ἃ πάσχουσι κακά, putans ἐννοούμενον κάρτα *valde animo volventem*, ut vertit Conr. Gesnerus, Graecum non esse. Eandem opinionem tuetur Wakefield. in Silv. Crit. Tom. IV p. 145. Sed vulgatam lectionem bene defendit Schowius quem Orellius et Burchardus sequuntur, κάρτα (i. e. μεγάλως, ἐκτενῶς) conjungentes cum πάσχουσι *quam gravibus malis afficiantur*; qua voculae κάρτα usurpatione apud Herodotum nihil frequentius. Cf. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 466 seq. ed. Schaefer. In verbis ὁ γὰρ

θωυμάζων τοὺς ἔχοντας notandum est τοὺς ἔχοντας appellari *divites*, quemadmodum pauperes τοὺς μὴ ἔχοντας vocat Democritus ap. Stob. Flor. XLIII, 46. Vid. fragm. 215. Dives praeterea Herodoto est ὁ ἔχων τι lib. VI, 22, ad quem locum Valckenarii adnotatio rem non expedit. Sed a pluribus scriptoribus absolute hoc sensu dicitur ὁ ἔχων. Cf. Bremi ad Epistt. Socrat. I p. 136 ed. Orell. Wakefield Silv. crit. Tom. IV pag. 145. Kuster ad Aristoph. Plut. 593. Markland. ad Lys. p. 579 et exempla allata in Steph. Thes. vol. III col. 2625 ed. Dind. In sequentibus scripsimus ἐπικαινουργέειν pro ἐπικαινουργεῖν, porro δίζησθαι pro δίζεσθαι (cf. Buttmann. gramm. ampl. Tom. II §. 114 p. 110 et Steph. Thes. vol. II col. 1455 ed. Dind.), praeterea Schowium secuti unius particulae transpositione facta ἐπὶ τοῖς δὲ εὐθυμέεσθαι in textu posuimus. Sic τὰ μὲν (scil. τῶν ἐχόντων) et τοῖς δὲ (sc. παρεοῦσί σοι) apte inter se opponuntur. Antea legebatur ἐπὶ δὲ τοῖς εὐθυμέεσθαι, qua lectione probata Jacobsius post τοῖς vocem excidisse ratus Democritum scripsisse conjecit vel ἐπὶ δὲ τοῖς παρεοῦσι εὐθυμέεσθαι vel διόπερ τὰ μὲν δίζεσθαι χρεών, εἰ ποθέεις εὐθυμέεσθαι. Non placet prior emendatio, posterior autem prorsus ferri non potest. Omnino nihil verius est Schowiana verborum transpositione, ut mirandum sit, vulgatam lectionem Gaisfordio arrisisse. Recte Burchardus ἑαυτοῦ et ἑαυτόν in ἑωυτοῦ et ἑωυτόν mutavit. Denique restituenda est vulgata in verbis ἐν τῷ βίῳ διώσεαι, cui Gaisfordius et Burchardus album calculum adjicere non dubitarunt. Schowius ex emendatione Jacobsii ediderat ἐκ τῶ βίω, satis inepte, non solum ob doricam genitivi formam, sed etiam ob praepositionem ἐκ quam sententia non requirit. Burchardus nescio quem dativum ethicum praecedente ἐν praepositione hic reperisse sibi visus interpretatur *du wirst nicht wenig Unheil für das Leben entfernen*, quam interpretandi rationem laudare non possum. Sensus est: *non paucas quae in hominum vita inveniuntur, pestes propulsabis*, id quod Latinorum consuetudo genitivo enuntiat *vitae humanae pestes*.

21. Ut alibi (cf. n. 10, 12, 17, 20) ita etiam hoc loco

γινομένη pro γιγνομένη exaravi. Nam veteres Attici et si qui postea eos imitati sunt, dixerunt γίγνεσθαι et γιγνώσκειν, contra Jones et recentiores Attici formas γίνεσθαι et γινώσκειν usurparunt. Vide doctam G. Dindorfii de hac materia disputationem in Steph. Thes. vol. II col. 620 seq. Fabula Aesopea quam significat Democritus, inscribitur Κύων κρέας φέρουσα nr. 209 ed. Coray.

22. Hoc fragmentum in plurimis Stobaei editionibus Aristoxeno tributum, praestantiorum membranarum auctoritate Democrito, auctori suo, reddidit Schowius. Nam Democriti esse praeter ionicam dialectum scribendi genus et ipsa sententia arguit. Veterum editionum scripturam κακοθηγίη ab Hemsterhusio apud Gaisfordium ad Suid. voc. ῥυσμός cognatione vocabuli διαθηγή male defensam omnino repudiandam esse duximus. Est autem διαθηγή, ut tandem explicetur vocabulum quod viros doctos diu fefellit, vitiosa scriptura apud Suidam (s. v. ῥυσμός) pro διαθιγή, quae lectio et apud Sextum Empiricum p. 399 restituenda est, ubi nunc διαθήκη legitur. Germanam vocis formam διαθιγή servavit Philoponus in Arist. de anim. I p. 30 extr. et pars quaedam librorum Aristotelis. Jam vero Aristot. Metaph. lib. I, 4 ait, διαθιγήν a Democrito appellari τὴν τάξιν, cujus rei ratio sine dubio haec est. Proprie διαθιγή, a θιγγάνειν orta locutio, nihil nisi *contactum* atomorum inter sese cohaerentium designabat, sed quum atomorum contactus ex earum situ et ordine pendeat, quia mutato ordine alia atque alia corpuscula individua se tangunt, factum est, ut a Democrito utramque notionem conjungente διαθιγή pro τάξις diceretur. Quam dictionem cum aliis miratus Suidas l. c. perhibet, Democritum quibusdam λέξεσιν οὐχ ἑλληνικαῖς χρῆσθαι. At hae omnes sunt ἑλληνικώταται. Ex his quae disputavimus efficitur, nullum esse inter διαθιγήν et κακοθηγίην cognationem, quod quominus in κακοθιγίην convertamus, loci natura obstat. Codices a Schowio et Gaisfordio inspecti κακοηθίη habent, pro quo Burchardus κακοηθηΐη substituit. Sed qui laboribus, praesertim nihil profuturis se macerant, iis κακοηθίη, id est, morum aut ingenii pravitas et malignitas aut mala consuetudo ascribi nequit, sed quoniam perverso ingenio sunt, potius ἡ τῆς γνώ-

μης κακὴ φυή (φύσις) vel una voce κακοφυΐη, ingenii et opinionis perversitas attribuenda est. Itaque postulante sententia edidi ΚΑΚΟΦΥΙΙΙ, quod ipsum non valde discrepat a veteris scripturae ΚΑΚΟΘΙΙΙΓΙΙΙ vestigiis, si Π et Γ conjunctim ⊦Γ scribantur.

23. In praecedentibus ait Plutarchus, labores in res pulchras necessariasque insumendos esse neque ob vilia et exigua negotia corpus esse fatigandum. Fieri enim, ut multi quavis de causa se ipsos afflictent vigilando, peregrinando, currendo, nulla proposita utilitate, nullo consilio laudabili, sed quia aliis nocere cupiant, invideant, adversentur, aut sterilem inanemque gloriam consectentur.

24. In unam sententiam conjunxi cum Orellio duo lemmata male divulsa in Stobaei editionibus. Conjunctim haec verba etiam scribuntur ap. Anton. p. 786, ubi tamen vitiose legitur ἧν ἐπιθυμεῖς. Ibidem ποιήσει legitur pro ποιέει. Caeterum πενίην posuimus pro πενίαν, et σμικρήν pro σμικράν.

25. Pro ἐπὶ παντὶ in Cod. Palat. est ἐν παντί.

26. Similiter Basilius ap. Anton. p. 227: Πένης ἐστὶν ὁ πολλῶν ἐνδέων; quem locum jam citavit Burchardus.

28. Sensus hujus fragmenti videtur: „ipsa indigentia eorum quibus possumus indigere mensura haberi debet, id quod ab iis qui re quapiam indigent, saepe ignoratur." Constat enim id esse commune multorum mortalium vitium, ut in rebus adversis suam quisque calamitatem unam omnium maximam ducat, neque quidquam ad dolorem acerbius aliis accidere posse opinetur, quam quod ipsi acciderit. Quo errore liberatus is demum erit, qui ex iis quae aliis accidunt et quibus indigent, veram ipsius indigentiae imaginem animo informaverit.

29. Eadem sententia exstat ap. Anton. et Max. p. 790. addito lemmate *Epicteti*. Ibidem legitur χαίρων ἐν οἷσιν ἔχει.

30. In sententiis Democrati falso tributis legebatur ὁ φθονῶν ἑαυτόν, pro quo Orellius substituit ὁ φθονέων ἑωυτόν, ut est apud Stobaeum.

31. Male Gesnerus in margine τὰ δὲ παρεόντα καὶ παρῳχημένα.

32. Reponenda fuit forma ionica μακρή, quam ab Orellio retentam Burchardus, nescio qua de causa, in μακρά convertit. Caeterum ὁδὸς ἀπανδόκευτος est via, ubi nulla reperiuntur hospitia, nulla deversoria.

33. Non tantum apud Dores λιμός generis feminini est, quemadmodum vulgo praecipiunt, sed etiam apud Jones sic usurpatum invenitur, ut ex hoc et aliis locis patet. Cf. Hom. Hymn. Cer. 312. Idem usus apud posteriores qui communi lingua scripserunt, evaluit. Vid. Jacobs. Anthol. Pal. p. 19. 1042. Vertendum est ἀγαθοῦ hoc loco viri *prudentis*, cujus significatus paulo rarioris exempla vide in Steph. Thes. vol. I col. 119 ed. Has.

34. Flagitante sententia pro γενόμενα edidimus γινόμενα. Idem hoc fragmentum servatum est etiam ab Anton. et Max. p. 55, addito lemmate *Epicliti* (i. e. Epicteti) *al. incerti.* Videtur autem ex Democriti, Isocratis et Epicteti sententiis antiqua aetate collectis petitum esse; id quod conjicias ex Stob. Flor. VI, 59, ubi idem exstat fragmen apposito titulo τοῦ αὐτοῦ, quamquam praecedens fragmentum 58 ἐκ τῶν Ἐπικτήτου ἀπομνημονευμάτων inscriptum est, τοῦ αὐτοῦ autem sine controversia ad Democritum refertur, cujus nomen fragmentum 57 in fronte gerit.

35. Burchardus jam correxit ποιέει pro ποιεῖ. Nos ἐπιμείζονα vel magis ionice ἐπιμέζονα legendum censemus pro ἔτι μείζονα. Cf. Schneideri lexicon. Licet vero praeter hunc locum nullus, quod sciam, inveniatur, qui vocis ἐπιμείζων exemplum contineat, tamen ipsum vocabulum linguae analogia satis tuetur.

36. Eadem sententia legitur apud Anton. et Max. p. 145 et 291.

37. γίνοιτο pro γίγνοιτο jam Burchardus posuit.

39. Repudiavimus alteram Conr. Gesneri conjecturam αὐταρκεῖ pro αὐταρκείῃ substituentis, alteram qua pro σμικρά Democritum μακρά scripsisse suspicabatur, probavimus, nisi quod ex Jonicae dialecti legibus σμικρή scribendum fuit. Sensus

hujus fragmenti est: *qui moderate ac naturae legibus convenienter vivit, is nunquam insomnia laborabit.*

40. In hoc fragmento formas atticas ab eclogariis invectas servavimus.

41. Γινώσκειν scripsimus pro γιγνώσκειν et τοῖσι ἀναγκαίοισι pro τοῖς ἀναγκαίοις. Jure contendit Burchardus pronomen τὶς esse subjectum verbi ἐπιμελῆται, idque eo facilius subaudiri posse, quod referatur ad τινὰ quod lateat in γινώσκειν χρεών. Idem primus vitiosam esse vidit structuram πρὸς μετρίης τε κτήσιος ἐπιμελῆται. Neque enim unquam cum πρὸς praepositione verbum ἐπιμελεῖσθαι a Graecis construitur. Sed quod ille ejus rei remedium quaerit, assensione nequeo comprobare. Conjicit autem a librariis πρὸς substitutum esse in locum alius praepositionis, velut περί vel ὑπέρ. Vix putaverim, ullum scriptorem Graecum usurpasse ἐπιμελεῖσθαι ὑπέρ τινος eo sensu quo vulgo dicitur ἐπιμελεῖσθαί τινος. Nam qui unus ad hoc demonstrandum citari solet locus Xenophonteus Cyrop. lib. I c. VI, 12: ὡς δεῆσον καὶ τούτων, ὥσπερ καὶ ὑπὲρ τῆς στρατηγίας τὸν στρατηγὸν ἐπιμελεῖσθαι dubiae auctoritatis est, quum ibi nonnulli codd. ὑπέρ omittant (cf. Schneid. ad h. l.) ac praeterea Muretus jam observaverit, si ὑπέρ retineatur, delenda esse ὥσπερ καὶ mutandumque στρατηγίας in στρατιᾶς. Tum igitur verba ὡς δεῆσον, καὶ τούτων ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς τὸν στρατηγὸν ἐπιμελεῖσθαι hoc sensu accipienda erunt: *quum in exercitus gratiam harum quoque rerum curam gerere imperatorem oporteat.* Vulgatam sic expressit Leunclavius qui fortasse in suo codice non invenerat ὑπέρ: *uti de quibus imperatorem non secus ac de imperatorio munere suo sollicitum esse oporteat.*" Quae si nobiscum reputamus, abstinendum hic erit praepositione ὑπέρ. Quippe non est committendum, ut rara, semel dicta, dubia, incerta in usum vocemus, quando corrupto scriptoris loco medelam afferre constituimus. Porro ἐπιμελεῖσθαι περί τινος, etsi aliquoties reperitur, (cf. Steph. Thes. vol. III col. 1691 ed. Dind.) tamen et ipsum rarum est, sic ut verba Democritea ad hunc modum refingere non audeam. Nihil igitur restat, nisi ut pro πρός reponamus τὶς, quod subaudiri

voluit Burchardus; siquidem nemo recusabit, quin ponatur, quod si non ponitur, subaudiendum est. In interpretatione hujus fragmenti quaedam de industria liberius converti. Burchardus eandem sententiam sic reddidit germanice: „man mufs einsehen lernen, dafs das menschliche Leben schwach ist und kurz und mit manchem Geschick und mancher Noth durchwebt, damit man auf mäfsigen Erwerb bedacht sei, und die Noth nach dem Nothwendigen gemessen werde." Postrema eo spectant, ut rerum necessariarum inopia miseriae initium perhibeatur. Verba ἀφαυρήν τε ἐοῦσαν καὶ ὀλιγοχρόνιον Ciceroni obversata videntur, quum Acad. I, 12 Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, alios nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse putantes, hominibus angustos sensus, *imbecillos animos*, *brevia vitae curricula* tribuisse scriberet. Caeteroquin αἱ κῆρες Democrito non solum illae sunt humanae vitae pestes invidia, aemulatio, odium omninoque mala, quorum auctores ipsi homines sunt, ut supra vidimus fragm. 20, sed etiam calamitates quas a diis fatali quadam et occulta lege mortales accipiunt. His omnibus libera beatissima deorum natura dicitur ἀκήρατος: porro quidquid purum, sincerum, integrum et incorruptum est, eodem nomine vocitari consuevit. Nostro loco similia habet Hipparchus ap. Stob. pag. 547, 47: πολλαὶ κῆρες κατὰ πάντα τὸν βίον πεφύκαντι et Plat. leg. XI p. 349 (937, D.): πολλῶν δὲ ὄντων καὶ καλῶν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, τοῖς πλείστοις αὐτῶν οἷον κῆρες ἐπιπεφύκασιν, αἳ καταμιαίνουσί τε καὶ καταῤῥυπαίνουσιν αὐτά.

42. Scripsi ἐπιεικέως pro ἐπιεικῶς.

44. Edidi τῇσι ἀνάγκῃσι pro eo quod antea legebatur ταῖς ἀνάγκαις. Neque enim praeter formam ῃσι quae exstat fragm. 41, aliam horum dativorum terminationem a Democrito usurpatam esse opinor. Hoc fragmentum, quamvis in Stobaei editionibus Demetrii nomine inscriptum sit, recte ob ionicam dialectum et ipsam sententiam Democrito ascripserunt Valckenarius, Gaisfordius, Orellius, Burchardus. Nam Demetrii fragmentum ab eodem Stobaeo servatum serm. VIII περὶ δειλίας atticum est, non ionicum.

45. Eadem sententia legitur ap. Anton. et Max. p. 400 ascripto lemmate *Posidippi* conservataque dialecto ionica. Nonnullae editt. habent ὧν ὁ τρόπος.

46. Idem fragmentum servatum est ab Anton. et Max. p. 299, qui ionicam dialectum in communem mutarunt. Sed ibi initium sic exaratum est: ὑγείαν ἔχειν παρὰ θεοῦ. Pro εὐχαῖς quod antea legebatur, posuimus εὐχῇσι, pro ἑαυτοῖς item ἑωυτοῖσι.

47. Scripsimus ἀφροδισίοισι pro ἀφροδισίοις, ἐπιθυμέειν pro ἐπιθυμεῖν, αἰεὶ pro ἀεὶ, αὐτέων pro αὐτῶν, αὐτέοισι pro αὐτοῖσι, item αὖτις quod est apud Herodotum, pro αὖθις, δέει pro δεῖ. Retinuimus διὰ ταχέος i. e., ut vulgo loquuntur, διατάχους vel διαταχέων. Orellius praeter necessitatem edidit διαταχέως.

48. In hoc fragmento Plutarchus Democriti dictionem paucissimis mutationibus exceptis fere totam intactam reliquisse Burchardo videtur, quem tamen in eo errasse existimo, quod κλωσμός ionicum esse putavit, κλωγμός atticum. Certe, si fides codd. mss. est, apud Xenoph. de re eq. 9, 10 prope omnes membranae habent κλωσμός, paucae κλωγμός. Sed et alii scriptores hanc formam frequentant, (vid. Steph. Thes. vol. IV col. 1667 ed. Dind.) neque tamen constanter, ut facile inde discas, promiscuum utriusque formae usum fuisse. Notandum praeterea μαργαίνειν quod alioquin est insanire, delirare, furere, hic de subus dictum nihil aliud esse nisi volutari cum voluptate. Nimirum summa voluptas prope abest a furore. Hoc Democriti dictum a posteris celebratum esse ac paene in proverbii consuetudinem venisse duo ostendunt loci apte a Burchardo collati. Arat. Diosem. vs. 391 σύες φορυτῷ ἐπιμαργαίνουσαι; Clem. Alex. Adm. ad gent. p. 59: ὗες γάρ, φησιν, ἥδονται βορβόρῳ μᾶλλον ἢ καθαρῷ ὕδατι καὶ ἐπὶ φορυτῷ μαργαίνουσαι κατὰ Δημόκριτον. Sub finem hujus fragmenti ἐν ἑαυτῷ in omnibus Plutarchi codd. legitur, pro quo Burchardus αὐτῷ scribendum esse conjicit. Quam emendationem minime necessariam judicamus, siquidem aliud est ἐν αὐτῷ, quod ad corpus

refertur, aliud ἐν ἑαυτῷ quod universe dicitur. Alterum latine *in nobis*, alterum *in eo* licet interpreteris.

49. Scripsimus τοῖσι ἀφροδισιάζουσι pro τοῖς ἀφροδισιάζουσιν.

50. Ξυνουσίη posuimus pro ξυνουσία. Hoc quidem apud solum Stobaeum. Etenim reliqui scriptores vel Democrito vel alii hanc sententiam attribuentes ἐπιληψίαν dixerunt. Apud Stobaeum ἀποπληξίην retineri oportere sponte patet ex sequentibus ἐξέστυται γὰρ κ. τ. λ. quibus causa et ratio redditur, cur post rem veneream hominis vel fortissimi vires tantopere exhaustae sint. Atque in hoc, ni fallor, illa cum apoplexia similitudo versatur. Ex reliquis auctoribus Galen. Comment. I ad Hippocr. lib. III de morbis vulgaribus Tom. V p. 398, 30 (ed. Basil.): τίς γὰρ ἀνάγκη γράφειν, Δημόκριτον μὲν εἰρηκέναι μικρὰν ἐπιληψίαν εἶναι τὴν συνουσίαν; — Clem. Alex. Paedag. lib. II cap. X p. 87 ed. Sylb. (227 ed. Potter.): μικρὰν ἐπιληψίαν τὴν συνουσίαν ὁ Ἀβδηρίτης ἔλεγε σοφιστής, νόσον ἀνίατον ἡγούμενος· —— ἄνθρωπος γὰρ ἐξ ἀνθρώπου ἐκφύεται καὶ ἀποσπᾶται. Plinius Hist. nat. XXVIII, 16: Venerem damnavit Democritus, ut in qua homo alius exsiliret ex homine. Coelius Aurelianus Chronic. Pass. lib. I cap. XIV: „Concubitus sive Venus ab aliquibus parva epilepsia nuncupata est: siquidem similem facit membrorum motum diverso contractu, anhelatione et sudore attestante, et oculorum conversione cum rubore vultus." Effatum hoc Hippocrati ascribit Gellius noctt. att. lib. XIX, 2: „Hippocrates autem, divina vir scientia, de coitu venereo ita existimabat, partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixerunt. Namque ipsius verba haec traduntur, τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν." Gellii verba ad litteram transscripsit Macrobius in Saturnall. lib. II cap. 8. Sed quum hoc, de quo agimus, apophthegma in Hippocratis operibus quae supersunt, non reperiatur, memoria lapsum esse Gellium cum Menagio ad Diog. Laert. lib. IX, 43 existimamus. Quod si fuisset Hippocratis, doctus ejus interpres Galenus id non Democrito tribuisset. Denique hujus sententiae Eryximachum auctorem nominat Stobaeus Flor. VI, 6: Ἐρυξίμαχος τὴν συν-

οὐσίαν μικρὰν ἐπιληψίαν ἔλεγε καὶ χρόνῳ μόνῳ διαλλάττειν (ac tempore tantum differre). Idem Stobaeus Flor. XVII, 13 simile quid de Pythagora prodit: Πυθαγόρας παρηγγύα μὴ πυκνὰ τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου· μὴ δεῖν συνεχῶς ἀφροδισιάζειν αἰνιττόμενος i. e. Pythagoras monebat: ne saepe homo ab homine, hoc aenigmate (discipulis) frequenti rerum venerearum usu interdicens. Fortasse lis ita componi potest, ut Democritus dicatur concubitum apoplexiam, alii, si in hanc societatem admittendi sunt, epilepsiam vocasse.

54. In verbis ὡς στυγέοντες minime sollicitandum est ὡς, cujus sensum recte sic expressit Orellius *simulantes, affectantes vitam se odisse.* Sed hic usus jam e vulgaribus lexicis et grammaticis notus est. Male verterat Gesnerus: *stulti quum vitam oderint, vivere tamen volunt mortis metu,* quisquis enim vivere vult, vitam non odit.

56. Ad hunc locum Orellius haec notavit: „Conr. Gesnerus vertit *nihil approbant* (οὐδὲν ἀνδάνουσι). Sed ἀνδάνειν accusativo nunquam junctum reperiri apud bonos scriptores, et in illo Theognidis versu 26:

—— οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
Οὔθ' ὕων πάντας ἀνδάνει, οὔτ' ἀνέχων

legendum esse Οὔθ' ὕων πάντεσσ' ἀνδάνει etc. contra Brunckium monet Schaeferus in editione poetarum gnomicorum novissima pag. 8. Quare et h. l. legendum videtur: Ἀνοήμονες οὐδέν' (pro οὐδενὶ) ἀνδάνουσι, *nulli gratificantur, grati sunt, sie machen keinem Freude.* De elisione litterae ι in dativo singulari tertiae declinationis vide eundem Schaeferum ad Sophocl. Oedip. Colon. v. 1436 Tom. II p. 326." In Theognidis loco reprobamus Schaeferi emendationem ob analogiam verbi ἀρέσκειν, quod saepissime accusativo jungitur. Neque enim ad nostram libidinem veterum scripta corrigenda sunt. Quod ad nostrum locum attinet, possis quidem exarare οὐδένα ἀνδάνουσι *nemini probantur*, sed nihil felicius est Valckenarii conjectura οὐδὲν μανθάνουσι.

57. Joh. Conrad. Orellius neglecta codd. auctoritate κτῆσις edidit pro χρῆσις. Idem ad hunc locum scripsit: „fateor

me haec verba non intelligere. Num sana lectio?" Cui non male respondit Caspar Orellius: „Mihi videtur vulgata lectio sanissima et sic explicanda: *pecuniarum collectio et usus cum stultitia conjunctus est quasi communis choregia.* Alludit scilicet ad choregi munus molestissimum simul et sumptuosissimum. Sammelt man mit Unverstand Reichthum, so ist dies eine gemeinsame Choregie d. i. so hast du nur zum Besten andrer, die dich zu ihrem Choregen machen, dich bei diesem oder jenem Anlasse abzapfen, gesammelt." In hac explanatione nihil reprehendo, nisi quod Orellius non animadvertit, Democritum non de colligendis pecuniis (περὶ τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως) sed de solo earum usu (χρήσεως) hic agere. Nos in transferenda sententia, choragiae vocabulo vitato, intellectu facilius reddere philosophi apophthegma tentavimus. Si Maximum sequimur auctorem, (cf. p. 760) statuebat Democritus, divites plerosque ἐπιτρόπους, ἀλλὰ μὴ δεσπότας τῶν χρημάτων εἶναι; id quod Orellii interpretationem confirmat. Hac ratione enim vel ipse populus vel quicunque divites ad erogandam pecuniam cogit ὁ δεσπότης τῶν χρημάτων est, ipsi divites ἐπιτρόπων munere funguntur.

58. In sententiis, falso Democratis nomine inscriptis, legebatur συνέσεως, pro quo Orellius e Stobaeo substituit συνέσιος. At apud Stobaeum codd. habent ξυνέσιος, quae scriptura τοῦ ξύν pro σύν a librariis saepe mutata ubique Democrito reddenda videtur. Nam etsi inter ionicos scriptores Herodotus fere constanter utatur formis συμφέρω, συμφορή et similibus, cf. lib. I cap. 32, Hippocrates tamen alteram praepositionis formam praeoptat, ξυμφέρω et ξυμφορή dicens. Vide Schweighaeuseri lex. Herod. et Foesii Oeconom. Hippocr. Huc accedit, quod aliis locis pars codicum Stobaei ac praeterea Cod. Palat., qui sententias Pseudodemocraticas continet, illud ξ servarunt. Inde facilis conjectura est, apud Democritum restituendum esse ξ in hac praepositione, id quod fieri oportere suspicatus Orellius faciendum aliis reliquit. Nos semel hoc monuisse contenti caeteros locos taciti ad hanc normam direximus. Pro κτήματα in cod. Palat. male scribitur χρήματα.

59. Fragmentum hoc scripsimus ut inter sententias Pseudodemocraticas legitur. Hinc reor cum Orellio, corrigendum esse Stobaeum, ubi haec verba Democrito (al. Demonico) attributa, in hunc modum corrupta, exstant: Χρυσοῦ τὸν οἰόμενον νόον ἔχειν οὐ νουθετέων τί ματαιοπονέει; Non plane improbanda est conjectura Gesneri χρυσοῦ δεσπότην rescribendum putantis qui et οὐ ante νουθετέων expungit. Nam pauper, inquit Orellius, qui ob egestatem aliorum arbitrio obnoxius est, quamvis sit φίλαυτος, vix tamen audebit refragari monitoribus. Sed potior est Orellii suspicio quae et mihi, antequam opus Orellianum nossem, jam pridem inciderat, extremum verbum proxime antecedentis sententiae χρυσοῦ ab inscio quodam librario ad hanc fuisse transscriptum. Eandem rationem tueri apparet Levesquium sic vertentem: C'est perdre le temps que de vouloir éclairer l'orgueilleux qui s'étonne lui-même de ses propres lumières. Aliam viam ingressus est Jacobsius qui in animadvers. ad Eur. et Stob. p. 235 hoc fragmentum Eusebio, nescio cur, ascribens ac νόον cum νουθετέων jungens χρυσοῦ τὸν ἐφιέμενον reponendum conjectavit. At in commendanda hac emendatione vir doctissimus frustra laborat. Neque magis commendabilia sunt Gaisfordii et Burchardi de hoc loco judicia, quorum prior νουθετέων, τὶ ματαιοπονέει (quod vix intelligas), posterior νουθετέων τι, ματαιοπονέει posuit. Germanica denique horum verborum interpretatione longe a vero aberravit Burchardus. Sic enim vertit: „Wer einem, der für Geld Verstand zu haben glaubt, gute Lehren geben will, macht sich vergebliche Mühe."

61. Eadem sententia reperitur ap. Anton. et Maxim. pag. 225 et pag. 278. Posteriore loco exaratum est παντός ipsumque dictum ad Thespidem auctorem relatum.

62. Scripsimus παντελέως pro παντελῶς. Holstenius vertit: *qui pecuniis facile vincitur, haudquaquam erit justus*, quod Orellius sic corrigit: *nunquam fieri potest, ut justus sit, qui pecuniis facile vincitur*. Neutrum scripsit Democritus cujus verba nihil nisi hoc sonant: *qui pecuniis facile vincitur, (vel corrumpitur) nunquam ille justus fuerit*. Hoc ut de

judicibus dictum accipio. Caeterum si forte latius patere voluit apophthegma suum Democritus, quod patitur rei ambiguitas, ita fere interpreteris licet: *qui prorsus est pecuniae servus, nunquam ille justus fuerit: wer ganz dem Gelde unterthan ist, der möchte wohl niemals gerecht sein.* Atque haud scio an hoc alterum dilucidandi genus praeferendum sit, praesertim quum hoc pacto in suspenso relinquatur, sitne homo ille, de quo loquitur philosophus, suae pecuniae tenax, an alienae avidus, an hanc aviditatem cum illa tenacitate conjungat. Hinc evidens est, Burchardinam hujus sententiolae translationem mihi arridere non posse. Sic autem fragmentum in germanicam linguam transfert: „*Wen seine Schätze ganz besiegen, der kann nie gerecht sein.*"

63. ἐργασίης cum Burchardo scripsi pro ἐργασίας. Haec sententia quae apud Anton. et Maxim. pag. 225 (ubi legitur ἐπιγινόμενος et omittitur τὸ) Democrito vel Demonacti attribuitur, pag. 763 autem ad Chilonem auctorem refertur, iterum obvia est apud Stobaeum XCII, 15, sed in hunc modum corrupta: Πλοῦτος ἀπὸ (Orell. ἐπὶ) κακῆς ἐργασίης περιγενόμενος σῆμα οὕτως ἐν τοῖς τὸ ὄνειδος κέκτηται. Ad enodanda verba σῆμα οὕτως ἐν τοῖς Gesnerus ἀνθρώποις post articulum addendum esse ratus est, σῆμα pro nota infamiae accipiens. Quem vocis sensum sibi ignotum esse affirmans Conradus Orellius tentabat: στίγμα ἐστὶ, καὶ τούτῳ ἐν τοῖς ἀνθρώποισι ἐπιφανέστερον τὸ ὄνειδος κέκτηται, at Caspar Orellius: πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίης περιγενόμενος σηματωέστερον (corr. σημαντοέστερον) ἐν τοῖς ἀνθρώποισι τὸ ὄνειδος κέκτηται. Denique Gaisfordius pro σῆμα οὕτως ἐν τοῖς ponebat ἀσχημονέστερον. Sed illi omnes, ut cum Democrito loquar, ματαιοπονέουσι. Quippe egregie conjectavit Burchardus, ex ea quae apud Stobaeum hoc fragmentum praecedit sententia: ὥσπερ ἐν τοῖς ἕλκεσι φαγέδαιναι κάκιστον νόσημα, οὕτως ἐν τοῖς χρήμασι τὸ μὴ προσαρμόσαν καὶ τὸ συνεχές verba νόσημα οὕτως ἐν τοῖς prima voce truncata (σῆμα οὕτως ἐν τοῖς) librariorum incuria in hoc fragmentum inserta esse, ibique locum τοῦ ἐπιφανέστερον occupasse. Itaque sententia titulo XCII subjecta antequam a libra-

librariis, insciis fortasse, interpolaretur, non discrepabat ab ea quae subest titulo X.

64. ζημίην pro ζημίαν jam recte scripsit Burchardus. Idem contulit cum hac sententia Thaletis dictum ap. Stob. Flor. III p. 97 μὴ πλούτει κακῶς.

66. μέζονες ὀρέξεις Burchardus edidit pro μείζονες ὀρέξεις quod est apud Orellium. At scribendum est μέζονες ὀρέξιες vel ὀρέξις more Jonum. Jacobsius l. l. pro κόρῳ poni jubet λόγῳ, qua emendatione non est opus.

67. Mutavimus τοῖς in τοῖσι, νόσημα in νούσημα (iisdem de causis quibus Diezius Hippocratis librum inscripsit περὶ ἱρῆς νούσου), συνεχές in ξυνεχές, denique προσαρμόσαν quod ferri nullo modo potest, in προσαρμόζον. Sensum hujus loci non est assecutus Gesnerus verba graeca sic reddens: *quemadmodum in ulceribus pessima gangraena est, ita (in morbis animi) animus in pecuniarum acquisitione non contentus et sibi inaequalis.* Idem pro τὸ συνεχές exarari voluit τὸ μὴ συνεχές quod comprobavit Orellius. Neuter sensum hujus fragmenti adnotatione illustravit. Burchardus p. 29 adn. 1 fatetur, se contentionis a Democrito factae causam (vulgo dicunt tertium comparationis) non intelligere. Res, nisi fallor, sic se habet. Pauperes interdum, ut in fragmento antecedenti ait Democritus, feliciores sunt, quam divites. Qui enim opibus vel partis vel hereditariis recte uti nesciunt, sed quo plura accumularunt, eo plura appetunt nunquam contenti, nunquam aliud nisi lucrum cogitantes, eorum animi, quemadmodum corpora aliquando paullatim serpente gangraena depascuntur, ita sensim augescente ac tandem inexplebili cupiditate dies noctesque agitantur, neque quiescere possunt, inopes se esse inter maximas opes rati. Horum igitur vita quanto longior est, tanto fit intolerabilior atque inter perpetuos cruciatus transit. Quod nisi quibus irati dii opes dederunt, iis benevolum numen calamitatibus et rebus adversis divitias eripit, mors tali vita potior est. Cf. Juvenal. Sat. XIV, 135 seqq. Caeteroqui philosophi dictum vix aliter quam ea qua usi sumus circumlocutione latine licet exprimere. Germanice dicas: „wie unter den

Eiterwunden der Krebs die schlimmste Krankheit ist: so ist unter den Reichthümern das Unpassende und Dauernde ein grofses Uebel d. h. die vermöge ihrer Gröfse für einen thörichten Besitzer nicht passenden Reichthümer sind ihm, je länger er ihrer geniefst, desto verderblicher." De voce φαγέδαινα legendus, praeter Foesium in Oecon. Hippocr. h. v., Valckenarius ad Ammon. pag. 224 seqq. Intransitive hic accipiendum erat προσαρμόζον, qua significatione frequentius est verbum simplex ἁρμόζειν.

68. οἶτον de Gesneri conjectura pro σῖτον; αἰεὶ scripsimus pro ἀεὶ. Jacobsius in Animadv. ad Eurip. et Stob. pag. 238 legi voluerat βίον vel βιοτόν, quae tamen emendatio ipsi postea displicuit in Praefat. ad Curas secundas p. XIV, ubi Gesneri suspicionem confirmaturus apposite excitavit fragmentum Cratetis VI in Analect. Brunck. Tom. I pag. 187.

> Χρήματα δ' οὐκ ἐθέλω συνάγειν κλυτά, κανθάρου οἶτον
> Μύρμηκος τ' ἄφενος, χρήματα μαιόμενος.

et Callimach. Hymn. in Pallad. vs. 94:

> ——— γοερῶν οἶτον ἀηδονίδων

ubi vide Spanhem. pag. 689. His omnibus locis οἶτος non est *sors infelix*, ut apud Homerum, qui tamen saepe κακός adjicit, sed omnino *sors*, *fatum*.

69. Posuimus τέκνοισι et ξυναγωγή pro τέκνοις et συναγωγή.

70. Inseruimus μὴ ante καταφερόμενοι, quae vix emendatio dicenda est, quum ν ἐφελκυστικόν perperam additum praegressae voci τύχωσι, quod Orellius retinuit, Burchardus delevit, illius μὴ vestigium adhuc servare videatur. Substituimus δέει pro δεῖ. In sequentibus vulgatam lectionem a Burchardo non bene defensam χαλεπὸν δὲ τυχεῖν ἑνός, pro qua Salmasius οὐ χαλεπὸν δὲ μὴ τυχεῖν ἑνός legi voluit, Jacobsius χαλεπὸν δὲ οὐκ ἀτυχεῖν ἑνός exarandum conjecit, addito articulo et restituto Jonismo in χαλεπὸν δὲ τυχέειν τοῦ ἑνός convertimus. Sententiae nexum, omninoque rem de qua agitur, hoc est comparationem a saltatoribus ductam ipsumque saliendi artificium, denique similitudinem inter saltatorem minus peritum et hominis

praeparci filium non satis intellexerunt superiores interpretes. Gesnerus vertit: „Parcorum filii, indocti qui sint, perinde ac agyrtae super nudos gladios saltu se conjicientes, si uno defecerint, neque locum, quo pedibus niti debebant, tetigerint, male dispereunt. Difficile vero est uno non excidere, nam solum vestigii pedis spatium eis relinquitur. Sic vero et isti, si a paterno exemplo parcitatis desciverint, perire solent." Non percepit verba ἑνὸς μούνου, quae ita interpretatus est, quasi ad gladios (μαχαίρας) referrentur; quod ob generis diversitatem fieri nequit. Idem est error in verbis τυχέειν ἑνός, pro quibus substituisse eum apparet μὴ ἀτυχεῖν ἑνός. Orellius haec adnotat: „Edidi χαλεπὸν δ' οὐκ ἀτυχεῖν ἑνὸς ex emendatione verissima Jacobsii. Antea χαλεπὸν δὲ τυχεῖν ἑνός. Sed si difficile putavissent illi ὀρχησταί vel unum assequi plantarum inter duos gladios vestigium, omnino nullo modo aggressuri fuissent ejusmodi saltationem periculosissimam. Et verum vidit jam C. Gesnerus." Idem statim subjicit: „τὸ γὰρ ἴχνιον intellige breve interstitium inter duos gladios." At aliud quid hoc loco ἴχνιον est, ut infra videbimus. Mirandum tamen, Orellium non meliora didicisse e Xenophontis loco Conviv. cap. II §. 11, quem ipse in praecedentibus allegat. Burchardus sic interpretatur: „So wie Tänzer, welche sich zwischen aufgestellte Schwerter stürzen, verloren sind, wenn sie an einer Stelle im Sprunge dahin, wo sie den Fufs aufsetzen müssen, fehlen — und es ist schwer, jedesmal zu treffen, da ihnen immer nur ein Fufs breit gegeben ist — so pflegen auch Kinder von geizigen Vätern, wenn sie nicht wohl unterrichtet sind und die väterliche Spur der Aemsigkeit und Kargheit verfehlen, verloren zu sein." Idem interpretationi suae hanc animadversionem adjungit: „wenn der angegebne Sinn richtig wäre, worüber Andre entscheiden mögen, so bliebe immer der ganz unerwartete Vergleich sehr auffallend. Im Anfang ist mir der Ausdruck ἀμαθέες immer noch unklar und nachher die Wendung χαλεπὸν δὲ τυχεῖν ἑνὸς sehr anstöfsig, obgleich es sich im Gegensatze zu dem vorhergehenden ἦν ἑνὸς μόνου μὴ τύχωσι allenfalls in dem Sinne von χαλεπὸν δὲ μὴ ἁμαρτεῖν

μηδ' ἑνὸς, d. h. τυχεῖν ἑκάστου fassen liefse." Apparet Burchardum in eo potissimum lapsum esse, quod τυχεῖν ἑνός pro τυχεῖν ἑκάστου accepit, quae nunquam a Graecis confunduntur. Res autem sic expedienda. Κυβιστᾷν, interprete Oleario ad Philostrat. vit. Apoll. p. 80 est rotare se, caput deorsum, pedes sursum projicere, ita tamen ut, priusquam in terram devenias, suo loco caput et pedes consistant. Cf. Meursius de saltat. vet. in Gronov. Thesaur. antiq. Gr. vol. VIII et Boettiger. in libro: Andeutungen zu 24 Vorlesungen p. 155. Ergo saltatores, finita demum κυβιστήσει, compositis ad priorem situm habitumque membris erectoque corpore pedibus in gladiorum orbem insiliunt. Hic orbis e gladiis strictis inter seque connexis quorum capuli terrae affixi sunt, confectus adeo angustus est, ut nihil nisi pedes saltatoris capiat. Quae omnia quadrant cum in Xenophontis locum jam ab Orellio allatum, tum in fragmentum Democriteum cujus causa hic sermo a nobis institutus est. Ait Xenoph. Conviv. cap. II §. 11: μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν. Εἰς οὖν ταῦτα ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν· ὥστε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβοῦντο μή τι πάθῃ, ἡ δὲ θαῤῥοῦντως τε καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διεπράττετο. Hic imprimis observatu dignum est, quod περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν appellatur orbis. Si enim non densi atque inter se colligati essent enses, id quod cogitari necesse est, sed rari, quod Orellius voluit, qui de binorum gladiorum interstitiis loquitur, nequaquam Xenophon locutione περίμεστος usus esset. Quidquid enim μεστόν est, in eo nulla sunt intervalla, nulla interstitia. Itaque orbis ille gladiis densus et continens est. Ex his liquido constat pedum vestigium quod solum relictum esse dicit Democritus, non reperiri nisi in ipso circulo ad duorum pedum spatium coarctato. Quodsi haec recte se habent, non erit opus, excusari emendationem nostram τυχέειν τοῦ ἑνός pro τυχεῖν ἑνός. Refertur enim articulus ad rem legentibus notam propterea quod in praecedentibus jam memorata est. Neque addito hic articulo commode fieri potest, ut haec ipsa verba conjungantur cum sequentibus quibus nimia circuli coarctatio, saliendi diffi-

cultatem augens, ante oculos quasi constituitur. Jam sententiae Democriteae nexum atque eam quam esse voluit inter saltatores imperitos et indoctos praeparcorum hominum filios similitudinem videamus. Statuebat Democritus qui ad comparandam doctrinam itineribus susceptis pecuniae non pepercisset, homines indoctos pecunia recte uti nescire: qui igitur patre natus esset avaro, pecuniarum tenaci ac sordido, ei, si litterarum esset expers, patris exemplum sequendum esse, ut in iisdem simulatis quasi angustiis senesceret, neve forte stulta liberalitate aut inutilibus sumptibus patrimonium brevi dilapidaret. Ergo ut *imperiti* saltatores ubi id unum non consecuti sunt, ut insilirent in *angustum* circulum, male pereunt: ita *ineruditi* parcorum hominum filii, ubi a paternis *angustiis* atque a paternae parcitatis exemplo discesserunt, perire solent.

71. Scripsimus τοῖσι pro τοῖς, δατέεσθαι pro δατεῖσθαι, αὐτέων pro αὐτῶν, πολλῷ φειδότεροι pro πολλῶν φειδότεροι (quam mutationem jam Orellius et Gaisfordius fieri jusserant), γίνονται pro γίγνονται, ἀλλήλοισι pro ἀλλήλοισιν, οὐδ' εὐθυμέει pro οὐκ εὐθυμεῖ, quod et Gesnero et Conr. Orellio displicuit, qui καὶ οὐκ εὐθυμεῖ scribi voluerunt. Initium hujus fragmenti sic interpretatur Gesnerus: „Pueris maxime oportet distribuere administrandas communes pecunias, et simul ipsorum habere curam, ne incustoditi negligentius cum eis agant." Idem ante ἀνυστῶν asteriscum tanquam corruptelae signum posuit. Paulo rectius Caspar Orellius: „*Oportet parentes, quantum fieri licet* (ἐκ τῶν ἀνυστῶν i. q. ὡς ἀνυστὸν) *filiis distribuere pecunias, maximam tamen curam habentes, ne in manus accipiant, quod nocere possit.* Reliqua bene vertit Gesnerus. Man mufs den Kindern Taschengeld (oder andere Dinge) soviel, als es nur angeht, vertheilen, (nicht mehreren zugleich das nämliche gemeinsam schenken,) zugleich aber dafür sorgen, dafs sie nichts Schädliches in die Hände bekommen: so (wenn jedes schon sein Eigenthum hat) werden sie zugleich weit sparsamer, (schonender mit den Dingen), begieriger zum Erwerben, und wetteifern mit einander. Was hingegen gemeinsam ausgegeben wird, thut nicht so weh (und sie werden dadurch eher an

Verschwendung gewöhnt, wenn es aus gemeinsamer Kasse geht), als wenn jedes das eigne ausgiebt; und das gemeinsam Erworbene freut (den einzelnen) nicht so, sondern weit weniger." Orellius non percepit vim genitivi τῶν ἀνυστῶν, quem tantumdem valere, quantum ὡς ἀνυστόν non patitur sermo Graecorum. Sunt autem τὰ ἀνυστά hoc loco ea quae a pueris diuturno labore multoque cum sudore perfecta et absoluta sunt. Quum χρήματα apud Graecos non solum pecuniae sed cujuslibet generis res sint (cf. fragm. 236) utramque significationem quam Democritus hic conjungit, in interpretatione exprimendam putavi. Caetera explicatione non egent. De rariore forma φειδός pro φειδωλός vid. Ruhnken. ad Callimach. Fragm. p. 580 ed. Ernesti.

72. Mutavimus τέκνοις in τέκνοισι. Eadem sententia legitur apud Anton. et Max. p. 290.

73. φρονέειν edidi pro φρονεῖν; item ξυμφορῇσι pro συμφορῇσι.

74. Quum ἀδέσποτος saepe de eo dicatur, qui sui juris est nulliusque imperio subjectus (cf. exempla allata in Stephani Thesaur. vol. I col. 637 ed. Has.), non dubito, quin Democritus λύπην ἀδέσποτον appellet dolorem nullo quasi rationis freno coercitum qui dies noctesque homines excruciat, qualis esse solet quum recens est necdum temporis longinquitate mitigatus. Ideirco miror Burchardum, qui non male verterit: *einen Schmerz, über den die hinbrütende Seele nicht Herr werden kann, treibe durch* (ruhige) *Ueberlegung aus*, tamen de voce ἀδέσποτος haec annotasse: „das Wort ist mir unklar und wird mir durch Gesners Uebersetzung immorigerum animae torpentis nicht deutlicher; die deutsche Uebersetzung hat nur entfernt die Analogie der Structur einiger mit dem α privat. zusammengesetzten Adjectiva für sich."

76. Scripsimus κρατέων et ἡδονέων pro κρατῶν et ἡδονῶν. Orellius κρείσσων, pro quo cum Burchardo κρέσσων substitui. Idem fragmentum exstat apud Stob. Flor. XVII, 40, ubi inserendum est κρατέων. In Frobeniana sententiarum sylloge pag. 223 haec leguntur: Ἀριστοτέλους. Ἀνδρειότερος

εἶναί μοι δοκεῖ ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἢ τῶν πολεμίων κρατῶν· καὶ γὰρ χαλεπώτατόν ἐστιν ἑαυτὸν νικῆσαι. Sic et Anton. et Max. p. 179 addito eodem lemmate: Ἀνδρειότερος εἶναί μοι δοκεῖ κ. τ. λ. Ἀνδρεῖος οὐ μόνον ὁ κρατῶν τῶν πολεμίων ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν ἡδονῶν κρείσσων. Ἀλλ' ὦ τῆς ἀνθρωπίνης ταλαιπωρίας, ὅτι πολλοὶ πολλάκις πολεμίων κρατοῦντες καὶ ἄλλων τινῶν, γυναιξὶν ἐδούλευσαν· δεῖ οὖν πάσῃ δυνάμει τὰς γυναικείας ὄψεις ἐκφεύγειν. Sed ut posterior sententiae pars aeque ac prior ad Democritum auctorem referenda est (cf. Stob. Flor. VI, 11 et VII, 26): ita nemini incertum videbitur, Aristotelis nomen librariorum incuria invectum esse; quamquam apparet, ne Democriti quidem nomen ibi reponi oportere, quum philosophi Abderitani verba insertis alienis interpolata sint.

77. Idem fragmentum servarunt Anton. et Max. p. 329. Similem sententiam Heraclito ascribit Aristoteles Eudem. lib. II cap. 7 et Polit. lib. V, 11. Heracliti verba sunt: χαλεπὸν θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνεῖται difficile est irae resistere, haec enim animo emit (quod cupit).

79. Eandem sententiam exhibet Codex Palatinus inter Pseudodemocraticas post vicesimam tertiam ap. Orell. p. 499.

80. Edidi νούσους et παθέων pro νόσους et παθῶν; ἀφαιρεῖται jam a Burchardo in ἀφαιρέεται mutatum converti in ἀπαιρέεται.

81. Restitui ἐοῦσα pro οὖσα. Cum hac sententia conferri possunt verba Horatiana lib. I epist. VI, 1:

> Nil admirari prope res est una, Numici,
> Solaque, quae possit facere et servare beatum.

Sed, quod in transcursu moneo, non omnem vim vocis ἀθαμβίη expressit Cicero de fin. lib. V, 29 *animum terrore liberum* interpretans. Est enim ἀθαμβίη non minus terroris, quam stuporis et admirationis vacuitas. Quocirca σοφίην ἄθαμβον accepi pro sapientia quae nihil neque admiratur neque reformidat.

82. Substituimus ὀρέξιες τυφλοῦσι pro ὀρέξεις τυφλοῦσιν.

83. Dedimus ἐπιθυμέειν pro ἐπιθυμεῖν.

84. Pro ἑαυτοῦ scripsimus ἑωυτοῦ; pro συνηθείᾳ autem substituimus ξυνηθείῃ. Vix enim alia forma uti potuit Demo-

critus. Nam ne ex Herodoto aut Hippocrate petam exempla, quae minus certa sunt, similiter in Batrachom. vers. 71 scribitur:

Πάλλετ' ἀηθείῃ καὶ ἐπὶ χθόνα βούλεθ' ἱκέσθαι.

Caeterum Democriti verba ad litteram sic vertenda sunt: *labor continuus consuetudine levior fit se ipso* i. e. temporis progressu levior fit, quam initio fuerat. Bene autem cum hoc congruit quod laborioso adolescenti Democritum dixisse ajunt Anton. et Max. p. 377: κάλλιστον ὄψον τῷ γήρατι ἀρτύεις. Vid. fragm. 220.

85. Anton. p. 377: Δημοκρίτου. Δεῖ τοὺς πόνους διώκειν, ἀνθ' ὧν τὰ μεγάλα καὶ λαμπρὰ γίνεται τοῖς ἀνθρώποις. In his verbis pro ἀνθ' ὧν legendum esse ἀφ' ὧν dubitanter quidem, sed tamen Plutarchei loci comparatione inductus monet Burchardus. At ferri potest vulgata, si magnitudinem et splendorem τὴν τῶν πόνων ἀνταμοιβήν esse dicamus.

86. Praeter alios locos quos Wyttenbachius ad Julian. Orat. 1 pag. 163 ed. Schaefer. citat, cum nostro componere licet Isocratis praeceptum ex oratione quae ad Demonicum inscribitur p. 8: Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν. Eadem verba apud Anton. p. 377 exstant, ubi tamen ἵνα δόξῃς pro ὅπως ἂν δύναιο legitur.

87. Posterior enuntiationis pars vulgo sic scribitur: ἓν δὲ ἄκος τῇ ἐπιτυχίῃ τὸ πᾶν ὁμοίως ἀνιηρὸν καὶ ταλαίπωρον. Gesnerus ἀποτυχίῃ legendum conjecit. Idem postrema sic interpretatus est: *Frustrationi vero, cum spei non respondet eventus, unum est remedium, si omnia reliqua similiter aerumnosa sint et laboriosa.* Jacobsius in Animadv. ad Eurip. et Stobaeum p. 244 seq.: „In hoc fragmento, ait, admodum depravato hoc saltem extra omnem dubitationem positum videtur, non ἀτυχίῃ, quod est e conjectura Conr. Gesneri, nec ἐπιτυχίῃ quod vulgo legitur, sed ἡσυχίῃ legendum esse. *Labor*, ait, *otio suavior, in otio enim omnia ingrata molestaque insunt.* Reliquorum correctio minus certa. Fortasse ἓν δὲ ἀνέσει τῇ ἐπ' ἡσυχίῃ etc. *in illa autem remissione, quae cum otio*

conjuncta esse solet. In mentem quoque venit ἐν ναρκώδει ἡσυχίῃ δὲ πᾶν etc. *in illa lethargica tranquillitate autem* etc. Similem medelam Xenophonti adhibeam in Mem. Socr. lib. II c. 1, 2: τὸν εἰς τὸ ἄρχειν, νὴ Δία, παιδευόμενον, ὅπως μὴ τὰ τῆς πόλεως ἄπρακτα γίγνηται παρὰ τὴν ἐκείνου νάρκην. Sic emendandum suspicor pro eo, quod vulgo legitur: παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν." Conr. Orellius ad hunc locum notat: „Patruelis meus Joh. Caspar Orellius legendum censet ἐν δὲ ἀκουσίῃ ἐπιτυχίῃ si vero et forte fortuna nec quaerentes in quid inciderint (i. e. boni quid invenerint). Opp. εἰδέωσι κύρσοντες. Quod admodum placet: modo pro τὸ πᾶν legamus τὸ πονεῖν hoc sensu: *wenn man aber auch etwa unfreiwillig, bewufstlos auf etwas geräth, so ist doch alles solches Arbeiten ohne Zweck lästig und mühsam.* Eodem sensu v. ἐπιτυχίη occurrit infra fragm. 85. Τεκνοτροφία σφαλερόν· τὴν γὰρ ἐπιτυχίην ἀγῶνος καὶ φροντίδος μεστὴν κέκτηται. Gaisfordius in vulgata lectione acquiescit. Sed neque vulgatam scripturam neque eas quas memoravimus virorum doctorum conjecturas ferri posse recte judicat Burchardus. Sic enim comparatam esse sententiam, ut in posteriori membro quod priori opponatur, necessario dicendum sit, *labores quibus desit eventus, molestiarum plenissimos esse.* Quod quominus probem nihil obstat. Quo magis mirandum est, virum doctissimum non melius hunc locum sanasse. Namque ejus emendatio ἐπὶ δὲ ἀγαθῇ τύχῃ τὸ πᾶν ὁμοίως ἀνιηρὸν καὶ ταλαιπωρόν (corr. ταλαίπωρον) prorsus displicet. Idem fragmenti hujus initium corruptum esse ratus, verba τῆς ἡσυχίης tanquam aliunde illata aut saltem minus recte principio sententiae posita uncis inclusit. At ego in alia omnia discedo. Quippe neque initium corruptum videtnr, neque male genitivus comparationis ante comparativum collocatur, cujus rei exempla sunt ap. Hermann. ad Viger. adnot. 53 pag. 716 ed. 3. Equidem verba ἓν δὲ ἄκος τῇ ἐπιτυχίῃ mutanda censeo in τὸ δὲ ἄχος τῆς ἀποτυχίης, post ἀποτυχίης excidisse suspicor verbum praecedenti voci non absimile, ἀποδείκνυσι, quae ipsa similitudo forsitan effecerit, ut omitteretur, denique πᾶν cum Orellio in πονέειν converto. Itaque sensus erit: *at dolor e frustratione*

susceptus ipsos labores ingratos pariter ac molestos efficit.

88. Edidimus αἰεὶ pro ἀεὶ; servavimus μέλλειν quae vulgata scriptura est pro μέλλον quod in Cod. Palat. sententiarum Pseudodemocraticarum legitur. Utrumque defendi potest. Posterius probatur Burchardo et Orellio qui participium hic pro infinitivo poni affirmans, citat Hemsterhus. ad Lucian. p. 228 ed. Bip. et Schaefer. ad Greg. Corinth. p. 218. Sed neque opus fuit his auctoritatibus neque nostro loco participium infinitivi vicem gerit, sed τὸ μέλλον hic nihil est nisi *cunctans.*

90. Pro μικρὰς jam Orellius bene substituit σμικράς, quod solum videtur ionicum esse. Cf. Koen. ad Greg. Corinth. p. 500 ed. Schaefer.

91. Idem fragmentum servarunt Anton. et Maxim. p. 304. Ἀδημοσύνη quum significet moerorem e fastidio natum, non male componitur ab Orellio cum germanica locutione *Unbehaglichkeit*, quae vox fere ubique quadrat, quamquam ad graeci vocabuli originationem magis accedit *Unheimlichkeit*, quo nomine usus est P. Buttmannus Lexil. tom. II p. 135 — 137, verissime hoc verbum a δῆμος deducens. De somnis diurnis cf., si volupe est, Blomfield. Gloss. Aesch. Agam. 549. Burchardus qui loci Sophoclei Electr. 780 meminit, de sola meridiatione Democriti verba accipienda esse existimat, quod ego ut incompertum relinquo.

92. Vulgavimus εὐθυμέεσθαι pro εὐθυμεῖσθαι, πρήσσειν pro πράσσειν. Deseruimus vulgatam lectionem ὅσ' ἂν προσῇ *quaecunque adsint*, substituta in ejus locum praeclara codd., quos Gaisfordius inspexit', scriptura ἅσσ' ἂν πράσσῃ, etsi postremam vocem in πρήσσῃ mutavimus. Scripsimus praeterea cum Burchardo αἱρέεσθαι pro αἱρεῖσθαι et ὑπηγεομένης pro ὑφηγεομένης. Denique ἐπιβαλούσης convertimus in ἐπιβαλλούσης et δοκεῖν in δοκέειν. Hic locus negotia facessivit interpretibus. Ac primum quidem Gesnerus non omnia intellexit sic fragmentum interpretans: „Tranquillus qui esse cupit, eum multa vel privatim vel publice agere non oportet, neque suscipere quidquam, suas quod

superet vires: ita vero sui gerere curam, ut quamvis praesentem fortunam et quidquid opinio desiderat suppeditaturam declinet, neque plura admittat, quam quibus ferendis par valeat esse. Praestat enim, ut nobis conveniant ea, quibus fruimur, quam eorum abundantia." Apparet eum male accepisse verba ὥστε καὶ τῆς τύχης ἐπιβαλλούσης καὶ ἐς τὸ δέον ὑπηγεομένης τῷ δοκέειν et extrema ἡ γὰρ εὐσγκίη κ. τ. λ. Conr. Orellius ad posteriorem sententiae partem haec adnotavit: „Verba corruptissima, quae sic emendanda censeo: ὥστε, καὶ τῆς τύχης ἐπιβαλλούσης καὶ εἰς τὸ πλέον σοι ὑφηγεομένης τοῦ δοκεῖν, κατατίθεσθαι, hoc sensu: ita ut, licet fortuna ipsum honoribus oneret et ultra exspectationem suam extollat (scil. in negotiis suis vel rebus gerendis), deponat tamen negotia sua sive munera (τὰ πράγματα, quod subintelligendum ex praecedenti πολλὰ πράσσειν)." Sed hac emendatione non est opus. Aliter statuit Casp. Orellius qui patruelis sui observationi hanc animadversionem apposuit: „Fortassis tolerari possit vulgata lectio hoc sensu: *ut, licet fortuna tibi imposuerit* (lego cum Stobaeo ἐπιβαλούσης pro ἐπιβαλλούσης) *onera (honorum scil. munerumque) teque ducat ad ea, quae opinione tua tanquam necessaria desideras, onus tamen deponas, neque plura suscipias, quam praestare possis: so dafs, wenn das Glück dir (viele Würden, Güter u. s. f.) aufladet, und deinem Wahne zur Führerin dient* (εἰς τὸ δέον) *zu dem, was du zu bedürfen glaubst, (wohin du wünschen magst) du (die Bürde) ablegen, und nicht mehr, als du vermagst, auf dich nehmen sollst*, vel, si v. τῷ δοκεῖν conjungere velimus cum κατατίθεσθαι i. e. συστέλλεσθαι, *du dich in deinem Wahne (viel tragen zu können) mäfsigen (gleichsam niederducken) sollst.* Vel tandem possimus etiam legere τὸ δοκεῖν κατατίθεσθαι *opinionem deponere, deinen Wahn (dein Selbstvertrauen) ablegen.* Sed magis placet explicatio, quam primo loco posui." At nulla harum explicationum ferri potest. Denique Burchardus locum sic vertit: „Wer wohlgemuth werden will, mufs nicht vielgeschäftig sein weder für seine Person, noch für das öffentliche Wesen, und nichts, was er thut, über seine Macht und Natur hinaus

ergreifen, sondern also auf sich achten, dafs, wenn ihm der Zufall (irgend ein Lebensverhältnifs) etwas darbietet (oder zumuthet) und es (d. h. die Annahme desselben) dem Scheine nach selbst bis zur Nothwendigkeit steigert, er es doch von sich lege und sich nicht mit mehr befasse, als dem möglichen: denn die gute Masse ist sichrer als die grofse Masse." Hunc quoque patet verba ὥστε καὶ τῆς τύχης ἐ. κ. ἐ. ὃ. ὑ. τ. ὀ. non satis percepisse. Est vero ἐπιβάλλουσα τύχη *fortuna draesens* vel proprie *fortuna quae nobis contingit.* Nam ἐπιβάλλειν saepenumero intransitive dici pro eo quod est *contingere, evenire, ad aliquem pertinere* imprimisque τὸ ἐπιβάλλον μέρος de *rata parte* accipi nota res est. Cf. exempla ex Herodoto, Demosthene aliisque allegata in Steph. Thes. l. gr. vol. III col. 1526 et 1527 ed. Dind. Praeterea δοκέειν pertinet ad δέον hoc sensu: *specie necessarium,* vel *quod necessarium videtur.* Cf. Herod. I, 172. Προσάπτεσθαι pro genitivo hic accusativum asciscit, ut ἐφάπτεσθαι ap. Platonem, θιγγάνειν apud Archilochum. Vid. Bernhardi Syntaxin ling. gr. pag. 148. Reliqua quomodo intelligenda sint, ex interpretatione mea liquere arbitror. Caeterum quod ad ipsam sententiam attinet, similia Democrito saepius protulit Euripides. Cf. Valckenar ad Hipp. p. 248 et Diatrib. p. 82. Hunc enim poetam cum aliorum philosophorum tum Democriti scripta lectitasse non vana est conjectura. Constat etiam a multis posteriorum scriptorum hoc Democriti dictum celebratum esse, sed horum omnium locos aliis colligendos relinquo. Cf. tamen quae supra dixi de libro περὶ εὐθυμίης. Adde quae ad defendendum hoc fragmentum adversus Meinersium a nobis disputata sunt in praefatione ad fragmenta spuria.

93. Scripsimus οἰκητῶν pro οἰκείων quod tuentur Orellius et Burchardus. Gaisfordius e codd. protulit ἰδίων. quam vocem recte judicat Burchardus nihil esse nisi Democritei vocabuli explicationem. De reliquo οἰκήιος et in sequenti fragmento reperitur et in aliis philosophi hujus sententiis apud Stob. Flor. XIII, 40. XLVII, 19.

94. Eadem sententia exstat apud Pseudodemocratem Orell.

n. 25, ubi antea legebatur κρεῖσσον et cod. Palat. male οἰκεία habet. Reperitur et apud Anton. et Max. p. 252 addito lemmate *Isocratis*, sed ibi scribitur κρεῖσσον τὰ οἰκεῖα ἐλέγχειν ἁμαρτήματα ἢ τὰ ἀλλότρια. Bene jam monuit Burchardus, hoc dictum e Democriti, Isocratis et Epicteti sententiis olim in unum corpus redactis depromtum videri.

96. Quae in his verbis Democritea sint, quae Plutarchea, nolim definire.

97. Quae turpia factu sunt, ea dictu quoque inhonesta esse censet Democritus. Idem igitur dicit philosophus, quod Isocrates in ea quae ad Demonicum inscripta est oratione pag. 5 ed. Steph. (pag. 6 ed. Bekk.): Ἃ ποιεῖν αἰσχρόν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν.

98. Edidi cum Burchardo ἐργάσῃ. Orellius scripsit ἐργάσῃς quod Burchardo soloecum videtur, sed probabile est hanc formam in antiquis Stobaei editionibus reperiri, ex quibus praeter Orellium Schneiderum quoque dicas in lexico graeco eam hausisse. Neque mirandum, quod in Dindorfianam Thesauri Stephanici editionem vol. III col. 1968 recepta est, praesertim quum activum hujus verbi Hesychii quoque et Theodori Prodromi auctoritate nitatur, quorum locos apud Dindorfium vide. Tutius tamen fuit cum Henr. Stephano in Poes. philosoph. p. 169 et melioribus Stobaei codd. ἐργάσῃ exarare. Praeterea in hoc fragmento σεωυτὸν pro σεαυτὸν vulgavi.

99. Pseudoplutarchus libro de puerorum educatione pag. 9. F.: καὶ μέντοι καὶ τῆς αἰσχρολογίας ἀπακτέον τοὺς υἱεῖς· λόγος γὰρ ἔργου σκιή, κατὰ Δημόκριτον. Idem dictum Democrito a Scholiaste Rhetoricorum Aristotelis vindicatur. Corrupte autem olim apud Suidam legebatur ὁ Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης κ. τ. λ. τούτου ἐστὶ καὶ τὸ Λόγος ἔρμοῦ αἰκίη, ubi Menagius ad Laert. lib. IX, 37 et Bentlejus opusc. philol. p. 255 ed. Lips. corrigendum esse viderunt Λόγος ἔργου σκιή. Michael Psellus in libello περὶ ἐνεργείας δαιμόνων non longe ab initio Simonidi simile dictum attribuit his verbis: εἰ γὰρ κατὰ τὸν Σιμωνίδη ὁ λόγος τῶν πραγμάτων εἰκών ἐστιν, quamquam

nolo, diffiteri interesse aliquid inter εἰκόνα et σκιήν. Porro Solon etiam dixerat τὸν λόγον εἴδωλον εἶναι τῶν ἔργων teste Diog. Laert. lib. I, 58, cujus auctoritatem secuti videntur Anton. et Max. p. 933. Isidorus Pelusiota lib. III epist. 252 et 259 tale apophthegma ad Lacedaemonios refert: παρὰ Λακεδαιμονίοις, τοῖς σκιὰς τῶν πράξεων τοὺς λόγους εἶναι εἰκότως ὡρισμένοις, τὸν αἰσχρῶς βεβιωκότα οὐδὲ γνώμην ἀγαθὴν ἀποφήνασθαι ἐξῆν. Verum, ut bene observavit Bentlejus in Dissert. de epist. Phalar. pag. 19 opusc. philol. ed. Lips. atque in Resp. ad Boyl. ibid. p. 255 exigua Pselli et Isidori Pelusiotae in hac quaestione auctoritas est, omninoque aliud est εἴδωλον et εἰκών, aliud σκιή, neque pro iisdem habenda sunt πρᾶγμα, πρᾶξις et ἔργον. Quocirca veteris doctrinae studiosi vix dubitabunt, quin Democritus sententiae, de qua loquimur, auctor esse existimandus sit. Quod reliquum est, non possum mihi temperare, quin hic tangam jocularem Magneni errorem, qui in Democrit. revivisc. p. 14 ed. Hag. (1658) λόγος ἔργου σκιή libri alicujus Democritei titulum esse putavit.

100. Scripsimus bis αἰδέεσθαι pro αἰδεῖσθαι et ποιέειν pro ποιεῖν. Praeterea cum Burchardo edidimus ἢ εἰ πάντες pro ἢ οἱ, quae vulgata est scriptura, et pro ἢ εἰ οἱ, quod in codd. legitur. Porro ne quis soloecam putet juncturam τοῦτον νόμον rescribendumque opinetur τοῦτον τὸν νόμον, tenendum est, τοῦτον attributi vice hic fungi, de quo pronominis significatu cf. Bernhardi Syntax. p. 313. Apposite cum hac sententia contulit Burchardus ex Pythag. verb. aur. v. 11 — 12 pag. 107 ed. Brunck.

—— πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου
μήτ' ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.

101. Pro vulgato ἑαυτὸν substituimus ἑωυτόν.

102. Jonismum restituimus in μεταμελίῃ, quemadmodum est in vit. Hom. 19 pro μεταμέλεια. Notandum praeterea in Cod. Palat. ἔργμασι legi pro vulg. πρήγμασι. Burchardus religionis christianae vestigia hic deprehendisse sibi visus Democrito hanc sententiam abjudicat. At multa hujusmodi leguntur apud veteres, deinde scriptores qui Democriti aevo vixere, jam

aliquoties usurpant μεταμέλομαι et impersonaliter μεταμέλει atque ipsum substantivum μεταμέλεια, eo sensu quo postea scriptores christiani. Nam quod est apud Herodotum 9, 1: τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμένα μετέμελε οὐδέν, id satis probat τὴν μεταμέλειαν vel μεταμελίην Democrito non fuisse ignotam. Quare non est, quod Democritum hujus fragmenti auctorem esse negemus.

103. Pseudodemocrat. n. 19: πολλοὶ λόγον μὴ μαθόντες ζῶσι κατὰ λόγον· πολλοὶ δὲ δρῶντες τὰ αἴσχιστα λόγους ἀρίστους ἀσκέουσι. Multi qui rationem non excoluere, ex ratione vivunt, multi contra turpissima perpetrantes opera, optime meditatis utuntur sermonibus.

105. Eadem sententia legitur inter Pseudodemocraticas n. 21 ap. Orell., sed ibi πρῆξιν et ζηλοῦν scribitur. Sensus hujus fragmenti est: re factoque, non verbis virtuti est studendum. Possis forsitan ad litteram, sed minus latine sic vertere: res et opera virtutis, non verba aemulanda sunt; at priorem interpretandi rationem veram esse e sequenti fragmento patet.

107. Mutavimus ὅσοις in ὅσοισι.

108. Formam Democriteam χρηέοντα, quam hoc loco et Ecl. eth. II, 9. 3 consensu tuentur codices, cum Burchardo servandam putavi, licet Heerenius posteriore loco χρέοντα, quod minime probes, ediderit, Valckenarius autem τὰ χρὴ ἑκόντα, quod hoc tantum loco ferri potest, Wakefieldius τὰ χρήζοντα, Gaisfordius et Orellius τὰ χρὴ ἐόντα scribendum conjecerint. Videtur enim Democritus qui multa mutabat, μῦ litteram μῶ appellans, ac vel litterarum nomina flectebat, δέλτατος et θήτατος dicens (cf. Bekker. anecd. p. 781) hoc quoque participium χρεών, quod ex χρὰν ortum ceteri scriptores indeclinatum ponunt (cf. Buttm. gr. ampl. §. 57 adn. 4 et §. 114) suo periculo mutasse et declinasse. Vide supra pag. 149.

109. Holstenii verba hic intacta reliqui, qui hoc fragmentum inter sententias Pseudodemocraticas, ubi vicesimum septimum locum occupat, interpretatus est. Licebat autem sic paulo pressius dicere: non modo laedere, sed ne velle quidem laedere

bonum est. Orellii conjectura ἀγαθοῦ pro ἀγαθόν reponere volentis prorsus repudianda est. Caeterum non male comparatur cum hoc apophthegmate illud Philemonis ap. Anton. et Max. p. 213: Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν, ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος οὐ βούλεται.

111. Pro vulgata scriptura ἀθυμίη, quam Gesnerus in εὐθυμίη mutavit, Gaisfordius e codd. protulit ἀθαμβίη. Liberius hoc fragmentum convertimus, sed ita, ut omnem obscuritatem vitaremus. Gesnerus verbum e verbo expressit: „Justitiae laus et gloria mentis fiducia est et animi bonus status, injustitiae autem fuga calamitatis terminus." Orellius sic exponit: „Gerechtigkeit ehren giebt Muth und frohen Sinn, und Unrecht fliehen ist der Erlösung Anfang." Melius Burchardus: der Ruhm der Gerechtigkeit ist Muth des Geistes und Unerschütterlichkeit, und die Furcht vor dem Unrecht ist des Uebels Gränze."

112. Holstenius ad h. l. notat: „In Epiretico Exemplari Bibliothecae Barberinae legebatur εἰ δὲ μή, ξυναδικέειν. Sed loci sensus geminam negationem requirit, cum sententia 28 non solum injuria, sed et animo laedendi abstinendum moneat. Democritus apud Stobaeum Serm. III et IV ad vindicandam injuriam cohortatur, unde hic ξυνεκδικέειν potius scribendum foret, si Democratem nostrum eundem cum Democrito esse certo constaret." At ferri potest vulgata, modo geminetur negatio.

113. Scripsimus μιμέεσθαι pro μιμεῖσθαι.

114. Idem fragmentum servatum inter sententias Pseudodemocraticas (ap. Orell. n. 5.) ubi tamen simpliciter legitur ἀγαθὸν εἶναι χρὴ ἢ μιμεῖσθαι, Holstenium et Orellium vexavit. Holstenius sic interpretatur: *bonum esse, non simulare oportet* ac praeterea haec adnotat: „Stobaeus Serm. XXXVII, (περὶ χρηστότητος) hanc sententiam Democrito attribuens sic effert: Ἀγαθὸν ἢ εἶναι χρεὼν ἢ μιμεῖσθαι. Sed cui bono haec imitatio aut simulatio, cum bonum esse, non videri oporteat? Nam quod Epicurus dicebat de studio sapientiae (in Epistola ad Menoec.) id virtuti etiam quadrat. Οὐ προσποιεῖσθαι δεῖ φιλο-

φιλοσοφεῖν, ἀλλ' ὄντως φιλοσοφεῖν· οὐ γὰρ προσδεόμεθα τοῦ δοκεῖν ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὑγιαίνειν. Rectius ergo mea quidem sententia sic scriberetur: οὐ μιμεῖσθαι, vel sane addendum aut saltem intelligendum μᾶλλον." Orellius existimat legendum esse μὴ μιμεῖσθαι, addit autem: „μᾶλλον h. l. vix subaudiri potest ob sermonis ambiguitatem, et dubitare licet, annon Democritus, quem nonnunquam praecepta prudentiae potius quam verae virtutis et honestatis dedisse infra ad Democrat. sent. 10 observabimus, ipse scripserit ἢ μιμεῖσθαι." At nihil mutandum est; sensus enim videtur esse: *si quis bonus non est, bonos saltem eum imitari convenit.*

117. Eadem sententia exstat inter Pseudodemocraticas (n. 7. Orell.); sed ibi omissa est vox χρεών.

118. Heerenius ad hoc fragmentum observat: „Codd. quidem nihil in margine, attamen Democriti haec esse et sensus et verba docent. Petita autem haec esse ex libro ejus περὶ εὐθυμίας vel περὶ εὐδαιμονίης modo citato, quem laudat Diogenes Laertius IX. VII, 13 vix dubitaveris. Εὔθυμος, quod pro εὔμυθος ap. Canterum restituit Dorvill. ad Chariton. pag. 27 (pag. 215 ed. Lips.) qui prima loci nostri verba recensuit, confirmatur Codd. V. A. E." Sed Valckenarius quoque ad Ammon. p. 218 eandem habuerat suspicionem. Schneiderus in lexico s. v. ὄναρ tacite scripsit εὐθύμως, quod Burchardus praeter necessitatem alteri lectioni praefert. In sequentibus Canterus ediderat ἔῤῥεται καὶ ἀνακύδης ἐστίν, quod Dorvillius l. c. in ἔῤῥωσται καὶ ἀκήδης ἐστί correxit. Lectionem ἔῤῥωσται confirmant Codd. V. A. E. ap. Heeren; sed pro ἀκήδης saltem scribendum erat ἀκηδής. Heerenius, quem Orellius sequitur, satis inepte Democrito obtrusit πανακήδης, quam vocem vertit *sine omni molestia;* at dici oportebat *sine ulla molestia et cura.* Hoc sensu constat a Graecis usurpari ἀκηδής, sed eodem significatu dici posse ἀνακηδής epicarum vocum ἀνάελπτος, ἀνάπνευστος, ἀνάεδνος analogia, in quibus omnibus ἀνα negativum est, manifesto ostendit. Vid. Buttmanni gramm. amplior. II, p. 357 et Lexil. I, 63, 10. Nam Democritum Homeri amantem saepe epicorum poetarum vestigiis ingredi ipsa haec fragmenta

affatim probant. Ita statueram antequam Burchardo idem placuisse scirem. Is idem vocabulum, cujus praeterea neminem novi auctorem recte videtur et alibi Democrito restituisse, apud Stob. Flor. XLIII, 45: τοσούτῳ μᾶλλον ἂν ἀκηδέες γίγνονται ubi nihil mutandum est nisi ἂν ἀκηδέες in ἀνακηδέες. Vide infra fragm. 214. Heerenius jam ἀλογέῃ edidit pro ἀλογῇ, idem e Codd. V. A. E. ἔρδῃ protulit pro ἔρσῃ. Posterius defendere studuit Orellius, Abderitis peculiare fuisse existimans. At quamquam ὀδμή et ὀσμή, ἴδμεν et ἴσμεν atque alia alternant, de quibus vide Koen. ad Greg. p. 589, tamen ἔρσῃ in textum revocare non sustinui. Male vulgatum est pro ἀτερπείῃ ab Heerenio ἀτερπέα εἴῃ, quod vitium retinuerunt Orellius et Burchardus, licet hic fateatur optativum ferri non posse. Itaque flagitante sensu rescripsi ἀτερπέα ἐστί, etsi non diffiteor ἀτερπείῃ, si pro substantivo accipias a sententia non esse prorsus alienum. At dubia res est. Denique pro αὐτόν recte Codd. V. A. E. ap. Heer. ἑωυτόν exhibent.

119. Valckenarius ad Eurip. Hippolyt. v. 191 p. 184 οἱ μὲν legi vult pro ἔνιοι, quam emendationem in textu posuissem, nisi has Democriteorum operum reliquias saepe vulgaribus grammaticorum praeceptis contraria continere scirem. Vulgavimus φύσιος pro φύσεως, ξυνειδήσι pro συνειδήσει, ταραχῇσι pro ταραχαῖς, φόβοισι pro φόβοις, ταλαιπωρέουσι pro ταλαιπωροῦσι. Eadem sententia legitur apud Stob. Flor. XCVIII, 61 sic enunciata: Ἅπαντες ἄνθρωποι συνειδήσει τῆς ἐν τῷ βίῳ κακοπραγμοσύνης τὸν τῆς βιοτῆς χρόνον ἐν ταραχαῖς καὶ φόβοις ταλαιπωρέουσι, ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθέοντες φόβου, ubi Valckenarius l. c. extrema verba in μυθοπλαστέοντες χρόνου mutari jussit.

120. Idem fragmentum exstat ap. Anton. et Max. p. 454 addito lemmate *Theocriti* omissoque verbo ἐστί. Scripsimus ἐπαινέειν pro ἐπαινεῖν et ἤθεος pro ἤθους.

122. Eadem verba apposito Democriti nomine leguntur apud Stobaeum Flor. XIV, 8, nisi quod postrema in hunc modum scripta sunt: κίβδηλον καὶ ἀπατεῶνος ἔργον. Pro εὐλογέειν Cod. Palat. sententiarum Pseudodemocraticarum habet

εὖ λέγειν, pro ἔργμασι Holsten. et Gale. ἔργοισι. Initio pro καλοῖς scripsimus καλοῖσι.

123. Eadem sententia servata est inter Pseudodemocraticas (n. 14 Orell.). Priorum editionum scripturam Μεμφομένων φαύλων ὁ ἀγαθὸς οὐ ποιεῖται λόγον recte mutavit Orellius ex Stobaeo atque ex Cod. Palat., ubi est μωμεομένων φαύρων.

124. Apposite comparat Burchardus Pittaci verba apud Stob. Flor. III, p. 96 καιρὸν γνῶθι. Similiter Socrates Stob. XIII, 46 (Anton. et Max. p. 252): Τῆς παῤῥησίας ὥσπερ ὥρας ἐν καιρῷ ἡ χάρις ἡδίων. Eusebius Neoplatonicus ap. Stob. XIII, 44: Παῤῥησίη ἀπὸ γνώμης ἐλευθέρης καὶ ἀληθείην ἀσπαζομένης προέρχεται· παρέξεαι δὲ αὐτὴν ἀμώμητον, οὐ τῷ πᾶσι καὶ ὡς ἔτυχεν ἐπιτιμᾷν καὶ λοιδορέεσθαι, νομίζων τοῦτο εἶναι τὴν παῤῥησίην· ἀλλ' εἰ πρὸς οὓς δεῖ καὶ ὑπὲρ τίνων χρὴ καὶ ἐν ᾧ χρή, μετὰ τοῦ χρησίμου τῶν παριστημένων ξὺν νόῳ προσδιαλέγοιο.

125. E sententia praecedenti abunde intelligitur, quomodo haec explicanda sit. Statuebat Democritus nullam esse difficiliorem artem quam tacendi suo tempore et loquendi, quumque sermonis libertatem commendaret, volebat tamen perpetuo loci, temporis, hominum rationem haberi. Quare ne vera quidem semper dici jubebat, ut quae non omnibus aeque convenirent. Stobaeum autem reor hoc apophthegma male collocasse inter Sophoclis, Pisandri ac Diphili fragmenta, quibus mendacia excusantur. Cf. XIII, 4. 6. 11. 12. Neque enim mentiri, sed simulare vel dissimulare perhibendus est is, qui tempori serviens vera non eloquitur, velut si quis filii mortem patri nuntiaturus venit, sed hunc aegrotum morbique vi in lecto defixum videns scire se filium optime valere ait, aliud tempus ad rem enuntiandam aptius exspectans. In dicto Pseudodemocratico (Orell. n. 10): Ἀληθόμυθον χρὴ εἶναι, οὐ πολυλόγον (ita leg. pr. πολύλογον) non extrema tantum οὐ πολυλόγον, ut Burchardus observat ex ὀπουλωιον corrupta sunt, sed prima quoque verba genuinam Democriti dictionem non amplius continent, si quidem probabile est rarum illud vocabulum ἀληθομυθεύειν non satis perspicue in codice aliquo scriptum atque

a librariis ignoratum in ἀληθόμυθον conversum esse, id quod eo magis consentaneum fuit, quod χρεὼν in χρὴ εἶναι mutabatur. Caeterum in cod. Palat. vitiose exaratum est ἀληόμυθον omissumque verbum εἶναι, ut inde fortasse colligi liceat, a posterioribus demum librariis insertum esse εἶναι, quia enuntiatum eo quod requirit verbo destitutum esset.

126. Pro ἀνάγκαισι posuimus ἀνάγκῃσι ut alibi; item τοὺς pro οὓς.

127. Idem apophthegma exstat inter sententias Pseudodemocraticas n. 23; ubi ante Orellium, qui verba ex Stobaeo atque e cod. Palat. correxit, vulgo legebatur κτηνέων μὲν εὐγένεια ἡ τοῦ σώματος εὐσθένεια· ἀνθρώπων δὲ ἡ τοῦ ἤθους (Gale. ἔθους perperam) εὐτροπίη.

128. Pro μοχθηρίαν edidimus μοχθηρίην, ut est ap. Anton. et Max. p. 928, ubi idem exstat fragmentum. Praeterea pro ποιεῖσθαι scripsimus ποιέεσθαι. Contractior haec sententia inter Pseudodemocraticas est, ubi secundum occupat locum: „ψυχῆς μὲν τελεότης σκήνεος μοχθηρίαν ὀρθοῖ· σκήνεος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογισμοῦ ψυχὴν οὐδέν τι ἀμείνω τίθησι." Ob hunc vocabuli σκῆνος usum vide ne apud Sophoclem Antig. 782 ed. Brunck. scribendum sit Ἔρως ὃς ἐν σκήνεσι πίπτεις.

130. Sequuntur praeterea in textu vulgato haec verba: ὥσπερ γὰρ ὄργανον ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον ἡδὺ γίνεται, οὕτω καὶ βίος, quae a Gesnero sic conversa sunt: *ut nempe instrumentum, quod remittitur et intenditur, jucunda voluptate oblectat, sic et vitae ratio hominum et otio et negotio dispertienda est.* Orellius citat Demophili Similitud. Pythag. n. 4 (opusc. sent. I p. 4), ubi haec inveniuntur: ὁ βίος ὥσπερ ὄργανον ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει ἁρμοζόμενος ἡδίων γίνεται *vita musici instrumenti instar remissione et intentione temperata suavior redditur.* Inde probabiliter collegit Burchardus, verba illa ὥσπερ γὰρ ὄργανον κ. τ. λ. non esse Democriti, sed librariorum negligentia accidisse, ut quum Democriti et Demophili nomina per compendium scripta in codd. essent, duo utriusque philosophi fragmenta sensu sententiaque diversa in unum conjungerentur.

131. Pro vulgato εἰ μὴ scripsimus ἢν μὴ quod legitur

in Cod. Stob. Flor. Gaisf. IV, p. 406 et in Cod. Palatin. sententiarum Democraticarum. Corrigendum tamen in Cod. Flor. μάθῃ τις pro eo quod ibi est μάθησις. Scio defendi posse multis exemplis εἰ conjunctivo junctum, cujus patrocinium et Orellius hic suscepit, sed illorum exemplorum alia ratio est. Quare non dubitavi ἦν in textu ponere.

132. Idem Democriti dictum servarunt Anton. et Max. p. 704. Edidimus εὐτυχέουσι et ἀτυχέουσι pro εὐτυχοῦσι et ἀτυχοῦσι.

133. Sic emendavimus verba Cod. Flor., ubi haec inveniuntur: Δημοκράτους. Ἡ φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι· καὶ ἡ διδαχὴ μετὰ ῥυσμοῦ τὸν ἄνθρωπον, μετὰ ῥυσμοῦ δὲ ἡ φύσις ποιεῖ, quae in integrum restitui vix possent, nisi certam emendandi viam Clemens monstraret Stromat. IV, p. 536: διόπερ, inquiens, ὁ Δημόκριτος εὖ λέγει, ὡς ἡ φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι· καὶ τὴν αἰτίαν συντόμως προσαποδεδώκαμεν· καὶ γὰρ (corr. cum Burch. προσαποδέδωκε· καὶ μὲν γὰρ) ἡ διδαχὴ μεταῤῥυθμίζει τὸν ἄνθρωπον, μεταῤῥυθμοῦσα δὲ φυσιοποιεῖ. Burchardus igitur p. 14 corruptam Cod. Flor. scripturam sic corrigi vult: καὶ γὰρ ἡ διδαχὴ μεταῤῥυθμεῖ τὸν ἄνθρωπον, μεταῤῥυθμοῦσα δὲ φυσιοποιεῖ, sed quoniam Democritus non ῥυθμός, sed ῥυσμός scribere solet, (cf. quae diximus de libro Democritico περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν [n. 19]) o hic servandum est, deinde propius ad litterarum ductus accedemus μεταῤῥύσμοῖ scribendo quam μεταῤῥύσμεῖ. Adde quod μεταῤῥυσμέω dubia vox est; ῥυσμόω dicit Democritus ap. Stobaeum IV, 73, neque negligenda est hac in re Hesychii auctoritas, apud quem ῥυσμοῦσθαι exponitur συγκρίνεσθαι, quae significatio ad physicam Democriti doctrinam pertinet. Sensum loci nostri expressit Theodoret. IV, init. Δημόκριτόν φασι —— παραπλήσιον εἶναι τῇ φύσει λέγειν τὴν ἀρίστην διδασκαλίαν· μεταμορφοῦν γὰρ δὴ καὶ μεταῤῥυθμίζειν πρὸς τὸ βέλτιον τὴν ψυχήν. Caeterum φυσιοποιεῖν. Tertullianus naturificandi verbo reddidit adv. Valent. 29.

134. Vulgavimus ἐστι pro ἐστιν, ἐκ τῶν pro ἐξ ὧν et γίνεται pro γίγνεται,

135. Κρέσσων scripsimus pro κρείσσων, φανέεται pro

φανεῖται, νόμῳ καὶ ἀνάγκῃ e Burchardi conjectura pro λόγῳ καὶ ἀνάγκῃ, ξυνέσι pro συνέσει.

136. Mutavimus κρείσσονές εἰσιν in κρέσσονές εἰσι et ἀμαθῶν in ἀμαθέων.

138. Edidimus ἀλλὰ ξυμφορὴ, ut est in Cod. Palat.; Orellius et Burchardus ἀλλὰ συμφορὴ, vulgo ἀλλ' ἡ συμφορά. Orellius ad sententiam illustrandam allegat Manuelis Palaeologi verba e praeceptis educationis regiae cap. 32 pag. 38 ed. Basil. quibus in re plana non egemus.

139. Scripsimus φρονέειν pro φρονεῖν. Mirum est, quod in eodem, quem citavimus, Cod. Flor. p. 376 hoc fragmentum in communem dialectum translatum apposito lemmate Δίωνος τοῦ Ῥωμαίου invenitur: Ἔστι που σύνεσις νέων καὶ γερόντων ἀσυνεσία· χρυσόστομος (corrige χρόνος) γὰρ οὐ διδάσκει φρόνησιν, ἀλλὰ φύσις καὶ ὀρθὴ δίαιτα. Idem fragmentum praeterea legitur ap. Anton. pag. 875, sed Philemonis nomine inscriptum.

140. Idem apophthegma reperitur inter Pseudodemocratica n. 29 Orell.

141. Similem huic et praecedenti sententiae Heracliteam esse constat, cujus mentionem facit Diogenes Laertius lib. IX, 1 his verbis: μεγαλόφρων δὲ γέγονε παρ' ὀντινασοῦν καὶ ὑπερόπτης, ὡς καὶ ἐκ τοῦ συγγράμματος αὐτοῦ δῆλον, ἐν ᾧ φησι Πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει. Εἶναι γὰρ ἓν τὸ σοφὸν ἐπίστασθαι γνώμην ἥτε οἱ (alii leg. ὅτε ἧ) ἐγκυβερνήσει πάντα διὰ πάντων. Extrema sic corriguntur ab Eichhoffio disp. de doctrinae Heraclit. princip. Maguntiaci 1824: ἥτε οἵῃ ἐγκυβερνήσαι. Ritterus in Gesch. der Phil. Tom. I p. 240 scribi vult: ἥτε οἵῃ ἐγκυβερνήσει, Tennemannus Gesch. der Phil. Tom. I p. 232 ed. Wendt: ἥτε ἐγκυβερνήσει, Burchardus: οἵην τε ἐγκυβερνήσειν. Mihi ponendum videtur aut οἵην τε ἐγκυβερνῆσαι, aut fortasse rectius ἐγκυβερνῆν, i. e. ἐγκυβερνᾶν, quemadmodum Hippocrates φοιτῆν, ὁρῆν, et alia usurpat. De sensu hujus loci vide Casaubonum et Menagium disserentes, qui et aliorum dicta non absimilia citant. Heraclitum opinamur in pronuntianda hac sententia id potissimum spectasse, ut dehortaretur

homines a rerum exiguarum et inutilium cognitione, quippe qui decrevisset, praeter mentem divinam, cujus tanta esset potentia, ut omnia nutu suo regeret et per omnia dominaretur (γνώμην οἵην τε ἐγκυβερνῆν πάντα διὰ πάντων) nihil magnopere dignum esse ad quod cognoscendum omnes animi nervos intenderent homines. Contra Democritus censebat, ad vitam recte instituendam et ad veram felicitatem consequendam non sufficere multorum librorum lectionem multarumque rerum scientiam, nisi cum prudentia esset conjuncta.

142. Legendum γένῃ, non γένου quod habet Orellius.

143. Idem apophthegma est inter Pseudodemocratica n. 51 apud Orellium, qui εὐσχημονεόμενος e Cod. Palat. prolatum textui inseruit, cujus loco in veteribus editionibus καλλωπιζόμενος reperitur. Prius ipse convertit: *qui externum splendorem sectatur*, *der nur äufserlich zu glänzen sucht*, posterius non accurate expressit Holstenius *nimiumque scitus (et decorem externum affectans)*. Utrumque ab hoc loco alienum esse recte judicavit Burchardus, qui scripturam Cod. Flor. Stob. IV, p. 407 λεσχηνευόμενος unice veram esse ratus Democrito reddidit. Neque enim dubium est, quod Burchardus observat quin εὐσχημονεόμενος corruptum sit ex λεσχηνευόμενος. Caeterum καλλωπιζόμενος grammatici alicujus interpretamentum fuisse putamus, quod olim margini ascriptum postea a librario, cui lectu difficilis videretur vox in textu posita, in verborum ordinem receptum sit.

144. Eadem sententia exstat inter Pseudodemocraticas n. 52 Orell. et apud Anton. et Max. p. 396. In cod Palat. et apud Stobaeum legitur ἐθέλειν ἀκούειν, quod servavit Burchardus. Sed recte monuit Orellius, aptius poni ἐθέλειν in fine enuntiationis, quoniam ad utrumque et λέγειν et ἀκούειν pertineat; id quod simul confirmatur scriptura quamvis vitiosa quae est ap. Anton. et Max. μηδὲ ἀκούειν ἐθέλειν.

145. Plutarchi loco addendus Clemens Alexandrinus Strom. I, p. 279 (III, p. 328): οἱ δέ τινες σφᾶς αὐτοὺς ἐπαίροντες διαβολὰς τοῖς λόγοις ἐξευρίσκειν βιάζονται, ζητήσεις ἐριστικὰς ἐκ-

πορίζοντες, λεξιδίων θηράτορες, ζηλωταὶ τεχνυδρίων, ἐριδαντέες καὶ ἱμαντελικτέες, ὡς ὁ Ἀβδηρίτης ἐκεῖνός φησιν.

147. Pro δυσμενοῦς edidimus δυσμενέος.

149. Vulgavimus πραέως, ut scribitur in sententiis Pseudodemocraticis; alii legunt πράως. Praeterea πλημμέλειαν mutavimus in πλημμελείην. Caeterum Cod. Palat. habet ἡ μεγαλοψυχίη; at omitti oportet articulum, propterea quod μεγαλοψυχίη praedicatum est, non subjectum.

150. Servavimus κολακείην quod in codd. manu exaratis est; Orellius κολακίην edidit; Gaisfordius praeter necessitatem κολακηίην scripsit. Mutavimus εὔνοιαν in εὐνοίην, quod est apud Herodotum 7, 104 si fides membranis habenda.

151. Idem apophthegma exstat apud Anton. et Maxim. p. 500 apposito lemmate *Philonis* additisque verbis σοφοῦ οὖν ἐστι γινώσκειν ἕκαστον.

152. Scripsimus ξυμφωνέοντες et ξυμφέροντος secuti Cod. Palat. pro συμφωνέοντες et συμφέροντος, quod servarunt Orellius et Burchardus.

153. Vulgavimus φιλίην pro φιλίαν. Illud enim, quod jam apud Theognidem est vers. 306. 600. 1098, atque apud Herodotum VII, 182 constanter videntur Jones usurpasse.

155. Ὥιτινι τὴν χάριν καταθήσῃ edidimus e Burchardi conjectura. Vulgata lectio est ὅ τινι —— καταθῇς, cui Gesnerus, quem Orellius tacite sequitur, substituit ὅταν τινὶ κ. τ. λ. vertens *si cui benefacturus es*, id quod graeca verba non significant. Sed primum requiritur futurum, deinde hoc sensu usitatius est medium, quamquam interdum etiam activum eodem significatu reperitur, velut Soph. Oed. Col. 220, Pindar. Nem. VII, 75, denique hac sola ratione ferri potest articulus ante χάριν, quem posito ὅταν vitiosum ese apparet. Caeterum βραδύτης, quod Burchardus et Orellius intactum reliquerant, ex Herodiani praeceptione memorata ab Arcad. p. 28, 9, coll. Etym. M. p. 103, 2 in βραδυτὴς convertimus.

158. Uberius Antonius et Maximus p. 278: Μικραὶ χάριτες ἐν καιρῷ μέγισταί εἰσι τοῖς λαμβάνουσι ταύτας ἐν περιστά-

σει, sed extrema verba ταύτας ἐν περ. vix Democriti sunt et salvo sensu abesse possunt.

159. κρέσσονας legitur in Cod. Palat.; vulgo hic exaratur κρείσσονας. Reposuimus αὐτέων ejecta forma attica αὐτῶν. Pro προσκοπευόμενον Burchardus vel προσκοπεύμενον vel προσκοπεόμενον scribendum esse putat. At fortasse servari potest vulgata scriptura veteri lectione σκοπεύειν ap. Herodot. I, 8 quae nunc propter formae raritatem eorumque opinionem qui bonos scriptores semper σκοπέειν posuisse existimant, e textu expulsa est. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 591.

161. Burchardus neglecto Jonismo et posthabita codd. auctoritate edidit ὑφ' ἑνὸς et δοκεῖ. Apud Anton. et Max. p. 721 adjecto lemmate *Ex dictis et sententiis Epicteti, Isocratis et Democratis* idem apophthegma mendose sic legitur: Ἀπ' οὐδενὸς φιλεῖσθαι δοκείτω τις μηδένα φιλῶν.

162. Pro μηδεὶς in Cod. Palat. est μηδ' εἷς. Burchardus citat Isocr. ad Demon. 30 Orell. opp. II p. 28: ὁμοίως γὰρ αἰσχρόν, μηδένα φίλον ἔχειν καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν.

163. Orellius scribi vult φιλίη pro φιλία; recte. Vid. quae supra diximus ad fragm. 153. Huc referendum videtur, dictum illud, quod Seneca epist. 7 Democrito tribuit: *unus mihi pro populo est, et populus pro uno.* Simili modo et tanquam proverbii loco Cicero ad Att. II, 5 utitur verbis *qui mihi unus est pro centum millibus* et XVI, 11: εἷς ἐμοὶ μύριοι. Ex his indiciis recte jam Muretus var. lectt. XVI, 5 conjecit dicti hujus auctorem esse Democritum. Caeterum quod ad illam quae in textu est sententiam attinet, idem fere dixit Anacharsis apud Diog. Laert. I, 105: κρεῖσσον ἕνα φίλον ἔχειν πολλοῦ ἄξιον ἢ πολλοὺς μηδενὸς ἀξίους.

164. Pro εὑρεῖν, quod priores editores toleraverant, reposuimus εὑρέειν, quemadmodum in fragm. 135 est ἁμαρτέειν. De reliquo idem apophthegma reperitur ap. Anton. et Maxim. p. 721 addito lemmate: *ex sententiis Epicteti, Isocratis et Democratis.*

165. Falso vertit Burchardus: viele *verscheuchen* die

Freunde, wenn sie aus dem Wohlstande in Armuth gerathen sind; namque hic sensus non medium, sed activum ἐκτρέπουσι flagitat. Medium, quod recepit Burchardus, reperitur in Cod. Palat., activum in vulgatis exemplaribus est. Utriusque discrimen cognitum habuit Orellius, cujus verba sunt: „non activam, sed mediam formam ἐκτρέπεσθαί τινα id significare, quod h. l. sensus postulat, scil. *fugere aliquem obvium* et *ideo de via deflectere* ostendit, eamque locutionem plurĭbus exemplis illustrat Perizonius ad Aelian. var. hist. lib. XIII cap. XXVI pag. 894 ed. Abr. Gronov. Sic Epictetus Enchirid. cap. XXXI §. 3 conjungit φεύγειν et ἐκτρέπεσθαι et Fragm. XX (Schweigh.) ἔχιν —— ἐκτρέπῃ καὶ μυσάττῃ." Quod reliquum est, in Cod. Palat. invenitur ἐπὴν et πενίῃν, in caeteris εἰ et πενίαν.

166. Orellius ad hunc locum notat: „Haec sententia, quae in editis desideratur, uni debetur Codici Palatino. Pro ἐπὶ πολλὴν, ut observat vir doctissimus, qui illum in meos usus contulit, Codex habet ἐπὶ πολλὸν, sed recentior manus correxit πολλὴν, scil. ὥραν. Vert. *welchem selbst lang bewährte Freunde nicht mehr helfen wollen, der mufs ein ganz unverträglicher Mensch sein.* Neque ἐπὶ πολλὴν hic ponendum, ut Orellius vult, neque ἐπὶ πολλοῦ, ut Burchardus, sed restituenda est vetus lectio ἐπὶ πολλὸν, quam formam ex epicorum poetarum sermone ductam aliorum qui ionice scribebant exemplo retinuit Democritus. Burchardus ἐπὶ πολλὸν e textu ejicere non est ausus, ut inde conjicias, eum non prorsus abhorruisse ab ea opinione, ut ἐπὶ πολλὸν ab Jonibus in pedestri oratione pro ἐπὶ πολὺ dici potuisse arbitraretur.

167. Mutavimus ὄντας in ἐόντας et συμφοραῖς in ξυμφορῇσι. De reliquo hoc fragmentum in Cod. Palat. desideratur.

168. Neminem offendit hodie usus vocis ἔχειν pro παρέχειν, de quo disseruerunt Bast. Epist. crit. p. 27 ed. Lips. et Schaefer ad Greg. Cor. pag. 4 et in ind. pag. 985. Initio fragmenti perspicuitatis gratia reliquimus οἷσι pro τοῖσι.

169. Convertimus τοῖς in τοῖσι.

170. Scripsimus δέει pro δεῖ. Orellius φλαῦρον pro φαῦλον poni vult, quum haec forma reperiatur fragm. 122 et

123 vel sent. 14 et 28 inter Pseudodemocraticas, sed recte ei opposuit Burchardus alius fragmenti auctoritatem Stob. Flor. V, 25, ubi reperitur φαύλων. Addere licebat etiam Stob. Flor. XXXI, 7. Utrumque locum vide supra fragm. 97 et 98. Omnino nihil obstat, quin utraque forma eundem scriptorem usum fuisse credamus, quum et φαῦλος, quod jam est apud Theognidem v. 163 et φλαῦρος quod invenitur apud Herodotum VI,61, Jones dixisse minime dubium aut obscurum sit. Certe apud Herodotum hae formae alternant. Consule Schweigh. Lex.

171. Edidimus πρήσσει pro πράσσει et ἐκ τῶν pro ἐξ ὧν.

172. προσκέπτεο debetur Cod. Palat., vulgata scriptura est προσκέπτου.

174. γίνου mutavimus in γίνευ.

175. Orellius κακοφραδμοσύνην, quam vocem ne in Dindorfiana quidem Thesauri Stephanici editione recte expositam videmus, vertit jubet *maledicentiam*. Sed ad hoc exprimendum adhibetur a Graecis κακολογία, κακηγορία vel interdum βλασφημία. Est autem κακοφραδμοσύνη, nihil aliud nisi ἡ περὶ τὰ κακὰ φραδμοσύνη, (ut epicum vocabulum ponam, quod obvium est Hymn. Homer. in Apoll. v. 99), *consilium quo quis mala alteri machinatur*. Nec mirum. Nam sic jam Homerum Odyss. II, 367 κακὰ φράζεσθαι usurpavisse, neminem eruditorum fugit. Quod ad Democriti mentem attinet, similia saepius cecinisse Euripidem vix est quod moneam. Cf. Valckenarius ad Hipp. 643.

177. Exaravimus ἀσκεέτω pro ἀσκείτω. Orellius h. l. allegat Pauli Apostoli verba e priore ad Timotheum epistola cap. II, 12: γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω.

179. Eadem Democriti sententia apud Stobaeum Flor. LXXIV, 39 sic scripta legitur: Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη. Apud Maximum p. 605, qui eam ad Democritum auctorem refert, et apud Anton. pag. 609, qui Philoni tribuit, extrema sic sonant: ὕβρις ἂν εἴη ἐσχάτη.

181. Restituimus πολίων pro πόλεων. Repetitur eadem sententia ap. Stob. Flor. VII, 26, sed ibi alia praecedunt verba: ἀνδρεῖος οὐχ ὁ τῶν πολεμίων κρατῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν

ἡδονῶν κρέσσων· ἔνιοι δὲ πόνων μὲν δεσπόζουσι, γυναιξὶ δὲ δουλεύουσι. Ne de formis atticis loquar, quas hic intactas reliqui, pro πόνων legendum esse πολίων ex alterius loci comparatione satis patet, idque jam viderant Conr. Gesnerus et Burchardus, nisi quod πόλεων scribi voluerant. Caeteroqui typothetarum menda, quae sunt apud Gaisfordium VI, 11, 12 et 13 sic tollenda esse monemus, ut undecima sententia inscribatur Δημοκρίτου, duodecima Πλάτωνος ἐκ τοῦ Φαίδωνος, tertia decima Εὐσεβίου.

182. Dedimus νοῦσος, ut alibi, pro νόσος. Orellius hoc loco βίον de *victu* et *re familiari* accipit, sed rectius Burchardus *vitam* interpretatur.

184. Substituimus δοκέει pro δοκεῖ, τοῖσι ἄλλοισι pro τοῖς ἄλλοις, ἐπωφελείης pro ἐπὶ ὠφελείης ex emendatione Schaeferi Meletemat. cr. p. 70 qui excitat Quinti Maccii Epigr. VII (Analect. Br. Tom. II p. 238): δῶρα παρ' ἀκταίης τάδ' ἐπωφελίης, ubi alii item ἐπ' ὠφελίης. Pro οὐδεμίης ἕνεκα, quod tuetur Orellius, Burchardus posuit οὐδεμιᾶς εἵνεκα, sed scribendum erat οὐδεμιῆς εἵνεκα, ut in melioribus Hippocratis et Herodoti membranis exaratum reperitur. Porro ταλαιπωρεῖ mutavimus in ταλαιπωρέει, σμικρᾶς in σμικρῆς, ἐστὶν ὅσα, quae fuit Gesneri conjectura pro ἐστὶν οὖσα, in ἐστὶ ὅσσα. Denique verba τὸ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ νόμιζον (ita codd. perperam posito accentu), pro quibus Gesnerus legi jussit τὸ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ μεῖζον vertens: *et talis est omnium indoles* —— *hominum vero omnium maxime, quippe qui fructum etiam ex prole percipere possunt*, Jacobsius autem τοῦτο δὲ τῇ ἀνθρωπίνῃ (sc. φύσει) μεῖζον ἤδη πεποίηται, Orellius servato mendo τῷ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ νόμιζον, Gaisfordius inepte τὸ δὲ δὴ ἀνθρώπινον μεῖζον ἤδη, postremo Burchardus τῷ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ τὸ νόμιζον posuit (volebat autem νομίζον, quod hoc loco *persuasionem* significare contendit) a nobis levi mutatione conversa sunt in τῷ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ νόμιμον. In sequentibus pars librorum habet ἐπαύρεσιν, alii ἐπαύρησιν; posteriorem scripturam amplexatus est Orellius, priorem, quae nobis placuit, probavit Burchardus. Pro γίγνεσθαι, ut alibi, dedimus γίνεσθαι. Nihil in hoc

fragmento explicatione videtur egere praeter formulam ὑπερδέδοικε μέχρι σμικρῆς, quam non intelligens Gesnerus interpretatus est: *et in minimis quoque ejus curam gerit.* De hac locutione Schaeferus l. c. haec commentatus est: „Subaudi ἡλικίας et compara Xenoph. Memor. Socr. III cap. V, 27. Plene Suidas T. I p. 704: Ἐκ τυννῶν (sic enim legendum pro Ἐκ τιτυνῶν. Port. Ἐκ τυτθῶν) — ἐκ μικρᾶς ἡλικίας. Neglexerunt haec qui Graecas Ellipses uno corpore complexi sunt." Xenophontis locus, quem laudat vir doctissimus, nihil probat. Nam ibi legitur μέχρι τῆς ἐλαφρᾶς ἡλικίας, ergo ἡλικίας non omissum est a scriptore, sed dictum. Suidae nulla est in his rebus auctoritas. Denique qui de ellipsi in graeco sermone amplum volumen confecerunt Bosius ejusque interpretes, de praetermissione vocabuli ἡλικία scribere non neglexerunt. Quamvis autem pleraque omnia, quae ab illis afferuntur hujus generis exempla falsa sunt, unum tamen, cujus Bosius meminit, exemplum recte se habet. Citat ille tritum illud: Ἀρετὴν ἐκ νέας ἄσκει, *virtutem ab ineunte aetate cole*, quod vix aliter explanari licet, quam ut genitivum ἡλικίας suppressum esse dicas. Ita Democritum quoque μέχρι σμικρῆς elliptice pro μέχρι σμικρῆς ἡλικίης usurpasse apparet. Burchardus minus accommodate suppleri vult ὥρας.

185. Posuimus δοκέει pro δοκεῖ; ἐνορέω Herodoti exemplo pro ἐνορῶ; κτήσιι pro κτήσει; εὐθηνέοντα e Gesneri emendatione pro εὐθηλέοντα, quam emendationem contra Jacobsium, qui in animadv. ad Eurip. et Stob. pag. 277 in ejus locum substituere volebat τὰ ὠφελέοντα, recte defendit Schaeferus in Melet. crit. pag. 69 excitans Schol. ad Aristoph. Plut. v. 269: οἱ γὰρ εὐθηνοῦντες καὶ πλούσιοί εἰσιν. Pro λεπτά τε καὶ ἀσθενέα apud Orellium est λεπτὰ καὶ ἀσθενέοντα. Utrumque defendi potest.

188. Edidimus δοκέει pro δοκεῖ et δοκέῃ pro δοκῇ. Mutavimus ἔποιτο in ἕπηται, quemadmodum Orellius scripsit, qui tamen ἕληται scribi oportere opinatus est. In sequentibus λαβέειν exaravimus pro λαβεῖν, cf. fragm. 164. Porro restituimus τῶν ἂν δέῃ pro ὧν ἂν δεῖ, quod Orellius male vertit: (ἐκ πολ-

λῶν) *ex pluribus, quales usus postulat, aus mehrern, die deinem Bedürfnifs entsprechen.* Gaisfordius conjecit ὃν ἂν δέῃ, quod non probaverim. Denique scripsimus ἧν — ποιέηται pro ἧν — ποιῆται, vel, ut alii legunt εἰ — ποιεῖται, πολλοὶ ἔνεισι e codd. pro πολλοί εἰσι et χρέεσθαι Herodoti exemplo pro χρῆσθαι, quamquam non diffitemur, et χρᾶσθαι quod pluribus locis apud Herodotum est, satis probum esse. Burchardus verba κατὰ φύσιν ἕπηται non minus corrupta esse ratus quam quae paucis interjectis sequuntur ἐκ πολλῶν τῶν ἂν δέῃ neutram juncturam interpretatus est. Gesnerus utramque locutionem non intellectam sic convertit: „*Licet quippe eligere pro arbitrio, et talem qui idoneus maximeque similis sibi videatur. Vides quantum intersit. Adoptanti filium ex plurimis et optimis eligere datur, et cujus ingenio maxime delectetur.*" Frustra hic quaeras verba τῶν ἂν δέῃ, priora satis negligenter reddita sunt. At neque ita corrupta sunt verba κατὰ φύσιν ἕποιτο, ut intelligi nequeant, modo pro ἕποιτο ponatur conjunctivus quem sententia flagitat accipiaturque haec vox significatu Homerico, quo est non magis *sequi* quam *obedire*, neque verba ὧν ἂν δέῃ suffecta in vulgatae scripturae locum difficilem habent intellectum. Est autem (ὃς ἂν) κατὰ φύσιν ἕπηται si quis verbum e verbo exprimere velit *qui pro ea qua praeditus est indole obediat* i. e. *qui natura propensus sit ad obediendum.*

189. Eadem sententia est Democratis ap. Orell. n. 13, sed ap. Anton. ex Max. p. 149 Isocrati et pag. 452 Epicteto tribuitur. Similiter Chilo ap. Stob. Flor. III p. 96: νόμοις πείθου et Demophilus sent. Pythag. 42 in Orell. opusc. 1 p. 42: συγγενεῖ καὶ ἄρχοντι πλὴν ἐλευθερίας πάντα εἶκε.

190. Edidimus cum Burchardo κακοδοξίην pro κακοδοξίαν, quod habet Orellius; praeterea κρείσσονι, quod priores editores servarunt, mutavimus in κρέσσονι. Orellius de hoc fragmento haec commentatus est: „γὰρ indicat, hanc sententiam respicere ad ea, quae in antecedentibus nunc deperditis dixerat Democritus. Et si in re incerta prorsus ac dubia hariolari liceat, v. παρεκτεινόμενος facit, ut suspicer, in antecedentibus contentam

fuisse fabulam illam Aesopiam de rana rupta et bove, quam, licet in Graecis amplius non inveniatur, ex antiquioribus collectionibus petitam elegantissimis versibus exposuerunt Horatius II Sat. III, 312 et Phaedrus lib. I fab. XXIV. Quid quod et alias ad Aesopi Apologos respexisse Democritum observavimus supra ad sentent. 39" (cf. fragm. 21). Idem ad illustrandum vocabulum παρεκτεινόμενος adhibet Phaedri versum l. c. Inops potentem dum vult imitari, perit. Non reprobaverim hanc Orellii conjecturam. Caeterum si vera sit, haec sententia proprie sic erit convertenda: *„qui juxta superiorem extenditur, infamiam subit."*

191. Φύσει mutavimus in φύσι.

192. Idem apophthegma Democrito ascriptum servavit Stobaeus Flor. XLV, 27. Lectionem χερείονος e Cod. Palat. restituit Orellius. Vulgo in sententiis Pseudodemocraticis, ut apud Stobaeum, legebatur χείρονος.

193. Idem fragmentum exstat ap. Orellium inter sententias Democratis nomen in fronte gerentes n. 40, sed ad Clitarchum auctorem refertur ap. Maxim. p. 542, ubi Jonica forma τοῖσι conservata est. Reperitur etiam inter Clitarchi reliquias ap. Orell. opusc. II p. 206; ad quem locum editor p. 631 notat: „Dativus Jonicus τοῖσιν facit, ut credam, hanc sententiam scriptoris Jonici, fortassis Democriti, esse, non Clitarchi." In quo mirum est quod oblitus videtur Orellius quae ipse opusc. I p. 499 de eodem fragmento dixisset.

194. Eandem structuram usurpat Democritus ap. Stob. Flor. XLIV, 17: θάρσεος μείζω μοῖραν μεθέξει et Herodot. IV, 145: μοῖραν τιμέων μετέχοντες. Additur etiam μέρος verbo μετεῖναι cf. Heind. ad Plat. Soph. 42 et de simili constructione verborum μεταλαμβάνειν et μεταδιδόναι Schaefer. Melett. cr. p. 20. 21.

197. Scripsimus εὐεργετέειν pro εὐεργετεῖν. Orellius e Cod. Palat. edidit πάσχειν εὖ. Vid. ej. adn. pag. 512. Idem fragmentum reperitur ap. Anton. et Max. p. 452 Epicteto attributum, sed ibi scribitur οὐ δύναται δέ, ὅταν βούλονται πάσχειν.

Indicativum etiam in Cod. Palat. post ὅταν hoc loco male positum esse testatur Orellius l. c.

199. Vulgavimus τῇσι πόλισι pro ταῖς πόλεσι.

200. Mutavi ἡσσωμένοις in ἡσσωμένοισι.

201. Apud Stobaeum olim legebatur τὸ γενόμενον, quod C. Gesnerus mutari jussit in τὴν γενομένην, quam emendationem posteriores editores secuti sunt. Apud Maxim. pag. 411, qui eandem servavit sententiam, invenitur γενομένης, quod rejecerim.

202. Ἀδικεομένοισι jam Burchardus substituit pro ἀδικουμένοισι; caeterum haec sola vox sufficit. Nam quod olim apud Stobaeum legebatur ἀδικούμενοι ἀδικουμένοισι, id a Gesnero quidem probabiliter correctum est, ut poneretur μὴ ἀδικούμενον ἀδικουμένοισι, sed tamen hanc emendationem plus continere apparet, quam simplex sententia et Democriti consuetudo requirit. Quare jam H. Stephanus nihil praeter ἀδικουμένοισι initio fragmenti edidit. Praeterea τιμωρέειν scripsimus pro τιμωρεῖν.

203. ποινῆς scripsimus ex emendatione C. Gesneri; antea vitiose legebatur θοίνης, quam scripturam inepte Gaisfordius, nulla, ut solet, explicatione adjecta in textum revocavit. Jacobsius conjectans in corrupto nomine θοίνης certum aliquod poenarum genus latere, legi voluit ἢ στήλης ἄξιοι. Στήλης poenam J. Pollux VIII, 69 una cum φυγῇ et δεσμῷ memorat. Hesychius s. v. στηλίτας —— οὕτως ἐκάλουν οἱ Ἀττικοί, οἵτινες ἐπ' αἰτίαν τινὰ ἐστηλογραφήθησαν. Suidas v. στήλη —— στηλιτευτικὸς δὲ λόγος λέγεται ἐκ μεταφορᾶς τῆς στήλης, ἥ ἐστι λίθος ἢ χαλκὸς ἐπιμήκης, τετραγώνῳ σχήματι ἱδρυμένος, ἐν ᾧ γέγραπται ἡ τοῦ στηλιτευομένου ὕβρις. Idem in στηλιτευθῆναι —— φανερῶς δημοσιευθῆναι ἀπὸ τῶν στηλῶν τῶν δημοσίᾳ προτιθεμένων. Burchardus legendum esse censuit θωῆς quod est apud Homerum vel θωιῆς, quo usus est Archilochus. De posteriore vocis forma, quae sensu non videtur differre a priore, mulctam et damnum alicui impositum significante (cf. schol. ad Odyss. II, 192) testatur Etym. M. p. 26, 24: Εὕρηται θωιή, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ „Ὡς ὅ' ἄν σε θωιὴ λάβοι."

No-

Nolui has conjecturas aliis iisque non minus incertis augere, ad quas proponendas non magna opus est sagacitate, praesertim quum non pateat, quid dici debuerit, multa autem sint, quae dici potuerint. Quodsi scirem Democritum forensia vocabula vel forenses vocum significationes non fugisse, non dubitarem e Demosthene hoc fragmentum corrigere. Constat enim oratorem illum saepe δίκην pro καταδίκην usurpasse. Vid. Reisk. indic. v. δίκη. Quippe δίκης i. e. καταδίκης ἄξιοι non minus recte diceretur, quam θωῆς vel στήλης vel ποινῆς ἄξιοι. Sed quum hac in re omnia incerta sint, in Gesneri conjectura, quae ad litterarum ductus proxime accedit, acquievi. Ἄξιοι corruptum putant Orellius et Burchardus, quorum prior ἄξια (scil. ἔρδουσι) commodius legi posse existimat. Non repugnarem, si in membranis ita scriptum esset, sed scripturam quae nunc in textu est, sensu non esse vacuam apparet. — Καταψηφιστέον correximus, expulso barbarismo καταψηφισματέον, quem Gaisfordius et Orellius intactum reliquerant, Burchardus, etsi mendum sentiens, ejicere non ausus erat. Καταψηφιστέον notum est inveniri ap. Xenoph. hist. graec. II, 4, 6 et alibi, καταψηφισματέον autem a Democrito proficisci non potuisse, formae barbaries satis docet. Ipsum etiam substantivum καταψήφισμα, ad quod tanquam ad originem non modo verbum barbarum, sed et adjectivum verbale magis etiam barbarum referendum esset, non reperitur nisi ap. Joh. Sicel. in Walzii Rhett. vol. 6 pag. 175, 30. — Recte se habet infinitivus ἀπολύειν neque mirabilis est ejus usus in scriptore variandae orationis admodum studioso. Quare repudiari oportet Orellii emendationem ἀπολυτέον. In sequentibus παρὰ νόμον edidimus ex certa Jacobsii emendatione pro vulgata scriptura παρὰ νοῦν. Porro exaravimus κέρδεϊ pro κέρδει et ἀδικέει pro ἀδικεῖ. Denique ὁρίζων nihil hoc loco est, nisi *decernens* Namque injuria Orellius τὴν ἀπόλυσιν subaudit, quod ex antecedenti ἀπολύῃ sensu repetendum existimat.

204. Scripsimus ἐπαινέεσθαι pro ἐπαινεῖσθαι, τουτέῳ pro τούτῳ.

205. Dedimus οὐδεμίῃ pro οὐδεμία, κατεστεῶτι pro κα-

θεστῶτι, ῥυσμῷ pro ῥυθμῷ. Cf. adnotationem nostram ad fragm. 133. Neque enim probamus Burchardi opinionem, qui hic tuetur ῥυθμῷ, et fragment. 16 (Stob. Flor. IV, 73) ῥυσμοῦνται scribendum esse contendit. Quippe talis inconstantia non tam scriptoribus, quam librariis imputanda est. Quod autem affert ex Aristophane εἰκέναι et ἐοικέναι, id metri excusationem habet. Quod ex Aeschylo citat ἀφράσμων et ἀφράδμων, id sic comparatum est, ut alterutra tantum forma poetam usum esse mihi persuasum sit. Idem de σχινδάλαμοι et σκινδάλαμοι apud Aristophanem judicandum reor. Porro substituimus ἐπ' ἑτέροισι γίνεσθαι pro ἐφ' ἑτέροισι γίγνεσθαι, δέει pro δεῖ, ἐκείνοισι pro ἐκείνοις vel ut alii habent ἐκείνους. Servavimus vulgatam ἀλλά τις ἦ, cujus loco Gaisfordius edidit ἀλλά τις ᾖ, denique vulgavimus ἀμυνέει i. e. ἀμυνεῖ, pro quo alii male scribunt ἀμύνει. In hoc fragmento verba οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ἔοικε ἢ ἑωυτῷ τὸν αὐτὸν ἐπ' ἑτέροισι γίνεσθαι nullus interpretum assecutus est. Gesnerus initium sic reddit: „Non fieri potest, ut praesens est reipublicae ratio, quin principes etiam valde boni iniqua faciant. Neque enim aliter par est, quam male succedere, quum ea in aliorum potestate est. Oportebat autem res ita institui etc." Conradus et Caspar Orellii multa movendo nihil promovent. Itaque rogandi mihi sunt lectores, ut utrumque patienter audiant: „„Edidi fragmentum hoc corruptissimum, inquit Conradus, prout legitur in editionibus Stobaei a Conr. Gesnero curatis, qui in margine observat: *Locus hic valde obscurus est.* Post v. ἑωυτῷ τὸν αὐτὸν, pro quo alii codices habent ἑωυτῷ τῶν αὐτῶν videbantur mihi verba quaedam excidisse et legendum suspicabar: Οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ [μᾶλλον] ἔοικεν ἢ ἑωυτῷ τὸν αὐτὸν [πᾶσιν εἶναι καὶ μὴ] ἐπ' ἑτέροισι γίγνεσθαι (i. e. aliis subjectum esse, pendere ab aliorum arbitrio. Vide Lennep. ad Phalar. Epist. 103 pag. 304 et annotat. nostr. ad epist. Socrat. I pag. 139). Sequentia audaciori quidem conjectura sic refingenda censueram: Δεῖ δέ κως οὕτω καὶ ταῦτα κοσμηθῆναι, ὅκως ὁ μηδὲν ἀδικέων, ἦν καὶ πάνυ εὐτελὴς ᾖ πρὸς τοὺς ἀδικέοντας (pro ἐτάζῃ τοὺς ἀδικέοντας) μὴ ὑπ' ἐκείνοις γενέσθαι. (Constructionis particulae ὅπως

vel ion. ὄχως cum Infinitivo licet rarissimae exemplis ab Hoogeveen. ad Viger. p. 455 ed. Hermann. noviss. et Wesselingio ad Diodor. Siculum lib. XX cap. IV Tom. IX p. 429 ed. Argent. citatis add. Xenophontis Hellen. VI, 2, 32: ἀλλὰ τοῦτο ἐπαινῶ, ὅτι —— εὕρετο, ὅπως μήτε διὰ τὸν πλοῦν ἀνεπιστήμονας εἶναι τῶν εἰς ναυμαχίαν μήτε διὰ τὸ ταῦτα μελετᾷν βραδύτερόν τι ἀφικέσθαι.) ἀλλά τινα ἢ θεσμὸν ἤ τι ἄλλο ἀμύνειν τῷ τὰ δίκαια ποιεῦντι. Qua conjectura hic verborum sensus efficeretur: „*Non fieri potest, ut nunc res se habet, quin principes etiam valde boni nonnunquam iniqua faciant. Nullum quidem magis decebat quam ipsum (principem scil.) omnibus eundem se praebere, nec unquam pendere ab aliorum arbitrio. Oportebat porro res ita institui, ut justus et insons, quantumlibet pauper sit et abjectae sortis ad illos, qui ipsum injuria affecerunt, nunquam istis fieret obnoxius, sed quaedam sive lex scripta, sive aliud quid illum tueretur ab eorum injuria.*" Sed retracto jam hanc conjecturam meliora edoctus a patrueli meo doctissimo, qui verum loci sensum, quem jam dudum ipse subodoratus fueram, sed ex verbis corruptis expedire non poteram, esse scil. h. l. sermonem de magistratu aliquo vel judice, qui post annum magistratus sui exactum iterum ὑπεύθυνος fit et injuriae illorum, quos damnaverat, obnoxius, correctione lenissima sic restituit: Οὐδεμία μηχανὴ τῷ νῦν καθεστῶτι ῥυθμῷ (vel potius ῥυσμῷ) μὴ οὐκ ἀδικέειν τοὺς ἄρχοντας, ἢν καὶ πάνυ ἀγαθοὶ ἔωσιν. Οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ἔοικεν (proprio sensu et primario *similis est*, scil. ὁ νῦν καθεστηκὼς ῥυθμός.) ἢ ἐν ἑνιαυτῷ τὸν αὐτὸν (pro ἑωυτῷ vel etiam ἐνιαυτὸν παρ' ἐνιαυτὸν τὸν αὐτὸν) ἐφ' ἑτέροισι γίγνεσθαι. Δεῖ δέ κως οὕτω καὶ ταῦτα κοσμηθῆναι, ὄχως ὁ μηδὲν ἀδικέων, ἢν καὶ πάνυ ἐτάζῃ (quod verbum eadem significatione infra legimus in Nili sententia 196) τοὺς ἀδικέοντας, μὴ ὑπ' ἐκείνοις γενέσθαι· ἀλλά τις ἢ θεσμὸς ἤ τι ἄλλο ἀμυνεῖ (futur. *debebit defendere.* Vide Matthiae Gramm. Graec. pag. 694. Malim tamen ἤ τινα θεσμὸν —— ἀμύνειν.) Quibus sic constitutis hic sensus exibit: *Nullo modo fieri potest, ut nunc res se habet, quin magistratus populorumque principes, licet justissimi sint, nonnunquam iniqua*

ferant judicia. Nam ea quae nunc est liberarum civitatum constitutio nulli alii rei similis est (vel *nihil aliud exigit*). quam ut princeps populi vel judex post anni vicem rursus privatus fiat aliorumque potestati obnoxius. Atqui oportebat res ita constitui, ut judex, qui justitiam non violavit, licet poenas gravissimas, quas lex postulat, exegerit a sontibus, nunquam eorum potestati subjectus fieret, sed sive scripta lex sive aliud quiddam ipsum defenderet ab illorum injuria. Unmöglich ists nach der jetzt bestehenden Ordnung, dafs die Obrigkeiten nie ungerecht handeln, wenn sie auch ganz rechtschaffen sind: denn die ganze Ordnung gleicht nichts anderm (oder vermag nichts anders) als dafs der nämliche Jahr um Jahr in andrer Willkühr steht. Allein auch dies sollte so geordnet werden, dafs der keine Ungerechtigkeit übende, wenn er auch die Ungerechten noch so strenge vor Gericht gezogen hätte, (nach Verflufs seines Jahres) nicht unter jene zu stehen käme, sondern eine Satzung oder etwas andres dem, der gerecht verfuhr, Hülfe gewährte.“ Vidit Burchardus, quam absurda esset haec interpretandi ratio imprimisque miratus est verborum οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ἔοικε explanationes *nihil aliud exigit* et *vermag nichts anders*, quibus nihil fingi potest ineptius. Idem vir doctus illustraturus particulam ὅκως (ὅπως) infinitivo junctam laudavit Bernhardi Syntax. p. 369; sed ipse locum, de quo hic quaeritur, non exposuit. Quodsi verum esset, quod initio adnotationis ait, hoc fragmentum ita esse corruptum, ut singula nullo rationis nexu inter se copulata sint, omni explicandi conatu abstinendum foret. Sed videamus, num ipsi melius quam alii rem egerimus. Nihil in hoc fragmento corruptum aut interpolatum esse arbitror, nisi quod vocum formae ionicae et atticae, ut saepe, librariorum incuria confusae sunt. In antecedentibus, quae perierunt, Democritus haec videtur dixisse: *„Qui in liberis Graeciae civitatibus inveniuntur supremi magistratus, illos omnes rerum negotiorumque, quae gerenda sunt, non valde peritos esse necesse est. Nam quum quotannis novi magistratus soleant creari, tempus, quo singuli munere funguntur, vix sufficit ad negotiorum rationem penitus percipien-*

dam, quodque in aliis rebus contingit, ut usu et experientia proficiamus, id magistratibus nostris haudquaquam conceditur. Quare non annuos, sed plurium annorum magistratus haberi convenit." Tum sequitur illud, quod superest, fragmentum: „(Quippe) *in praesenti rerum statu fieri non potest, quin magistratus etiam valde boni (interdum) inique agant; neque enim ulli alii nisi sibi ipsi similis est haec rerum facies et conditio, qua (idem homo) iidem homines perpetuo aliis atque aliis (magistratibus) parent. Convenit etiam ita fere haec* (de quibus loquor) *institui, ut qui nulla in re injustum se praebet, etiamsi severe de injuriarum auctoribus quaerat, illis ne pareat* (postea), *sed ut vel lex vel aliud quid magistratum justitia insignem ab illorum injuria defendat.*" Caeterum Democritum statuisse, utiliores esse civitatibus plurium annorum quam unius anni magistratus, propterea quod qui diutius in re quapiam versatur ejus peritior evadat necesse sit, quam qui vel multa eodem tempore tractat, vel per breve tempus uni rei operam dat, cum ex aliis fragmentis probabili conjectura cogi potest, tum ex fragm. 92 et 142. De priore egi in praefatione ad fragmenta spuria.

206. Ἔστι ὧν reliquimus, ut est ap. Herod. VII, 187 in optimis codd. qui in hac dicendi forma raro exhibent τῶν. Φόνον καὶ μὴ φόνον pro φόνου καὶ μὴ φόνου correxit Valckenarius ad Eur. Hipp. p. 184, ubi particularum οὐ et μὴ substantivis junctarum usum exponit; quo in genere est ἡ μὴ ἐμπειρία ap. Arist. Eccl. 115 et ἐν οὐ καιρῷ ap. Eur. Bacch. 1286. Cf. praeterea eundem virum doctum ad Schol. Phoen. 15. In sequentibus jam Orellius edidit εὐεστοῦν ex certa Valckenarii emendatione ad Herod. lib. I cap. 85 pag. 97 ed. Schweigh. pro εὖ ἐστ' οὖν, quod in membranis est. Εὐεστώ, vel ut ionico accusativo utar, εὐεστοῦν appellabat Democritus *tranquillum animi statum ab omni cura et perturbatione vacuum.* Hesych. εὐεστὼ —— εὐθηνία, ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι, εὐδαιμονία ἐπὶ τοῦ εὖ ἑστάναι τὸν οἶκον. Eodem modo dicebatur ἀειεστώ *aeternitas* ab Antiphonte apud Harpocrat. Adde Suid. in εὐεστώ et ἀειεστώ. Porro κακεστώ in usu fuit, cujus accusati-

vum affert Hesych. h. v. κακὴν κατάστασιν explicans. Similiter ἑστώ pro οὐσία est Archytae ap. Stob. Eclog. Phys. p. 81 ed. Canter. et ἀπεστώ pro ἀποδημία Callimacho ap. Suid. Cf. Balforeus ad Cleomedem p. 257 et Hemsterhus. Anecd. p. 221 ed. Geel.

207. Haec sententia vulgo inde a verbis καὶ ταῦτα sic scripta legitur: καὶ ταῦτα ὁ ποιῶν ἐπιθυμίης καὶ δίκης καὶ θάρσους (Burch. θάρσεος) καὶ κτάσεως ἐν παντὶ κόσμῳ μείζω μοῖραν μεθέξει. Gesnerus parum recte interpretatus est: „Interficienda sunt omnia omni studio, quae praeter fas injuriam inferunt: et qui ipsa occiderit, is cupiditatis suae, causae vel juris confidentiae et possessionis in toto orbe meliores partes ac privilegium habere debet." Videtur tamen jam κτήσιος pro κτάσεως legisse, quod posterioribus negotia facessivit. Pro ἐπιθυμίης Wakefieldius conjecit εὐθυμίης, quod calculo suo probavit Orellius. Burchardus libere profitetur se verba ἐπιθυμίης et κτάσεως ἐν παντὶ κόσμῳ non assequi; quare nihil nisi initium fragmenti usque ad verba περὶ παντός convertit. Quae quum ita sint, praeterquam quod pro ποιῶν edidimus ποιέων, pro ἐπιθυμίης, ut sententia flagitat, εὐθυμίης, et pro κτάσεως exigua mutatione κτήσιος, nihil tamen erat, quod corrigendum videretur. Sensum hunc esse existimo: „qui nocentia animalia quacunque de causa interfecerit, fore, ut is non tantum majore quam caeteri homines animi tranquillitate fruatur ac majore excellat firmitate et constantia, sed cavendum etiam esse, ut illi plus quam reliquis mortalibus juris et possessionum, quae res in vitae ornamentis sunt, legibus concedatur." De reliquo hoc ipsum fragmentum una cum praecedenti et duobus sequentibus ad Abderitarum leges referri probabile est.

208. Ὅκωσπερ edidi cum Burchardo: Orellius ὅκως. Porro δοκεῖ et ποιεῖν mutavi in δοκέει et ποιέειν. De voce κίναδος haec ap. Schol. Aristoph. ad Nub. v. 447 adnotata reperimus: κίναδος· εἶδός τι θηρίου· καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου· Τοῦτο δὲ καὶ φύσει κίναδος τἀνθρώπιόν ἐστι. Οἱ δὲ πᾶν μὲν θηρίον κίναδος ἀξιοῦσι καλεῖσθαι, ἰδίως δὲ τὴν ἀλώπεκα. Ibidem alia quoque exstat minus apta explanatio

ζῶον μικρὸν τὸ αἰδοῖον εἰσωθοῦν καὶ ἐξωθοῦν, παρὰ τὸ κινεῖν τὸ αἰδοῖον. Adde Harpocrat. et Etymol. M. h. v. Est autem vix dubium, quin Democritus hoc loco κιναδέων nomine angues vel alia bestiarum noxiarum et venenatarum genera appellet. Nam apud Hesychium est κίναδος —— θηρίον, ὄφις. Vid. ibi interpp. Tom. II p. 266 ed. Alberti, et Wagner. ad Alciphr. lib. III epist. XXVIII Tom. II p. 93 seqq. — Verbum plurale γεγράφαται singulari *scriptum est* cum Gesnero reddidimus, sed pluralem numerum, in quo haesit Burchardus, a Democrito usurpatum arbitramur, quod varias Abderitarum leges de hujusmodi rebus constitutas respiceret. — De locutione ἐν ᾧ *quatenus* cf. Bernhardi Syntax. pag. 211. — Extrema male accepit Burchardus, quasi subjectum orationis νόμος tribus nominibus appositis ἱερά, σπονδαί, ὅρκοι explicetur. Nam etsi σπονδὰς et ὅρκους largior νόμους posse vocari, tamen tertium vocabulum alienum esse ab hujusmodi comparatione in promtu est.

209. Reposuimus λῃϊστὴν pro λῃστήν. Κιξάλλης est, interprete Hesychio, φώρ, κλέπτης, ἀλαζών. Recte ibi Albertus comparat diras Tejorum in Chishull. Antiquitt. Asiat. p. 99 (ap. Boeckh. corp. inscr. gr. vol. II p. 629, 4): Ὅς ἂν κιξαλλεύοι ἢ κιξάλλας ὑποδέχοιτο, ἢ λῃΐζοιτο, ἢ λῃϊστὰς ὑποδέχοιτο. De varia vocabuli scriptura κισσάλης, κιττάλης, κιξάλης, κιξάλλης vid. Koen. ad Greg. Corinth. p. 435 ed. Schaefer. Caeterum probabile est τὸν κιξάλλην a κιχάνειν dictum esse.

211. Hoc fragmentum una cum quatuor sequentibus quae exstant ap. Stob. Flor. XLIII, 42 — 46 in editionibus ante Gaisfordianam emissis lemmate carent. Quum igitur dubium videretur, ad quem auctorem essent referenda, propter ionicam qua scripta sunt, dialectum Orellius (opusc. sent. Tom. II p. 372 seqq. et pag. 735) ea aut Democriti aut Eusebii Neoplatonici esse ratus posteriori attribuit probata Jacobsii sententia qui in Addit. ad Athenaeum p. 16 haec fragmenta eidem auctori adscripsit. Postea Gaisfordius in uno codice primo horum fragmentorum Democriti nomen appositum repperit. Inde probabili conjectura infertur, reliqua, quae in membranis conjunctim cum primo exarantur, ejusdem esse philosophi. Huc accedit quae-

dam in singulis verbis cum Democritea dictione similitudo, cujus, ubi opus esse putavimus, a nobis mentio facta est. Burchardus Democrito imprimis posteriora tria fragmenta abjudicat, de cujus judicio infra agetur. Caeterum in hoc primo fragmento pro δυνατοῖσι quod tuetur Orellius, Burchardus vulgavit δυναστῇσι, voluit autem δυνάστῃσι.

212. Male Burchardus ἡγεῖσθαι ὅπως scripsit pro ἡγέεσθαι ὅκως quod jam Orellius habet. Vulgavimus ἄξεται εὖ e Koenii emendatione ad Greg. Corinth. p. 233 ed. Schaefer. pro vulg. αὔξεται εὖ, quam emendationem ab Orellio ignoratam primus recepit Burchardus. Correximus ἑωυτῷ pro ἑαυτῷ, quod caeteri toleraverant. Denique pro τὸ τοῦ ξένου, quod in membranis est atque a Conr. Gesnero in τὸ τοῦ κοινοῦ mutatum erat, substituimus certam Schaeferi conjecturam ξυνοῦ, quam ille adnotationi Orellianae pag. 735 in corrigendis Opusculorum plagulis adjecit. Verba πόλις γὰρ εὖ ἀγομένη μεγίστη ὄρθωσίς ἐστι minus recte redduntur a Gesnero: *civitas enim prospere agens felicitas est maxima.*

213. Reposuimus τοῖσι χρηστοῖσι οὐ ξυμφέρον pro τοῖς χρηστοῖς οὐ συμφέρον. In codd. sequentia scribuntur: ἀμελέοντας τῶν ἑωυτῶν, quam scripturam Orellius et Gaisfordius retinuerunt, Burchardus fortasse improbavit, hoc fragmentum mendis non vacare dicens, sed nihil corrigens. Nam etsi recte dicitur graece τὰ ἑωυτῶν μὴ ἐπιστάμενοι et τῶν ἑωυτοῦ ἀμελέειν, tamen τῶν ἑωυτῶν ἀμελέειν ferri non potest. Itaque Lycurgum secutus, qui pag. 147 ed. Reisk. verbo ἀμελεῖν dativum adjungit, non dubitavi rescribere τοῖσι ἑωυτῶν. In verbis τὰ γὰρ ἴδια κακῶς ἂν ἔσχεν particula ἄν, quae in membranis desideratur, addita est a Jacobsio ad Athenaeum pag. 16. Post verba καὶ ἦν μηδέν Orellius perspicuitatis gratia τις uncis inclusum inseruit; sed hoc pronomine, quod saepe omittitur, non est opus. Vide Hermanni diss. de ellips. et pleonasm. Opusc. Tom. I p. 154. Pro ἐπεὶ καὶ ἀμελέοντι ἢ ἀδικέοντι Jacobs. ad Stob. pag. 250 maluit ἐπειδὴ ἀμελέοντι ἢ ἀδικέοντι, quae conjectura nobis non placet. Orellius quaerit: „*num post* ἀμελέοντι *excidit* οὐχ ἧσσον?" Sane, hujusmodi quid

librariorum culpa intercidit. Quare hanc locutionem adjeci, sed eo modo quo ionicae dialecti natura flagitat, mutatam. Extrema hujus enuntiationis vulgo sic eduntur: καὶ δεῖ καὶ παθεῖν τι, sed bene emendavit Jacobsius ad Stob. et Athen. l. l. καὶ δὴ καὶ, quam emendationem in textum recepit Orellius. Nobis infinitivo etiam, quem non attigit Jacobsius ad ionicam formam revocato exarandum videtur καὶ δὴ καὶ παθέειν τι. De verbis ἀνάγκη δὲ ἁμαρτάνειν, pro quibus ne inepte iteraretur δὲ, nos ἀνάγκη δὴ ἁμαρτάνειν edidimus, Orellius haec observat: „Nescio, quid corrupti in his verbis reperisse sibi visus sit Jacobsius. Mihi omnia videntur sanissima, modo haec ab antecedentibus dirimantur tanquam nova sententia. Dicit scil. Eusebius h. l. (immo Democritus) idem fere, quod divinus Salvator Matth. XVIII, 7: Ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται. Eundem Evangelistae locum allegat Burchardus, qui singulas hujus fragmenti partes nullo sententiarum nexu inter se cohaerere ait. At aliud dicit Christus, aliud Democritus. Verborum Ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα sensus e praecedentibus apparet, ubi haec leguntur: Ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων κ. τ. λ. Contra Democritus idem sentit quod apud Demosth. de cor. pag. 322 in pulchro epigrammate sic expressum est: μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν ἐν βιοτῇ. Si igitur totius fragmenti sensum declarare idque simul cum praegresso et fr. 92 contendere volumus, ea fere philosophi mens esse perhibenda est: „Publica civitatis negotia, in quibus rite obeundis omnium salus posita est, magna cum cura geri oportet, neque res privata publicae sic praeoptanda est, ut res publica detrimentum capiat. At in suscipiendis declinandisve muneribus ita virium nostrarum rationem duci convenit, ut non plura recipiamus, quam quibus ferendis pares simus. Neque enim viri boni est negligere rem familiarem eo consilio, ut civibus suis prosit. Jam vero qui negligenter publica

negotia administraverit, eum non minore infamia laborare necesse est quam qui in rebus privatis alios homines injuriis affecit, quoniam qui publico officio defuit, quamvis neque laeserit quemquam, neque ullum commiserit flagitium, non singulis, sed omnibus videtur injuriam intulisse. Cum rebus autem neglectis, prout majores aut minores sunt, vel infamia vel poena conjuncta est. Quae quum ita sint, mortalis naturae infirmitas, qua profecto peccare cogimur, eam posset habere vim, ut omissis negotiis publicis quieti nos daremus vel nostras tantum res ageremus, praesertim quum peccatorum veniam haud facile ab aliis impetremus. Sed tamen quum e recta publicorum negotiorum procuratione omnium salus pendeat, gravissima omnium negotiorum publica existimanda sunt."

214. Burchardus loquendi formulam ἰόντες ἐς τὰς τιμάς quam interpretatur *accedentes ad honores* posterioris aetatis graecitatem imprimisque vitiosam τῶν Ἑλληνιστῶν dictionem redolere ait. Quae ipsa res eum induxit, ut hoc fragmentum Democrito abjudicaret. Non memini me alibi eandem junctu-ram reperire. Sed cavendum est, ne deteriora putemus, quae a vulgari dicendi consuetudine abhorrent. Mihi hoc loquendi genus, ut multa alia in fragmentis Democriteis, poeticum videtur. Democriti orationem etiam agnoscimus in voce ἀναχηδέες. Ita enim legendum esse pro ἂν ἀχηδέες, quod est in membranis, acute vidit Burchardus, qui idem vocabulum Democrito reddidit fragm. 118, ubi vide nostram adnotationem. Gaisfordius re non perspecta ἄν e textu ejicit; Orellius monet delendum esse ἄν aut scribendum γίγνοιντο. De reliquo cum hac sententia cf. Anton. Mel. p. 517 proverb. 28 et 29.

215. Edidimus τοῖσι pro τοῖς, προτελέειν et ὑπουργέειν pro προτελεῖν et ὑπουργεῖν, πολιήτας (quod et Burchardus habet) pro πολίτας. In verbis τοῖσι μὴ ἔχουσι rursus Democriteum scribendi genus agnoscimus. Vide quae adnotavimus ad fragm. 20. Burchardus qui in hoc fragmento Christianorum misericordiam reperisse sibi visus est, sine dubio fallitur. Nam οἰκτείρειν eo quo hic ponitur sensu jam ab Homero usurpari constat, velut Iliad. XVI, 5.

Τὸν δὲ ἰδὼν ὦκτειρε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

Cf. Il. XI, 813. Illud autem quod Democritus in locupletibus inesse vult de pauperibus bene merendi studium, veteribus Graecis non fuisse ignotum, non est quod multis demonstrem. Nihil enim testatius est Cimonis munificentia, de qua Plutarchus in ejus vita c. 10: Αὐτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο συνήθως δύο ἢ τρεῖς ἀμπεχόμενοι καλῶς· ὧν ἕκαστος, εἴ τις συντύχοι τῷ Κίμωνι τῶν ἀστῶν πρεσβύτερος, ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς, διημείβετο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια. Καὶ τὸ γινόμενον ἐφαίνετο σεμνόν. Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ νόμισμα κομίζοντες ἄφθονον, παριστάμενοι τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων ἐν ἀγορᾷ σιωπῇ τῶν χερματίων ἐνέβαλλον εἰς τὰς χεῖρας. Ergo neque in verbis quidquam neque in rebus est, quod alium potius quam Democritum hujus caeterorumque quae proxime antecedunt fragmentorum auctorem esse indicio sit.

217. Hesychius Λίμύλος —— ἀστεῖος, συνετός, ὀξὺς ἐν τῷ λέγειν.

218. Edidi ἀπίξεται et ὢν pro vulg. ἀφίξεται et οὖν. Praeterea flagitante sententia scripsimus τοῦ μέλλοντός τε καὶ ἀδήλου. In textu Orelliano est τοῦ μέλλοντος, εἰ δὲ ἀδήλου, pro quo editor exarari jubet εἴ γε ἀδήλου, *saltem si incertum sit.* Neutrum hoc loco tolerari potest. Alii legunt εἰ καὶ ἀδήλου, quod aeque frigidum esse liquet. Gesnerus vertit: *perfectum igitur bonum futuro, praesertim incerto, praestantius est.* Sed futura omnia incerta sunt; quare non quadrat *praesertim.* Burchardus existimat e superioribus verbis ἄδηλον εἰ ἐς γῆρας librariorum incogitantia repetitum esse εἰ, praesertim quum sequatur ἀδήλου. Quodsi expungatur εἰ, ferri posse sententiam in promtu est, sed idem efficit εἰ mutatum in τε.

219. Restituimus πᾶσι ἐνδέει pro πᾶσι ἐνδεῖ. Dativus verbo ἐνδέει adjunctus non est insolens. Pariter Lucianus ἐνδεῖ τῷ ἀριθμῷ, *deest ad justum numerum.* Sic hoc loco πᾶσι ἐνδέει erit *deest aliquid ad omnia* i. e. *ad integritatem*, quam Burchardus explicationem proponit. Possis etiam sic interpretari, ut πᾶσι ἐνδέει sit *omnibus* (aliquid) *deest.* Utrius-

que generis exempla vide in Henr. Steph. Thes. vol. III col. 1026 ed. Dind. Nequaquam in eandem sententiam Democritus apud Stobaeum Flor. CXVI, 45 (n. 113 Orell.) sic ait: Αὐξανομένου τοῦ σώματος συναυξάνονται φρένες, γηράσκοντος δὲ συγγηράσκουσι καὶ ἐς τὰ πράγματα πάντα ἀμβλύνονται. Namque haec verba non Democriti, sed Herodoti sunt, apud quem lib. III, 134 haec reperiuntur: αὐξανομένῳ γὰρ τῷ σώματι συναυξάνονται καὶ αἱ φρένες, γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι καὶ ἐς τὰ πρήγματα πάντα ἀπαμβλύνονται. Cujus rei neque Gaisfordius memor erat, neque Orellius. Wesselingius ad Herodoti locum citatum utrique scriptori eandem sententiam attribui posse opinabatur. Idem dictum ex Herodoto affert Schol. Odyss. II, 515 addito simili loco Galeni. Cf. Valckenar. ad Herod. l. l. Mihi tutius videtur Herodotum hujus sententiae auctorem habere, siquidem prope contraria est fragmento 216, id quod Burchardus qui et ipse Herodotum auctorem esse vult, non animadvertit. Etenim fragm. 216 Democritus senectutem temperantia prudentiaque (τῇ σωφροσύνῃ) praecipue valere ait, sed Herodotus augescente corpore simul et mentem augeri illoque senescente una senescere mentem et ad omnes res hebescendo minus aptam fieri contendit. Quis autem credat, tam diversa Democritum dicere potuisse? Si enim cum corpore senescit mens, fieri non potest, ut senes prudentia caeteros homines superent. Quare nihil restat, nisi ut Stobaei textus ex Herodoto corrigatur, id quod faciendum esse vel Stobaei codex Parisiacus indicio est, qui in verbis αὐξανομένῳ τῷ σώματι —— γηράσκοντι cum Herodoti exemplaribus concinit.

220. Cf. adnot. ad fragm. 84.

222. Pro ἐς πειθώ, quod Orellius et Gaisfordius tuentur, in nonnullis codd. legitur ἐν πειθοῖ. Non est spernenda haec lectio, sed nequaquam ita explicari debet, ut vult Burchardus, qui eam solam recte se habere ratus, ἐν praepositionem dativo junctam hoc loco eadem notione poni affirmat, qua alias dativus commodi usurpetur ejusque opinionis auctorem excitat Bernhardum Syntax. p. 212. At nunquam idem est, utrum simplex ponatur dativus, an ἐν praepositio adjungatur,

quod accurata exemplorum a Bernhardo allatorum pervestigatio docet. Sed ne aliena hic tractem, breviter dicam, ἐν πειθοῖ in hoc fragmento proprie esse: *in ipso persuadendi actu* i. e. quando quis id agat, ut aliis persuadeat, longe maximam vim sermonem habere solere.

223. Vitiose Orellius et Burchardus ἰσχυρώτερος pro ἰσχυρότερος. In Cod. Palat. scriptum exstat: ὁ ἰσχυρότερος εὐπειθεῖ, in quibus verbis articulum delendum esse patet. Quodsi antecedentem sententiam non satis integram esse, ut Burchardus conjecit, sed ex hac emendari oportere liquido constaret, corrupta vox εὐπειθεῖ scripturam ἐν πειθοῖ in superiore fragmento confirmaret. At hic omnia incerta sunt.

224. Edidimus ἀδικέων et ἀδικεομένου pro ἀδικῶν et ἀδικουμένου, quod prius vulgabatur.

225. Hanc Democriti sententiam respiciens Ritterus hist. phil. Tom. I, p. 582 non accurate: „Democritus, inquit, tadelt die Vaterlandsliebe, welche nicht erkenne, dafs die ganze Welt unser Vaterland." Nam patriae amantes minime reprehendit philosophus.

227. Exaravimus πρηξίων et μετανοέειν pro πράξεων et μετανοεῖν. Caeterum praepositionem πρὸ post κρέσσον e Cod. Palat. addidit Orellius; sed hanc salvo sensu abesse posse, vix est quod moneam. Simile dictum est Epicharm. ap. Anton. pag. 957: Οὐ μετανοεῖν ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν σοφὸν ἄνδρα, quod et a Stobaeo Flor. I, 14 eidem tribuitur.

228. Mutavimus συγγενῶν in ξυγγενέων et vitiosam quae apud Orellium et Burchardum est scripturam ἐχθρή in ἔχθρη cujus formae vix opus est Herodotum lib. I, 5 citari auctorem. Nam quod apud Atticos observatur discrimen inter substantivum ἔχθρα et femininum adjectivi ἐχθρά, idem apud Jones fuisse inter ἔχθρη et ἐχθρή nemo non intelligit. In Cod. Palat. pro τῆς τῶν mendose legitur τῇ τῶν; deinde ibidem haec sententia cum sequenti, quae ap. Orell. est Pseudodemocraticarum quinquagesima septima (vid. supra fragm. 174) librarii errore sic conjuncta est, ut uno tenore legatur μάλα καὶ ὕποπτος κ. τ. λ. Sed ut veteres editiones rectius habent μὴ ὕποπτος

πρὸς ἅπ., ita nequaquam Palatini Cod. depravata scriptura argumento uti debuit Burchardus, quo demonstraret, finem nostri fragmenti esse corruptum. Ait enim μάλα comparativo additum sensu carere ideoque delendum esse. Quod quum scriberet vir doctissimus, non erat memor, ut alios scriptores taceam, loci Homerici Il. κ, 124: νῦν δ' ἐμέο πρότερος μάλ' ἐπέγρετο, καί μοι ἐπέστη, ubi πρότερος μάλ' est *multo prior*, plane ut Democritei hujus fragmenti ratio postulat.

229. Vulgo hic scribitur ἐν ἀπαιδεύτοις, quod vix ferri potest. Quare jam Burchardus ἐν uncis inclusit, ego prorsus delevi, praesertim quum postea simpliciter dicatur νήφοντα μεθύουσιν, quae legitima est verbi διαλέγεσθαι structura. Neque tamen ἐν praepositionem e textu ejecissem in fragmento, quod servarunt Antonius et Maximus, testes non admodum locupletes, graecitatis autem nullo numero habendi auctores, si in codicillis ἐν μεθύουσιν esset inventum. Expressit hanc voculam Gesnerus hunc in modum interpretans: „Idem dixit: Non decet doctum inter indoctos loqui, ut neque sobrium inter ebrios."

231. Scripsimus τοῖσι pro τοῖς et ξυνιᾶσι pro vitioso ξυνίασι, quod tolerarunt Orellius et Burchardus. Pro οἵ, quod Orellio teste in Cod. Palat. exstat, vulgo editiones habent εἰ. Utrumque defendi potest. Extrema sic exponit Orellius: „qui conscii sunt, dignos se esse, quibus conferantur honores." Sed hoc aliter graece dicendum erat. Mihi sensus hic esse videtur: „Homines prudentes ac benevoli honorem ipsis tributum grata mente accipiunt, probe intelligentes, ejusmodi esse omnia fortunae munera, ut nemo ea jure quodam suo poscere queat: at stulti et malevoli (οἱ κακόφρονες) nulla unquam mercede sibi satisfactum putantes nullo honore magnopere laetantur."

232. Edidimus ὑπ' ἑτέρου pro ὑφ' ἑτέρου et ὑπ' ἑωυτοῦ pro ὑφ' ἑαυτοῦ.

233. Pro vulgata scriptura ἡγέου, Orellius apte e Cod. Palat. edidit ἡγέο. Burchardus mutato accentu ἧγεο ponens formam quae recte se habet, mendosam reddidit. Vid. Buttm. gramm. ampl. Tom. I §. 105 adn. 8 p. 501. Sensum hujus fragmenti sic declaravit Strothius: Ἐὰν μὴ εὕρῃς ἐν σοὶ τὸ τοῦ

ἐπαίνου ἄξιον, et Levesquius: „si tu ne connais pas les qualités qu'ils celèbrent en toi, sois convaincu, que ce sont des flatteurs."

234. συνεχὴς mutavimus in ξυνεχής. Mens scriptoris est: „Quicumque continenter cum improbis commercium habet, is eorum vitiis paullatim solet assuescere." Caeterum hoc fragmentum cum duobus sequentibus non est interpretatus Burchardus.

235. Vulgatam ἐξωτικῶς, quae ferri nequit, converti in ἐκουσίως. Certe hanc vocem a Democriteo scribendi genere non alienam esse indicio est fragmentum 86. Porro πονέειν exaravimus pro πονεῖν, ξυνέχει pro συνέχει, αἰδέεσθαι pro αἰδεῖσθαι, φιλέει pro φιλεῖ, γίνεσθαι pro γίγνεσθαι. Vix opus est moneri, ἀνιέντες a Democrito eo significatu poni, quo vulgo usurpatur medium hujus verbi genus, atque in ultimis fragmenti verbis μάλα referri ad φιλέει. De optativo μάθοιεν cf. adnot. ad fragm. 12.

236. Edidi τοῖσι πόνοισι pro τοῖς πόνοισιν; καὶ γὰρ ὡς τὸν οὐκ ἐθέλοντα pro καὶ γὰρ οὖν οὐκ ἐθέλοντα, etsi scio rectius hic dici μὴ ἐθέλοντα; ἐξέργει rescripsi, ut est apud Herodot. lib. VII, 139 (ubi eadem potestate usurpatur) pro ἐξείργει. Postrema in Cod. Flor. sic exarata sunt: οὕτω μεγάλης . . . . . τε φυτικῆς ἐστι, in quibus verbis lacunam supplevi caeteraque, quemadmodum sententia flagitare videtur, emendavi. Nam apertum est tale quid a Democrito scriptum fuisse: οὕτω μεγάλης πρήξιος ὁ ἀμαθὴς σπανίως πρωτουργός τε καὶ ποιητής ἐστι. Initio fragmenti μάθησις non est ipsa discendi actio, sed ut saepe apud philosophos, rerum perceptarum comprehensa cognitio, quae res usu et consuetudine in naturam verterunt, ut bene reddatur *disciplinae* vocabulo. In sequentibus καρποῦσθαι passive dicitur, ita ut sit *fructum esse* aut *fieri*.

237. Posuimus σοφίη pro σοφία. Orellius adnotat: „Si sana est lectio, sensus hic erit: *sapientiae vel minima portio pluris est aestimanda quam stupiditas magna, quantum licet honorata sit* (ob opes scil. et potentiam). Sic enim interpretor v. δόξαν. At convenientior multo et philosopho dignior

sententia exiret sic legendo: Τίμιον ὀλιγωρουμένη σοφία ὑπὲρ δόξαν ἀφροσύνης μεγάλην. *Pluris aestimanda sapientia* (vel *sapiens*, abstractum pro concreto) *licet contemta jaceat, quam stupiditas, quantum licet sit honorata.* Ceterum hanc sententiam, quae in editis desideratur, uni debemus Codici Palatino." Burchardus hic tacet. Mihi nihil videtur esse mutandum; sensum enim horum verborum eum esse arbitror, quem in interpretatione expressi.

238. In Cod. Palat. haec tantum leguntur: Ἀνθρώποις πᾶσι τα . . . . . τὸν ἀγαθὸν καὶ ἀληθές· ἡδὺ δὲ ἄλλῳ ἄλλο. Qua de re operae pretium erit Orellii adnotationem integram exhibere. „Corruptissima haec verba, inquit, quae in editis desiderantur, tanquam novam sententiam inserit h. l. Codex Palat. Post τὰ, notante viro docto, qui illum in meos usus contulit, erasum quid. Legendum fortassis: Ἀνθρώποισι πᾶσι σεβαστά ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀληθές· ἡδὺ δὲ ἄλλῳ ἄλλο. Apud omnes quidem homines in honore sunt bonum ac verum: gratum tamen alii aliud. Bei allen Menschen steht zwar das Gute und Wahre (Tugend und Wahrheit) in einer gewissen Achtung; im übrigen aber liebt der eine dies, der andre anderes." Acquievi in hac Orellii conjectura, qua tamen philosophi verba restitui non ausim contendere.

241. Attuli totum Plutarchi locum, ne de verborum Democriteorum sensu ulla dubitatio nasceretur. Initium Ἥμος δὲ κ. τ. λ. usque ad ὀνείρους ex poeta nescio quo ductum esse indicio sunt et versus heroicus et dictio poetica. Στεροπῆς epitheton somniis non valde accommodatum tamen intactum relinquere, quam corrigere malui. — Ἀπεπτοίησεν legendum esse pro vulg. ἀπεποίησεν viderunt Xylander et Reiskius, quae scriptura et codd. nonnullorum auctoritate firmatur. — In verbis νέα ἐφ' ἡμέρῃ στρέφοντες prima vox est ex emendatione Reiskii, qui recte repudiavit vulg. νέᾳ comparato alio Plutarchi loco (convival. disp. lib. VIII, p. 722 ed. Xyl.; vol. VIII, p. 882 ed. Reisk.) ubi idem Democriti dictum hunc in modum citatur: καθάπερ ἐκ παλιγγενεσίας νέα ἐφ' ἡμέρῃ φρονέοντες, ὥς φησι Δημόκριτος. Ita enim editio Basileensis habet:

nam

nam vitiose apud Xylandrum est: καθάπερ ἐκ παλιγγενεσίας νέας ἐφημέρῃ φρονέοντες, ὥς φησι Δημόκριτος. Inde simul patet, eandem formam νέα restituendam esse in tertio Plutarchi loco conviv. disp. lib. III, 6 p. 655 ed. Xyl., vol. VIII p. 601 ed. Reisk.: ὅθεν εὖ ἔχει τὸ τὴν νύκτα καὶ τὸν ὕπνον ἐν μέσῳ θεμένους καὶ ποιήσαντας ἱκανὸν διάλειμμα καὶ διάστημα, καθαροὺς αὖθις, ὥσπερ ἐξ ὑπαρχῆς, καὶ νέᾳ (lege νέα) ἐφ' ἡμέρῃ φρονέοντας, κατὰ Δημόκριτον, ἀνίστασθαι i. e. *itaque expedit, nocte et somno interjecto, justoque intervallo adhibito, mundos rursus quasi de integro statim ab initio diei nova cogitantes, ut ait Democritus, surgere.* — ἐφ' ἡμέρῃ recte explicare videtur Reiskius vol. VIII p. 882 εὐθὺς ἀφ' ἡμέρας statim ab initio diei. Sed si sana est vulgata, νέᾳ ἐφ' ἡμέρῃ significet necesse est *in novi diei usum cogitantes, für den neuen Tag denkend.* — στρέφοντες inepte mutavit Xylander in τρέφοντες; siquidem satis constat στρέφειν τι φρεσίν, vel στρέφειν βουλὴν ἐν ἑαυτῷ a Graecis accipi pro *volvere aliquid animo, consilium agitare.* Quae translatio utrum a restionibus, σχοινοστρόφοις vel σχοινοπλόκοις, petita sit, quod vult Reiskius, an aliunde ducta, nolim ad amussim definire. Quae quum ita sint, minime opus est cum Burchardo ex reliquis duobus Plutarchi locis hic φρονέοντες exarare, quamquam e contrario neutrubi hoc verbum expungendum puto. Sequentia in membranis sic scripta reperiuntur τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁρμὴν καθάπερ ἀρτύματα συντόνως πλασθέντες, pro quibus Xylander substituit τῇ πρὸς ἀλλήλους ὁρμῇ, καθάπερ ἀρτύματι συντόνως πλασθέντες hoc modo interpretans: *homines mutuis conatibus tanquam condimento quodam refecti.* Sed πλασθέντες non est *refecti.* Reiskius legi jussit τῇ πρὸς ἀλλήλους ὁρμῇ καθάπερ ἀρτήματι συντόνῳ σπασθέντες. Mihi nihil mutandum videtur, nisi πλασθέντες in ποθοῦντες; quo facto tolerabilis sensus oritur.

242. Inepte Burchardus hoc fragmentum inter spuria rettulit (pag. 55), nulla causa allata, cur de geminorum numero eximendum esset. Caeterum pietatem hic intelligimus non magis hominum erga deos quam hominum erga homines.

243. Reperitur haec sententia apud Maximum praemisso titulo Δημοκρίτου, Ἰσοκράτους καὶ Ἐπικτήτου in hunc modum scripta: Ξένοις μεταδίδου καὶ τοῖς δεομένοις ἐκ τῶν ἐόντων· ὁ γὰρ μὴ διδοὺς δεομένῳ οὐδὲ αὐτὸς λήψεται δεόμενος. Jonicae dialecti vestigium in voce ἐόντων Democritum videtur auctorem prodere, ut statuunt Orellius pag. 523 et Schweighaeuserus ad Epicteti fragm. 108 pag. 208. Hoc vestigium negligens Burchardus et pro scripturae mendo habens sententiam Democrito abjudicavit.

244. Burchardus ait, regulae his verbis expressae inter Isocratis praecepta Demonico data aut in Epicteti doctrina morali adolescentium usui destinata, sed nequaquam inter generalia Democriti dogmata locum concedi posse, ideoque hoc fragmentum inter supposita collocavit. Ut autem haec verba, quae nemo dogma Democriticum esse judicabit, a Democrito dici potuisse omnes intelligunt, licet, in quo libro dixerit philosophus ignoremus, ita non committendum est, ut in hac fragmentorum paucitate nostram potius libidinem quam codd. auctoritatem sequamur.

245. Burchardus hoc fragmentum circumlocutionem esse existimat brevioris sententiae, quam Max. p. 543 Aristoteli, Antonius pag. 518 Soloni attribuit: Ὁ πολλοῖς φοβερὸς ὢν πολλοὺς φοβεῖται, atque idcirco hunc locum e fragminibus Democriteis delet. Sed similes aliorum sententiae non eam debent habere vim, ut Democriteae in νοθείας suspicionem vocentur. Namque hac ratione, ut uno defungar exemplo, fragmentum 140 Democriti esse non posset, sed necessario ad Heraclitum auctorem propter magnam cum ejus apophthegmate similitudinem referendum foret.

246. Ἐναντίους hoc loco intelligit Democritus hostes in acie oppositos, ut jam ap. Homer. Il. VI, 106 et alibi reperimus. Suspectam habuit hanc sententiam cum praecedenti Burchardus propterea quod fragmenta quae sequuntur apud Anton. et Max. Isocratis nomine insignita sunt. Inde vir sagacissimus coegit, utramque sententiam petitam esse e collectis Democriti, Isocratis et Epicteti sententiis, de quibus jam supra facta est

mentio. Posteriorem denique jejunam vocat et Democrito indignam; quae omnia nequaquam mihi probantur.

247. Hanc quoque sententiam inepte Burchardus corruptam esse opinatur e Stob. Flor. XLVI, 78: Κάτωνος πρεσβυτέρου. Κάκιστον ἔλεγε τὸν ἄρχοντα εἶναι τὸν ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον, ideoque non esse Democriteam affirmat.

248. Burchardus in his verbis corrupti senarii vestigia deprehendisse sibi visus fragmentum hoc e Democriteorum numero expunxit. Quod non facturus erat, si meminisset, se inter sententias Pseudodemocraticas quadragesimam nonam: Ἁμαρτίης αἰτίη ἡ ἀμαθίη τοῦ κρέσσονος, in qua et ipsa senarii reliquias odorari aliquis possit, germanum Democriti dictum judicasse. Quippe et integri versus et versuum partes omnibus solutae orationis scriptoribus interdum aliud agentibus exciderunt. Quod reliquum est, cum Cod. Palat. ξυμφέρῃ edidimus pro συμφέρῃ.

249. Holstenius notat: „Egregie Plotinus Ennead. III lib. II cap. 15. Ceterum πάροδος vox e theatro et media scena petita; estque primus chori ingressus in scenam primusque ostentus teste Polluce (lib. IV §. 33 et 118) et Hephaestione." Quare verba ὁ βίος πάροδος verti possunt: *vita processio in scenam.* Sed ne bis poneretur scenae vocabulum, in interpretatione eam graeci nominis secuti sumus significationem, quae non minus quadrat quam altera. Burchardus ait, Democritum hujus apophthegmatis non esse auctorem, quoniam quamvis lepide dixerit, quisquis dixit, tamen a Julii Caesaris verbis illis *veni, vidi, vici* mutuatus sit. Non refragarer viro doctissimo, nisi scirem, cuivis ante Caesarem eandem sententiam, praesertim in rerum humanarum cum ludo scenico comparatione, in mentem venire potuisse. Caeteroqui pro vulg. ἴδες, quod Orellius et Burchardus tuentur, cum Cod. Palat. scripsimus εἶδες. Nam ἴδον pro εἶδον apud Homerum metri excusationem habet, apud alios librariorum scripturae mendum est.

250. Mutavimus νοῦ in νόου. Vulgo legitur τὸ ἀεὶ, pro quo Cod. Palat. habet τὸ αἰεὶ τό.

DE FRAGMENTIS SPURIIS.

Quum de omni fragmentorum genere difficile est judicare, ut genuina a suppositiis discernamus, tum de Democriti librorum fragminibus difficillimum, cujus in praeceptis moralibus, si cum reliqua philosophi doctrina comparentur inconstantiam quandam jam supra attiginus. Quare nisi certam judicandi normam animo informaveris, facile in hac materia in fraudem incidere possis. Quod Meinersio accidisse diximus, qui quum Democritum in rebus divinis constare sibi vellet, non solum praeclara illa fragmenta, quibus secundum et centesimum septimum locum dedimus, Abderitae abjudicavit, sed alia etiam non satis intellecta e Democriteorum operum reliquiis expunxit. Hujusmodi est sententia nonagesima secunda, quam spuriam esse pronuntiavit collatis octogesima quinta et centesima nonagesima quinta. At praeceptum nonagesimum secundum, quo homines monet Democritus, ne quid ultra vires suscipiant, nequaquam oppositum est caeteris duobus locis. His enim magistratus et honores regumque amicitia tanquam res expetendae commendantur propter utilitatem quae inde in hominum vitam redundet, ac praeterea ars bellica laudatur iique labores, quibus clarum nomen soleat parari. Mitto caetera quae molestum est enumerare. Sed alia sunt, ad quae caute secernenda animum ille minime advertit. Ferebantur apud veteres sententiae ἐκ τῶν Δημοκρίτου, Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτους in unum corpus redactae. Qui hoc sententiarum corpus post Stobaeum [1]) condidit, auctoris nomen singulis effatis non videtur apposuisse, ita ut non perspiceretur, quae essent Democriti, quae Epicteti, quae Isocratis. Quo factum est, ut Antonius et Maximus, qui hoc volumine usi sunt, pro libidine unum ex illis tribus singulorum apophthegmatum auctorem perhiberent, vel eorum omnium nomina adjicerent. Adde quod Democriti dicta ex ionico in communem sermonem conversa jam inveniebant vel ipsi convertebant, ita ut posteris judicandi difficultas augeretur.

[1]) Huic opinioni fortasse obstat Cod. Flor. Stob. p. 434, non item vulgatus Stobaei textus.

Inde etiam est, quod sententiam νόμῳ καὶ σοφωτέρῳ εἴκειν κόσμιον, quam Stobaeus Flor. V, 23 Democrito vindicat, Antonius et Maximus pag. 149 Isocrati et pag. 452 Epicteto asscribunt. Itaque magna opus est cautione, ne quae apud Antonium et Maximum leguntur Democriti, Epicteti et Isocratis fragmenta, ea uni ex illis tribus temere assignemus. Confugiendum enim semper est ad Stobaei aliorumque veterum, qui fide digni sunt, auctoritatem. Id non perpetuo fecisse Orellium mox manifestum erit, qui, quae ejus negligentia fuit, aliena saepenumero pro Democriteis publicavit. Quapropter cum Burchardo, circumspecto illo moralium Democriti fragminum editore multa rejicio, Democritea Orellio visa, ita tamen, ut pauca quaedam ex iis quae severior ille judex jam obelo confixerat quaeque in praecedentibus jam tractata sunt, Democrito reddam. En igitur fragmenta, quae partim ut aliena ex Orellianis opusculis ejicienda sunt, partim, ut suspecta Democrito a cautioribus tribui nequeunt.

1. Σφόδρα εὐάλωτόν ἐστιν ἡ πονηρία·
Εἰς γὰρ τὸ κέρδος μόνον ἀποβλέπουσ' ἀεὶ
Ἀφρόνως ἅπαντα καὶ προπετῶς συμπείθεται.

Legitur ap. Stob. Flor. II, 1; nr. 2 ap. Orellium, qni ipse jam conjecit hoc fragmentum non esse Democriti Abderitae. Demetrii nomen praepositum habet in Dictis Poetarum e Stobaeo ab Hug. Grotio editis Eundem Demetrium auctorem agnoscunt codd. nuper collati.

2. Ἀδικείτω μοι πλούσιος καὶ μὴ πένης·
ῥᾷον φέρειν γὰρ κρειττόνων τυραννίδα.

Corrupti hi versus ad Democritum auctorem male referuntur in Corpore sententiarum Frobeniano pag. 208, cujus haec est inscriptio: Callimachi hymni cum scholiis. Accedunt sententiae ex diversis poetis, oratoribus et philosophis collectae. Basileae 1532, 4. Tribuuntur Menandro ap. Anton. et Max. p. 213, ubi scriptum est ἀδικείτω με.

3. Ὅστις σῶμα θεραπεύει τὸ ἑαυτοῦ, οὐχ ἑαυτὸν θεραπεύει· ὅστις χρήματα, οὐθ' ἑαυτὸν οὔτε τὰ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔτι πορρωτέρω τῶν ἑαυτοῦ. Stob. Flor. XVIII, 37; ap. Orell. n. 51.

Fragmentum hoc attica dialecto confectum non Democriti, sed Platonis esse complurium codd. consensu exploratum habemus.

4. Πολυμαθίη κάρτα μὲν ὠφελέει, κάρτα δὲ βλάπτει τὸν ἔχοντα· ὠφελέει μὲν τὸν δεξιὸν ἄνδρα, βλάπτει δὲ τὸν ῥηϊδίως φωνεῦτα πᾶν ἔπος καὶ ἐν παντὶ δήμῳ. Χρὴ δὲ καιροῦ μέτρα εἰδέναι· σοφίης γὰρ οὗτος ὅρος. Οἳ δὲ ἔξω καιροῦ ῥῆσιν μουσικὴν πεπνυμένως ἀείσωσι, οὐ παραδέχονται ἐν ἀργίῃ γνώμην. αἰτίαν δὲ ἔχουσι μωρίας. Stob. Flor. XXXIV, 19 ap. Orell. n. 60. Valckenarius et Jacobsius hoc fragmen propterea quod ionice scriptum est aut Democriti aut Eusebii Neoplatonici esse volebant. At Anaxarchi Abderitae est, quem auctorem nominant nonnulli codd. Stobaei l. c. Eidem auctori adscribitur in Cod. Florent. Stob. p. 411 his verbis: Ἡράκλειτος μὲν ἔλεγε, πολυμάθειαν νοῦν μὴ ἐμποιεῖν, Ἀνάξαρχος δέ, πολυμάθειαν κάρτα μὲν ὠφελεῖν, κάρτα δὲ βλάπτειν.

5. Ἔξεστι οὐ πολλὰ τῶν σφετέρων ἀναλώσαντας παιδεῦσαί τε τοὺς παῖδας καὶ τείχός τε καὶ σωτηρίην περιβαλέσθαι τοῖσί τε χρήμασι καὶ τοῖσι σώμασι αὐτέων. Stob. Flor. LXXXIII, 26 ap. Orell. n. 91. Quum in membranis nonnullis Democriti nomen hoc loco desit, in aliis tota sententia desideretur ac praeterea sensus hujus fragmenti vix conciliari possit cum Democriteo de puerorum institutione judicio, merito videtur Burchardus fragmen istud Democrito abjudicasse. Quippe nihil minus placebat Democrito quam quod hic dicitur: *licet pueros non magno sumtu ita instituere, ut pariter eorum fortunis atque corporibus quasi muro addito salutem praestemus.* Ipse enim non tam corporis quam animi bona spectare solebat (cf. fragm. 127, 128 seqq.), divitiarum autem contemtor fuisse existimandus est, ut qui uno doctrinae desiderio flagrans sumptuosis itineribus totum patrimonium profuderit.

6. Τὰς μὲν γραμμὰς ἀσφαλεστέρας, τὰς δὲ πράξεις λαμπροτέρας ἔχειν δεῖ. Anton. et Max. p. 35 ap. Orell. n. 124. Eadem sententia exstat inter Demophili Similitud. Pythag. n. 52 Orell. opusc. Tom. I pag. 10; sed ibi scriptum est γραφάς. Quum autem Demophilus incertae aetatis scriptor qui similitudines ac sententias Pythagoricas collegit, majore videatur usus

esse opere, ex quo Stobaeus, Antonius Melissa et Maximus monachus haud paucas sententias Pythagorae, Socratis, Plutarchi aliorumque nominibus inscriptas suis anthologiis inseruerunt (cf. Orell. praefat. ad Opusc. p. VII) probabile est, Democriti nomen fortasse e scripturae mendo ortum apud Antonium et Maximum expungendum esse.

7. Θεοῦ ἄξιόν σε ποιήσει τὸ μηδὲν ἀνάξιον αὐτοῦ πράττειν. Anton. et Max. p. 35 ap. Orell. n. 125. Haec sententia cum doctrina Democritea conciliari non potest.

8. Οὕτως πειρῶ ζῆν, ὡς καὶ ὀλίγον καὶ πολὺν χρόνον βιωσόμενος. Anton. et Max. p. 35 ap. Orell. n. 126. Ascribendum est hoc apophthegma Bianti, ut testificantur Diog. Laert. I, 87 et Stob. Flor. V, 27.

9. Δύο ἀφορμαὶ κινοῦσιν ἄνθρωπον εἰς θεοῦ ἐπιμέλειαν, τιμωρία δυσσεβείας καὶ γνώμης εὐσεβοῦς ἀμοιβαί. Anton. et Max. p. 37 apud Orell. n. 127.

10. Ἄφόρητος γίνεται κακία ἐπαινουμένη. Anton. et Max. p. 37 ap. Orell. n. 128. Haec et praecedens sententia in nonnullis Codd. Democriti, in aliis Sexti nomen praefixum habet. Si utraque eidem philosopho attribuenda est, prior satis probat, neutram Democriti esse posse. Burchardus quid de hac re statueret, nescivit, ut qui pag. 10 priorem sententiam Democriti esse dixerit, pag. 55 eandem illi abjudicaverit.

11. Εὐλαβοῦ τὰς διαβολάς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσι. Anton. p. 261 ap. Orell. n. 132. Hoc fragmentum sumtum est ἐκ τῶν Δημοκρίτου, Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτους Hoc loco Antonius Democritum ejus auctorem citat, sed pag. 258 cum Maximo auctorem Isocratem nominat, cui et Stobaeus Flor. XLII, 7 tribuit. Neque injuria; exstat enim in Isocrat. ad Demonic. admon. pag. 5 ed. Steph. (pag. 7 ed. Bekker; ap. Orell. Opusc. II p. 24).

12. Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν, καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν τὸ μαθεῖν· εἰ δὲ παθεῖν, τί δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γὰρ χρή. Anton. et Max. p. 313. Haec non Democritus scripsit, sed vel sophista aliquis vel sophisticae dictionis amator. In Codice

Parisiensi 1630 p. 192 eadem verba plenius sic leguntur Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν, καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν τὸ μαθεῖν· εἰ δὲ παθεῖν δεῖ, ἃ δεῖ μαθεῖν, τί δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γὰρ χρή. Tum interjecto nomine nescio quo, quod non amplius legi potest, haec subjiciuntur: μαθεῖν μὲν ἐκ τοῦ παθεῖν καὶ τῶν πάντη ἐστὶν ἀμαθῶν, μαθεῖν δὲ καὶ χωρὶς τοῦ παθεῖν τῶν φρονίμων. Cf. Boissonad. ad Nicet. Eugenian. Amor. lib. III nr. 194 Tom. II p. 182. Neque tamen negaverim fieri posse, ut talia in libro aliquo Democritico olim fuerint iis locis, ubi sophistas λεξειδίων θηράτορας, ἐριδαντέας καὶ ἰμαντελιατέας deridendos sibi sumsisset philosophus. Sed in tanta rei ambiguitate nihil certi affirmo.

13. Κόλαζε κρίνων ἀλλὰ μὴ θυμούμενος. Anton. et Maxim. p. 329; ap. Orell. n. 142.

14. Οἱ θυμοὶ καθάπερ αἱ κύνες τυφλὰ τίκτουσιν ἐγλήματα. Anton. et Max. p. 329; ap. Orell. n. 143. Utrique fragmini in membranis additur lemma Δημοκρίτου (Δημοκράτους) ἤτοι Δημώνακτος. Prius fragmen quum trimeter Jambicus sit, ad Democritum auctorem referri nequit. Posterius utpote ad idem lemma pertinens, pariter Abderitano philosopho abjudicandum est.

15. Πονηρὰ φύσις ἐξουσίας ἐπιλαβομένη δημοσίας ἀπεργάζεται συμφοράς. Anton. p. 520; ap. Orell. n. 149. Hoc fragmentum Stobaeus Flor. XLIII, 35 Aeschini vindicat, apud quem legitur orat. adv. Ctesiph. pag. 74 ed. Steph. (p. 431 ed. Bekk.) his verbis: οὕτως, ὡς ἔοικε, πονηρὰ φύσις μεγάλης ἐξουσίας ἐπιλαβομένη δημοσίας ἀπεργάζεται συμφοράς.

16. Ὅταν αἰτιᾶται δικαστὴς κρινόμενον, ἀνάγκη σιωπᾶν. ap. Orell. n. 151.

17. Ἄριστος κριτὴς ὑπονοείσθω ὁ ταχέως μὲν συνιείς, βραδέως δὲ κρίνων· θάτερον μὲν οὖν εὐνοίας, θάτερον δὲ ἀσυνβείας ap. Orell. n. 152.

18. Ἀσκέπτως οὐ δεῖ προπετεῖν ἐν τῷ κρίνειν, ἔμπροσθεν δὲ βουλεύεσθαι, μηδὲ τῷ σπεύδειν τῷ λογισμῷ, παρ' ὃ δεῖ λέγειν, ἀλλὰ βραδύνοντάς τε καὶ μέλλοντας, τὴν ὁρμὴν ἀκριβῶς πεπονημένους. καὶ μὴ πρὸς χάριν μεταβάλλεσθαι· ἧττον γὰρ

τοῦ ἀβούλου τὸ εὐμετάβολον καὶ τοῦ προπετοῦς τὸ κοῦφον ap. Orell. n. 153.

19. Οὐχ οὕτω τὸν τῶν γραμμάτων χαρακτῆρα ὀρθοῦν δεῖ, ὡς τὸν τῶν πραγμάτων τηρεῖν· ἡ γὰρ κακὴ κρίσις παντὸς κακοῦ αἰτία ap. Orell. n. 154. Haec omnia fragmenta, quae apud Anton. p. 547 exstant, ob praeceptorum jejunitatem, qua valde differunt a Democriteis per Stobaeum aliosque auctores fide dignos servatis non Democriti, sed posterioris aretalogi esse reor. Idem fere Burchardi de iisdem fuit judicium.

20. Τὰς μὲν πόλεις ἀναθήμασι, τὰς δὲ ψυχὰς μαθήμασι δεῖ κοσμεῖν Anton. et Max. p. 704; ap. Orell. n. 156.

21. Ταῖς μὲν πόλεσι τὰ τείχη, ταῖς δὲ ψυχαῖς ὁ ἐκ παιδείας νοῦς κόσμον καὶ ἀσφάλειαν παρέχεται. Anton. et Max. p. 704; ap. Orell. p. 157. Posteriori fragmento in codd. adduntur verba: *alii ex Democrate, Isocrate, Epicteto.* Sed utraque sententia non videtur recte Democriti nomen in fronte gerere. Nam in Cod. Flor. Stob. p. 405 priori praeponitur lemma: Δημώνακτος, Ὑψαίου καὶ Σωκράτους, posteriori autem p. 408 adjicitur titulus: Ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων καὶ Σωκράτους.

22. Τὸν σπουδαῖον φίλον πρὸς μὲν τὰς εὐφροσύνας κληθέντα δεῖ παρεῖναι, πρὸς δὲ τὰς περιστάσεις αὐτόκλητον δεῖ συμπαρεῖναι. Anton. et Max. p. 720; ap. Orell. n. 158. Haec verba jure videntur Burchardo circumlocutione amplificata esse ex Chilonis sententia ap. Stob. Flor. III, 79 p. 96: Ἐπὶ τὰ δεῖπνα τῶν φίλων βραδέως πορεύου, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτυχίας ταχέως. Loci illius memor fuit Orellius adnot. ad opusc. Tom. I p. 521, qui tamen hoc de quo agimus fragmentum Democritei ingenii foetum esse putavit. Sed omnem dubitationem eximit vox περίστασις. Nam περιστάσεις pro *rebus adversis* florentis aetatis scriptores non dixerunt. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 377. Quare Democritus hujus fragmenti auctor esse nequit.

23. Οἱ ἀληθινοὶ φίλοι καὶ τὰς φιλίας ἡδείας καὶ τὰς συμφορὰς ἐλαφροτέρας ποιοῦσιν, ὧν μὲν συναπολαύοντες, ὧν δὲ μεταλαμβάνοντες. Anton. et Max. p. 720; ap. Orell. n. 159.

24. Τὸ μὴ δύνασθαι βοηθεῖν τοῖς φίλοις, ἀπορίας, τὸ δὲ

μὴ βούλεσθαι κακίας τεκμήριον. Anton. et Max. pag. 724; ap. Orell. n. 160. Utrumque fragmentum admodum ineptum est. Prius sic corrigi vult Burchardus, ut reponatur τὰς εὐφροσύνας ἡδίονας; sed in inficeti scriptoris dictione nihil muto. Porro non est, quod moneam ὧν μὲν —— ὧν δὲ, ut hic fit, positum fere citerioris graecitatis esse. Caeterum utrumque ejus est generis, de quo diximus ad fragm. supposit. 16, 17, 18 et 19.

25. Διηνεκὴς ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ τοῦ πλούτου ἐπιθυμία· μὴ κτηθεῖσα μὲν γὰρ τρύχει, κτηθεῖσα δὲ βασανίζει ταῖς φροντίσιν, ἀποκτηθεῖσα δὲ ταῖς λύπαις. Anton. pag. 762; ap. Froben. (cf. supra ad fragm. suppos. 2) pag. 205; ap. Orell. n. 161. Frigida sententia ac Democrito indigna, non tantum propter verba ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, quae cum Democriteo de his rebis, judicio conciliari non possunt, sed etiam propter loquendi genus a Democritea dictione alienum. Offendit imprimis verbum ἀποκτᾶσθαι, quod apud optimum quemque scriptorem non legitur, et participia, quae ad divitias referenda erant, ad cupiditatem (ἐπιθυμίαν) relata.

26. Ὁ κατὰ φύσιν πλοῦτος ἄρτῳ καὶ ὕδατι καὶ τῇ τυχούσῃ τοῦ σώματος σκέπῃ συμπεπλήρωται· ὁ δὲ περιττὸς κατὰ ψυχὴν ἀπέραντον ἔχει καὶ τὸν τῆς ἐπιθυμίας βάσανον. Anton. p. 762; ap. Orell. n. 162 i. e. *Naturales divitiae constant pane et aqua et qualicunque corporis tegumento, supervacaneae vero infinitam in animo cupiditatis vexationem habent.* Orellius comparat sententiam Pythagoricam (opusc. I p. 46, 20) Σαρκὸς φωνὴ μὴ πεινῆν, μὴ διψῆν, μὴ ῥιγοῦν. et Pauli apostoli verba I Timoth. VI, 8: Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. At ipsa graecitas documento est, hoc fragmentum a Democrito non esse scriptum. Ac primum quidem non solum junctura ὁ κατὰ φύσιν πλοῦτος —— συμπεπλήρωται paulo insolentior est, sed etiam usus vocis σκέπη, quem hic videmus, magis concinit cum recentiore quam cum antiquiore dicendi consuetudine. Deinde nemo bonus scriptor dixit ὁ βάσανος; omnes feminino genere hoc vocabulum usurparunt. Quam rem fugisse video Burchardum, qui significatu

magis quam genere hoc substantivum ab antiquorum loquendi norma hic abhorrere existimat.

27. Ὅσα μὲν ἐπὶ τῇ φύσει, πάντες ἐσμὲν πλούσιοι, ὅσα δὲ ἐφ' ἡμῖν, πάντες ἐσμὲν πένητες. Anton. pag. 762; ap. Orell. n. 163 i. e. *rebus iis quas natura largitur, omnes abundamus; quae vero in nostra postestate sunt, earum omnes sumus inopes.* Hanc sententiam per se falsam esse non est, quod multis demonstrem. Nam aliis plus, aliis minus largitur natura, neque corpore solum, sed etiam animo differunt homines. Utque non omnes arbores et plantae in quovis agro crescunt, ita non in omnibus hominibus eadem prudentia idemque animi habitus invenitur. Quae autem in nostra sunt potestate amor, desiderium, laboris patientia et similia, earum rerum alii plus, alii minus possident, iisque etiam excellunt aut plane carent, ut prorsus ridiculum sit, omnes homines in hoc genere pares inter se putare. Quare nihil excogitari potest, quod magis adversetur philosophi nostri de hominibus judicio, ut qui, quemadmodum vidimus supra, alios prudentes, alios stultos, alios pecuniarum tenaces, alios prodigos, alios veraces, alios mendaces appellaverit. Burchardus sententiam non impugnat, sed sola auctoris verba. In his τὰ ἐπὶ τῇ φύσει ita opponi ait verbis τὰ ἐφ' ἡμῖν, ut fere apud Epictetum fiat, qui Enchirid. cap. I haec habet: Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα ἡμέτερα ἔργα. Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα. Sed nolim haec longius persequi, satis habens, ostendisse, quae esset hujus fragmenti a Democriteis discrepantia.

28. Εἰ βούλει ἄλυπον βίον ζῆν, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν ὡς ἤδη συμβεβηκότα λογίζου. Anton. et Max. p. 790; ap. Orell. n. 165.

29. Ἄλυπος ἴσθι, μὴ τὴν ἀπάθειαν, ὡς τὰ ἄλογα τῶν ζώων, μηδὲ τὴν ἀλογίαν, ὡς οἱ ἄφρονες, ἀλλ' ὡς ἐνάρετος, τὸν λόγον τῆς λύπης ἔχων παραμύθιον. Anton. et Max. p. 790; ap. Orell. n. 166.

30. Ὅσοι τινὲς πρὸς τὰς συμφορὰς γνώμῃ μὲν ἧκιστα

λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσιν, οὗτοι καὶ τῶν πόλεων καὶ ἰδιωτῶν κράτιστοί εἰσιν. Anton et Max. p. 790; ap. Orell. 167. His tribus fragmentis in codd. et in margine edit. C. Gesneri additur lemma *ex sententiis Epicteti, Isocratis, Democriti.* Inter Epicteti Fragmenta jam retulerunt Meibomius et Schweighaeuser. nr. 158—160. Omnino ea Epicteti esse satis probat scribendi genus. Ἀπάθεια apud Epictetum est ἀναισθησία. Sic idem ap. Arrian. III, cap. II, 4: οὐ δεῖ με εἶναι ἀπαθῆ, ὡς ἀνδριάντα. Cf. Schweigh. ad l. l. Huc accedit vox ἐνάρετος, Democriteae aetatis Graecis ignota. Vid. Lobeck. ad Phryn. pag. 328 seqq.

31. Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατρούς, τοῖς δὲ ἀτυχοῦσι φίλους δεῖ συμπαρεῖναι. Anton. et Max. p. 805; ap. Orell. n. 168. At ibidem pag. 815 eadem sententia Plutarcho tribuitur. Stobaeus Flor. CXIII, 16 Socratis esse dicit, inter cujus similitudines est apud Orell. opusc. I, p. 24 (ubi παραινεῖν pro συμπαρεῖναι legitur). Quocirca nulla hic est Antonii et Maximi Democrito hoc dictum vindicantium auctoritas

32. Καὶ ἰατρὸν καὶ φίλον οὐ τὸν ἡδίω, ἀλλὰ τὸν ὠφελιμώτερον δεῖ ἐκλέγεσθαι. Anton. et Max. p. 805. At ibidem pag. 721 hoc fragmen *ex dictis Epicteti, Isocratis et Democratis* esse fertur. Apud Orellium legitur n. 169. Democriti esse hanc sententiam ex iis quae de amicitia dixit, demonstrari nequit.

33. Γῆρας καὶ πενία δύο τραύματα δυσθεράπευτα. Max. p. 856; ap. Orell. n. 172. Hoc contrarium est iis quae Democritus de paupertate et divitiis supra dixit.

34. Παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

Maxim. p. 856; ap. Orell. n. 173.

35. Γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν. Maxim. p. 856; ap. Orell. n. 174. In his duobus fragmentis nihil Democriteum est; namque priores duo versiculi ex Euripidis Melanippe, posterior ex ejusdem Hippothoonte sunt, ut efficitur ex Stob. Flor. CXV, 5 et 14.

36. Ἐν μὲν τοῖς ἐσόπτροις ὁ τῆς ὄψεως, ἐν δὲ ταῖς ὁμι-

λίαις ὁ τῆς ψυχῆς χαρακτὴρ βλέπεται. Anton. et Maxim. p. 933; ap. Orell. n. 175. In codd. atque in editione C. Gesneri huic apophthegmati appositum est lemma *Demosthenis vel Democriti.* In hac ambiguitate tutius est, hanc sententiam Democriticis non inserere, donec certius quid e membranis proferatur.

37. Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον ἔστω μηδὲ φιλίας ἐκλογὴ ἐκτὸς παθῶν διακειμένη, οἷς τὸ δίκαιον συγχέεται καὶ σκοτίζεται. Anton. p. 234; ap. Orell. n. 177.

38. Ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια καὶ ἀΐδιον, παρέχει δὲ ἡμῖν οὐ κάλλος χρόνῳ μαραινόμενον, οὔτε παῤῥησίαν ἀφαιρεῖ τὴν ὑπὸ δίκης· ἀλλὰ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα, διακρίνουσα ἀπ' αὐτῶν τὰ ἄδικα καὶ ἀπελέγχουσα. Anton. p. 234; ap. Orell. n. 178. Utrique sententiae adjicitur in membranis Epicteti nomen. Quapropter non injuria iis inter Epicteti fragmenta (n. 139 et 140) locum concessit Schweighaeuserus. Sed quoniam fragmentum proxime antecedens ap. Antonium Democriti nomine insignitum est, suspicabatur idem vir doctus duas illas, de quibus loquimur, sententias petitas esse e Democriti, Epicteti et Isaei (corr. Isocratis) sententiis antiqua aetate in unum corpus redactis. Porro ex verbo συγχέεται Democritum auctorem esse conjiciebat. Hujus conjecturam amplexus Orellius utrumque fragmen inter Democritea rettulit, quod non probamus. Etenim συγχέεται, quod Schweighaeuserus certissimum ionicae dialecti vestigium habuit, Burchardus autem scripturae mendum esse ratus est, fortasse etiam apud Atticos in usu fuit. Certe Xenophontem recte statuit Buttmannus gramm. ampl. Tom. II, §. 114, p. 107 seqq. semper dixisse δέεται, quae forma pluribus locis servata non librariis, sed ipsi scriptori debetur. Neque valde dispar est ratio verbi χέειν, de quo disseruit idem grammaticus Tom. I, §. 105, adnot. 2. Itaque in his fragmentis nullum est indicium, ex quo Democritum eorum auctorem esse colligi oporteat. Caeterum neutrius fragmenti textus integer est, cujus emendandi curam gerere nunc non vacat.

39. Τὸ προσπεσὸν τερπνόν ap. Orell. n. 181.

40. Ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσός ἐστι ap. Orell. n. 182. Utrumque apophthegma ex Pseudohippocratis epistola

ad Damagetum, de qua libro primo pag. 78 seqq. disseruimus, sumtum, ex M. Neandri Opere aureo, ubi pag. 362 (ed. Lips.) legitur, inepte exscripsit Orellius.

41. Γνωμέων μευ τῶνδε εἴ τις ἐπαΐοι ξὺν νόῳ, πολλὰ μὲν ἔρξει ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἄξια, πολλὰ δὲ φαῦλα οὐχ ἕξει. Pseudodemocrates ap. Orell. n. 1. Jonicae dialecti ratio postulat οὐκ ἕξει; Orellius corrigi vult οὐκ ἔρξει. Sed manifestum est, hanc sententiam ab eo qui Democriti praecepta moralia collegit, commendationis loco caeteris sententiis esse praemissam.

42. Μακάριος ὃς οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει· χρῆται γὰρ εἰς ἃ δεῖ καλῶς. Pseudodemocrates ap. Orell. n. 48. Corrupti sunt versus Jambici, quos integros exhibent Stobaeus Flor. CXIV, 7 et Maxim. pag. 759, Menandri esse dicentes. Ibi autem in hunc modum scribuntur:

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει,
Χρῆται γὰρ οὗτος, εἰς ἃ δεῖ, ταύτῃ καλῶς.

43. Γῆς ἐπέβην γυμνός, γυμνός θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι·
Καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος;

In Cod. Palat. sententiarum Pseudodemocraticarum hoc epigramma post sentent. 83 inseritur, ut testatur Orellius opusc. I p. 504. At idem distichon Palladae ascriptum exstat in Brunckii Analect. Tom. II. p. 428.

44. Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις, ὁ βίος ὑπόληψις Democrat. ap. Orell. n. 85. Exstat haec sententia Democrati ascripta ap. Marcum Antoninum lib. IV §. 3 fin. ubi vid. Gataker. Fuisse eam in Codice Barberino sententiarum Democraticarum ex Holstenii, qui illum codicem contulit, silentio conjicere licet. Sed quum eam in Cod. Palatino, qui magni ponderis est, desiderari testetur Orellius, omninoque non videatur fieri posse, ut Democritus, licet mundum appellaverit mutationem, vitam tamen nihil nisi opinionem esse dixerit, hoc dictum inter Democritea non recepimus. Siquidem ipsi Antonino potius convenit hoc effatum, cui passim in ore fuerit illud πᾶν ὑπόληψις. aut alii attribuendum est Democrati quam illi, quem Democritum esse volumus.

45. Θεῷ ὅμοιον ἔχει ὁ ἄνθρωπος τὸ εὖ ποιεῖν, ὅταν τὸ

εὖ ποιεῖν μὴ καπηλεύηται, καὶ τὸ εὐεργετεῖν καὶ ἀληθεύειν. Anton. et Max. p. 277; ap. Orell. n. 135. Cur hanc sententiam Democrito abjudicemus, dictum est in praefatione fragmentis praemissa.

46. Ἢν πιστεύῃ τις, θεοὺς ἐπισκοπεύειν πάντα, οὔτε λά. θρῃ οὔτε φανερῶς ἁμαρτήσεται. Democrat. ap. Orell. n. 80. De hoc quoque fragmento in eadem praefatione diximus.

B. ADNOTATIONES AD FRAGMENTA PHYSICA.

1. Mutavimus ἡμεῖς ad restituendum Jonismum in ἡμέες, συνίεμεν ex Democriti usu in ξυνίεμεν, διαθήκην autem in διαθιγήν, de quo vocabulo disseruimus ad fragm. moral. 22. Nam διαθήκην hic ferri non posse res ipsa loquitur. Porro γινώσκειν edidimus pro γιγνώσκειν, ἴομεν pro ἴσμεν, ἐπιῤῥυσμίῃ pro ἐπιρυσμίῃ, quod proprie valet *affluentiam* sed hoc Democriti loco *rem extrinsecus allatam*. Hesychius: ἐπιῤῥύσμιον, ἐπιῤῥέον. Praeterea exaravimus ξύμπαντα pro σύμπαντα. Denique flagitante sensu ἀποκεκριμένη scripsimus pro ἀποκεκρυμμένη, quod vitium miramur fugisse Stephanum in poesi philos. p. 157 et Fabricium in Sexti editione p. 400. Caeterum vix est quod moneam, in verbis ὅταν —— δύνηται me sustulisse mendum non animadversum Fabricio l. l. Papencordtio p. 59 et Heimsoethio p. 19. Nam quod est in codd. mss. ὅταν —— δύναται, id non esse Democriteum, sed posteriori demum aetate evaluisse, inter viros graece doctos constare arbitror. In interpretatione καθάπτεσθαι sic expressimus, ut reddendum est ap. Herod. VI, 68.

2. In universum moneo formas in Democriti verbis ionicas, quae a librariis hoc loco ad unam omnes in atticas conversae erant, a me esse restitutas. Eadem sententia paucis mutatis exstat ap. Pseudoplutarch. de placit. phil. lib. IV, cap. 19. Brevius etiam Simplicius ad Arist. Phys. fol. 7: πεφυκέναι γὰρ τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου κινεῖσθαι καὶ φέρεσθαι τὰ συγγενῆ πρὸς ἄλληλα.

3. Rescripsimus ex Plutarch. de orac. defect. p. 419. A. et vit. Aemil. Paul. p. 255 D. εὐλόγχων pro εὐλόγων. Neque enim dubium est, quin apud Sextum prior vox usu non satis trita librariorum incuria in posteriorem corrupta sit. Praeterea pro ὑπερμεγέθη reposuimus ὑπερφυῆ, quod non solum simillimus Sexti locus adv. Math. lib. IX §. 42 praebet, sed etiam in Cod. Monacens. Nr. 159 legisse se testatur Papencordtius p. 70.

4. Edidi ὁρέοντες pro ὁρῶντες, τοῖσι μετεώροισι pro τοῖς μετεώροις, κατάπερ pro καθάπερ, ἐκλείψιας pro ἐκλείψεις et ἐδειματέοντο pro ἐδειματοῦντο.

5. In hoc Diogenis loco ἀληθείη scripsi pro ἀλήθεια et bis ἐτεῇ pro αἰτίῃ. Hoc Democriti de latente veritate effatum frequenter ab antiquis memoratur. Aristoteles Metaph. lib. III, cap. 5: διὸ Δημόκριτός γέ φησιν, ἤτοι οὐθὲν εἶναι ἀληθές, ἢ ἡμῖν γ' ἄδηλον. Cicero Academ. Quaest. I, 13 Democritus, Anaxagoras, Empedocles, omnes paene veteres, nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse, angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitae et, ut Democritus, in profundo veritatem esse demersam; opinionibus et institutis omnia teneri; nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. Id. Acad. Quaest. II, 10: Natura in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abstrusit. Lactantius lib. III Institutionum cap. 28: „Anaxagoras pronuntiat, circumfusa esse tenebris omnia. Empedocles angustas esse sensuum semitas queritur, tanquam illi ad cogitandum rheda et quadrigis opus esset: Democritus quasi in puteo quodam sic alto, ut fundus sit nullus, veritatem jacere demersam: nimirum stulte, ut caetera. Non enim tanquam in puteo demersa est veritas, quo vel descendere vel etiam cadere illi licebat, sed tanquam in summo montis excelsi vertice, vel potius in coelo; quod est verissimum. Quid enim est, cur eam potius in imum depressam diceret, quam in summum levatam? nisi forte mentem quoque in pedibus aut in imis calcibus constituere malebat potius, quam in pectore aut in capite." Haec ille et alia multa adversus veteres philosophos. Seneca quaest. nat. lib. VII, cap.

cap. 32 Democriti sententiam his verbis attingit: „At mehercules, si hoc totis membris premeremus, si in hoc juventus sobria incumberet, hoc majores docerent, hoc minores addiscerent, *vix ad fundum veniretur, in quo veritas posita est*, quam nunc in summa terra et levi manu quaerimus."

6. Vulgo hic legitur δεῖν ἀπὸ παντὸς etc. hoc sensu: *oportere ab atomorum variarum universitate* (multas ad mundum generandum) *segregari*. Sed praeoptavimus vulgatae scripturae Heimsoethii conjecturam p. 29 propositam, qui pro δεῖν substituit δίνῃ. Cui emendationi non obstat quod apud Simplicium subjungitur πῶς δὲ καὶ ὑπὸ τίνος αἰτίας μὴ λέγει; siquidem non mundi conditi, sed illius turbulentae atomorum concursionis causam Aristotelis interpres requirit. Quod reliquum est, non improbo lectionem, quam exemplaris sui margini ascripsit Victorius, τοῦ παντός. Praeterea εἶδος atomorum nomen a figuris sumtum alibi a me expositum est.

7. In verbis δυνάμι et ἐνεργείᾳ ionismum a librariis obliteratum restitui. Est autem hic locus testimonio, rerum quae vel δυνάμει vel ἐνεργείᾳ sunt discrimen, cujus saepe meminit Aristoteles, a Democrito esse inventum.

8. Democriti verba a Plutarcho servata interpretatur Aristoteles metaph. lib. I, 4: διὸ καὶ οὐθὲν μᾶλλον τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος εἶναί φασι (Λεύκιππος καὶ ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ Δημόκριτος) ὅτι οὐδὲ τὸ κενὸν τοῦ σώματος.

9. Hic Sexti locus duo continet Democriti fragmenta. Unum est τάδε λέγω περὶ τῶν ξυμπάντων, quae verba Cicero acad. II, 23 vertit *haec loquor de universis*. Ita Democritum orsum fuisse magnum Diacosmum probabile esse diximus supra, ubi de illo opere egimus. Quomodo a viris doctis intelligatur illud παρεικαζόμενος, jam expositum est in praefatione libri secundi adn. 1. Superest alia explanandi ratio, quam hic proferre non erit inutile. Quum Sextus una cum caeteris qui eandem disciplinam profitebantur nihil certi esse statueret atque a rebus incertis assensionem cohiberet, videtur hoc loco Democritum notasse, qui de rerum universitate, quam praeter Jovem mundi opificem nemo satis nosset, disputare esset au-

sus. Adde quod in sequentibus ob praeclaram illam hominis definitionem acerbe philosophum nostrum irridet. Quare si recte conjicio, hoc opere Sextus Abderitam ait ad Jovis similitudinem accessisse. Quod apud Clem. Alex. p. 356 invenitur: τάδε λέγει Δημόκριτος, de alius fortasse libri exordio accipiendum. Alterum fragmentum est: ἄνθρωπός ἐστι, ὃ πάντες ἴδμεν. De quo Aristoteles libro I de partibus animalium cap. 1 pag. 640 ed. Bekker. in hunc modum judicat: εἰ μὲν οὖν τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι ἕκαστόν ἐστι τῶν τε ζῴων καὶ τῶν μορίων, ὀρθῶς ἂν Δημόκριτος λέγοι· φαίνεται γὰρ οὕτως ὑπολαβεῖν. Φησὶ γοῦν παντὶ δῆλον εἶναι οἷόν τι τὴν μορφήν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὡς ὄντος αὐτοῦ τῷ τε σχήματι καὶ τῷ χρώματι γνωρίμου.

10. Verba ἀγκυρηβόλιον σάλου καὶ πλάνης apposita interfatione, ὥς φησι Δημόκριτος, leguntur praeterea apud Plutarchum libro de fortitudine Romanorum p. 317 (vol. VII, pag. 256 seqq. ed. Reisk.).

11. Hunc Plutarchi locum integrum exhibui, ut pauca illa, quae continet Democriti verba difficilia et corrupta Burchardo p. 54 visa, ab omni parte intelligi possint. Inepte Reiskius περὶ ante τὴν γένεσιν deleri vult aut αὐτόθεν περιττὴν γένεσιν exarari. Neutrum necessarium est; nam περὶ τὴν γένεσιν proprie significat *circa tempus originis*. Idem in hoc quoque delinquit, quod post αὐτῷ ante τῆς περὶ τὴν κίνησιν aliquod participium neutrum e. c. μεταβάλλον deesse suspicatur; est vero αὐτῷ h. l. dativus commodi. Verba Democritea autem vulgo sic leguntur: Διόβλητον μὲν οὐδέν, ὥς φησι Δημόκριτος, παρ' αἰθρίης στέγειν σέλας. Haec Xylander non bene vertit: *Nihil quidem de coelo tactum, ut ait Democritus, ferre sub puro aethere jubar*. Melius jam Reiskius rescribebat τὸ παρ' αἰθρίης στέγει σέλας hoc sensu: *nihil sustinet ignem, quem Jupiter e sereno coelo jaculatur*. Idem ex Turn. affert: στέγει τῶν μὴ δυναμένων et στέγει τὸ μὴ δυνάμενον σέλας. Sed reponendum est cum Wyttenbachio ὃ μὴ τὸ παρ' αἰθρίης στέγει σέλας. In sequentibus rursus ineptit Reiskius, ἀποστέγει mendosum esse, pro eoque ἀποστάζει vel ὑποφεύγει scribi

oportere existimans. Idem notat. e Turn. et Vulc.: τῶν σωμάτων σίδηρος, χαλκός, ἄργυρος, χρυσός, pro quibus verbis Xylander solum habet τῶν σωμάτων χαλκός, ἄργυρος. Ad rem ipsam quod attinet, non erit inutile comparare Senecae locum Quaest. natural. lib. IV, 9: „Accedit his ratio Democriti. Omne corpus quo solidius est, hoc calorem citius concipit, et diutius servat. Itaque si in sole posueris aeneum vas et vitreum et argenteum, aeneo citius calor accedet, diutius haerebit. Adjice deinde, quare hoc existimet fieri. His, inquit, corporibus, quae duriora et pressiora densioraque sunt, necesse est minora foramina esse et tenuiorem in singulis spiritum. Sequitur, ut quemadmodum minora balnearia et minora miliaria citius calefiunt, sic haec foramina occulta et oculos effugientia, et celerius fervorem sentiant, et propter easdem angustias quidquid receperunt, tardius reddant."

12. In verbis ἢ μὲν γὰρ τῷ ἀλλοιοῦσθαι servavimus Schneideri conjecturam, quam et Philippsonius recepit. Priores legunt εἰ μὲν γὰρ ἀλλοιοῦσθαι praeter Camotianam editionem, in qua est ἓν μὲν γὰρ τῷ ἀλλ. In sequentibus pro καὶ ἁπλῶς ἀλλοιοῦσθαι, πάσχειν Schneiderus scribi jussit καὶ ἁπλῶς τὸ ἀλλ. λέγει πάσχ., non male, sed pro λέγει cum Philippsonio ponendum videtur τῷ ad ποιεῖ relatum. Praeterea olim legebatur ἀδύνατον δέ, φησι, τὸ μὴ ταῦτα πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα ὄντα ποιεῖν οὐχ ἕτερα, ἀλλ' ἢ ταὐτόν κ. τ. λ. quae Schneiderus sic corrigi voluit ἀδύνατον δέ φησι τὸ μὴ ταὐτὰ ὄντα πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα ὄντα ποιεῖν οὐχ ἕτερα, ἀλλὰ κ. τ. λ. Sed omisso ἀλλὰ ante καὶ ἕτερα, et οὐχ ante ἕτερα, et ἀλλ' ἢ ante ταὐτόν in ἀλλὰ mutato Philippsonius locum probabiliter restituisse videtur. Burchardus comparato Aristotelis loco de gen. et corr. I, 7: Δημόκριτος δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους ἔλεξε μόνος ἰδίως. Φησὶ γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ ὅμοιον εἶναι τό τε ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. οὐ γὰρ ἐγχωρεῖν τὰ ἕτερα καὶ διαφέροντα πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων· ἀλλὰ κἂν ἕτερα ὄντα ποιῇ τι εἰς ἄλληλα, οὐχ ᾗ ἕτερα, ἀλλ' ᾗ ταὐτόν τι ὑπάρχει, ταύτῃ τοῦτο συμβαίνειν αὐτοῖς vulgatam inde a verbis πάλιν δὲ τὸ μὲν αἰσθάνεσθαι in hunc modum emendare studuit: Πάλιν δὲ τὸ μὲν αἰσθάνεσθαι

καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀλλοιοῦσθαι ἢ πάσχειν μὴ ὄντα ταὐτά, ἀδύνατόν φησιν εἶναι, ἀλλὰ κἂν ἕτερα ὄντα ποιῇ (scil. τι εἰς ἄλληλα, quae excidisse suspicatur) οὐχ ᾗ ἕτερα, ἀλλ' ᾗ ταὐτόν τι ὑπάρχει, τοῦτο συμβαίνειν. Totum autem locum sic vertit: *Democritus quidem de sensu non satis accurate statuit, utrum simili quodam an contrario fieri putet. Quodsi enim sensus mutationem efficit, in contrario quodam ponere videtur; similia enim similibus non mutantur; rursus autem dissimilia dissimilibus mutari posse negat; immo, si quae dissimilia vim quandam inter se habeant, id non, quod dissimilia sint, sed quod simile quiddam inter se habeant, fieri putat. Quapropter, utrum posuerit Democritus, non liquet.* Sed haec mutatio a recepto Theophrasti textu ita recedit, ut longe aliud in ejus locum substituatur. Postrema apud Theophrastum διὸ περὶ μὲν τούτων ἀμφοτέρως ἔστιν ὑπολαμβάνειν neque Burchardus recte expressit: *Quapropter, utrum posuerit Democritus, non liquet.* neque Philippsonius: *idcirco de his duplici modo comprehendi licet.* Sensus enim est: *quamobrem utroque modo haec intelligi licet.*

13. Scripsimus περὶ ἑκάστης δ' ἡδῆ αὐτῶν ἐν μέρει κ. τ. λ. Burchardus: π. ἑκ. δ' ἡδῆ τούτων ἐν μέρει eodem sensu. Prius male legebatur περὶ ἑκ. δ' ἡδῆ τῶν ἐν μέρει quod et Philippsonius servavit, qui verba sic transtulit: *de singulis autem sensibus singulatim dicere conatur.* At qui accurate scribunt ἐν μέρει pro *deinceps*, κατὰ μέρος pro *singulatim* usurpant. quod et in hoc Theophrasti loco valet. In extremis quae vulgo legebantur καὶ μὴ εὐσχημονεῖν τοῖς ἀποτυπουμένοις, ea a Burchardo pag. 6 mutata sunt in μὴ εὐσχημονοῖεν. Quae mutatio quum neqquaquam ad locum in integrum restituendum sufficiat, idem vir doctus pag. 7 in prima adnotatione: „corrige, inquit, καὶ μὴ ἐνοχλοῖεν h. e. si venulae non (sive crassitudine, sive pinguitudine) incommodant, obstant imaginibus irruentibus." Ita et ipse olim conjeceram scribi oportere καὶ μὴ ἐμποδὼν εἶεν τοῖς ἀποτυπουμένοις. Sed materia de qua agitur attentius considerata nihil verius esse vidi Schneideri emendatione καὶ ὁμοιοσχημονοῖεν, quam Burchardus non esse probabilem ait,

quod quomodo oculi venulae forma et figura imaginibus aëre expressis respondere queant, non intelligatur. Res, quam neque Schneiderus accuratius exposuit, neque Philippsonius nisi allato Pseudoplutarchi loco de plac. phil. IV, 19, ubi exstat Democritica vox ὁμοιοσχήμων, illustrare tentavit, sine dubio sic explicanda est. Quum censeret Democritus individua corpuscula non esse omnia ejusdem generis, sed alia esse laevia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quaedam et quasi adunca (cf. Cic. de nat. deor. I, 24 et Acad. II, 38) atque ex his effectam esse rerum universitatem nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito, necessario statuebat, rerum cognationem ac similitudinem ex atomorum, quibus constarent, aequalitate ac similitudine, earum diversitatem ac dissimilitudinem ex atomorum discrepantia oriri. Huc accedit, quod cognata tantum se invicem cognoscere opinabatur. Itaque Democrito judice res sub aspectum cadentes velut montem aut fluvium oculis cernimus, propterea quod oculi nostri ex ejusdem generis atomis compositi sunt atque illae res aspectabiles; sed animum ex humano corpore elabentem non videmus, quia aliud genus atomorum in animis est, aliud in oculis nostris.

14. Vulgo legebatur οἷον εἰ ἐκμάξειας, εἰ σκληρόν, ἔπειτα. Schneiderus edidit ἐκμάξειας εἰς σκληρόν, quod retinuit Philippsonius; sed scribendum est cum Burchardo ἐκμάξειας εἰς κηρόν ipso Theophrasto duce, qui §. 52 εἰ δὲ δὴ τοῦτο συμβαίνει, inquit, καὶ ὁ ἀὴρ ἀπομάττεται καθάπερ κηρός.. In verbis ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τῶν εἰδῶν, quae non intellexerunt viri docti, nihil mutandum est. Schneiderus posuit εἰδώλων, probantibus Philippsonio et Burchardo. At duo loci Pseudoplutarchei de plac. phil. IV, 13 et 14, qui allegantur nil nisi usum vocis εἴδωλον probant, de quo nulla controversia est. Imprimis autem mirum est Burchardum, qui citat Diog. Laert. IX, 117; Fabric. Bibl. Graec. II, cap. 23 et titulum libri Democritei a Sexto Empir. adv. Math. VII, 137 memorati caput rei non percepisse. Sed idem est volumen Democriteum, quod a Diogene X, 4 τὰ περὶ ἀτόμων, a Sexto τὸ περὶ ἰδεῶν et hic a Theophrasto τὰ περὶ εἰδῶν appellatur. Cf. quae diximus lib. II de ti-

tulis 20 περὶ ἀμειψιῤῥυσμιέων et 22 περὶ εἰδώλου ἢ περὶ προνοίης pag. 135 seqq. In sequentibus probavimus Schneideri emendationes cum Burchardo et Philippsonio; totus enim locus ante Schneiderum sic vulgabatur προσῆκε μᾶλλον, ὅλως —— μορφῆς· ὥσπερ —— εἰδῶν· τί δὴ —— ποιεῖ; αὐτῷ γὰρ ἐμφαίνει τῷ τὰ εἴδωλα.

15. Priores edd. pleraeque habent ἐπεὶ τό γε τὸν ὅτι. una τὸν ἀπαθοῦντα, sed recte emendavit Schneiderus τὸν ἥλιον ἀπωθοῦντα, quum in libello de igne ter quaterve librarii notam, qua solis vocabulum signatum repererant, in ὅτι mutarint. Praeterea pro ἀποπλαττόμενον πυκνὸν τὸν ἀέρα idem vir doctus bene reposuit ἀ. πυκνοῦν τ. ἀ. Burchardus loco non intellecto multa post λέγειν excidisse suspicatus, verba in hunc modum refinxit: Ἀλλ' ἴσως τὴν ἀποτύπωσιν ὁ ἥλιος ποιεῖ, ὥσπερ τὸ φῶς ἐπιφέρων (sc. αὐτὴν) ἐπὶ τὴν ὄψιν, καθάπερ ἔοικε βούλεσθαι λέγειν· ******** ἐπεὶ τό γε τὸν ὀφθαλμὸν ἀπωθοῦντα ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ ἀποπλαττόμενον πυκνοῦν τὸν ἀέρα. καθάπερ φησίν, ἄτοπον. Sensum hunc esse voluit: „fortasse (effictae in aëre imaginis) impressionem in oculum sole inferri putat, eodem modo quo lucem oculo affundat, quod ipse significare videtur. ****** Nam quod alio loco dicit, ipsum oculum repellere a se affluentem aërem eaque ratione quodammodo solidum reddere, absurdum est." Philippsonius ἴσως interpretatur *pari modo*, sed hoc loco illa vox vertenda est *fortasse*. Oculum Democritus vocat τὴν ὄψιν, ut paulo inferius aurem τὴν ἀκοήν. Prioris vocabuli usum simili Plutarchi loco περὶ πολυπραγμοσύνης pag. 521 (vol. VIII pag. 70 ed. Reisk.) munire studet Burchardus; quo tamen in re nota vix opus fuit. Caeterum ἀποπλαττόμενον hic medium est, non passivum, ut vult Philippsonius.

16. Alii legunt διαμένει probatum Schneidero, sed recte praetulerunt διαμίμνει Burchardus et Philippsonius, ut e Democriti verbis relictum. Scripsimus διατάχους pro vulgato διὰ τὸ τάχος, quum loci natura adverbium flagitet et propter verba ταχὺ σείδνασθαι in fragmento sequenti. Schneideri conjecturas, qui sententiarum ordinem mutari voluit, omittimus. Vul-

gatum πυκνουμένου τοῦ ἀέρος, quod servarunt Schneiderus et Philippsonius, corruptum esse arbitrati sunt Burchardus et Papencordtius, quorum prior scribi jussit τυπτομένου, posterior θρυπτομένου. Burchardus ad probandam sententiam suam citat Gell. noct. att. V, 15, qui, „vocem, inquit, Stoici corpus esse contendebant, eamque esse dicebant *ictum aëra* (cf. Sext. adv. Math. VI, 53 et Pseudoplutarch. de plac. phil. IV, 20); Plato autem non esse vocem corpus putat. Non enim percussus, inquit, aër, sed plaga ipsa atque percussio vox est: οὐχ ἁπλῶς πληγὴ ἀέρος ἐστὶν ἡ φωνή· πλήττει γὰρ τὸν ἀέρα καὶ δάκτυλος παραγόμενος καὶ οὐδέπω ποιεῖ φωνήν· ἀλλ' ἢν πέσῃ (ita emend. pro ἡ πόσῃ) πληγὴ καὶ σφοδρὰ καὶ τόση δὲ ὥστε ἀκουστὴν γενέσθαι. Democritus ac deinde Epicurus ex individuis corporibus vocem constare dicunt: eamque (ut ipsis eorum verbis utar) ῥεῦμα λόγων appellant." Loco Gelliano hunc Theophrasteum adjicit e libro de sens. §. 6, ubi Theophrastus de Platone: φωνὴν γὰρ εἶναι πληγὴν ὑπ' ἀέρος δι' ὧτων ἐγκεφάλου τε καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς· τὴν δ' ὑπὸ ταύτης κίνησιν ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι ἥπατος, ἀκοήν. Praeterea laudat Bekkeri Anecd. p. 770: οἱ μὲν τῶν παλαιῶν λέγουσι τὴν φωνὴν σῶμα, οἱ δὲ ἀσώματον· οἱ γὰρ λέγοντες [ὅτι] ἀὴρ πεπληγμένος, σῶμα αὐτὴν νοοῦσι. σῶμα γὰρ ὁ ἀήρ, ἓν ὑπάρχων τῶν τεσσάρων στοιχείων· οἱ δὲ λέγοντες ἀσώματον, οὗ φασι τὴν φωνὴν [ὅτι] ἀὴρ πεπληγμένος, ἀλλὰ πληγὴ ἀέρος ἤτοι ἴδιον αἰσθητὸν ἀκοῆς et ibid. pag. 1168 e grammatico quodam ὁ Δημόκριτος καὶ ὁ Ἐπίκουρος καὶ οἱ Στωϊκοὶ σῶμα λέγουσι τὴν φωνήν, ὅτι πᾶν, ὃ ἔχει ἐνέργειαν καὶ πάθος, ἤγουν δύναται δρᾶσαι καὶ παθεῖν, σῶμά ἐστιν. E prioribus locis nequaquam patet, quod vult Burchardus, τὴν φωνήν dictam esse a Democrito ἀέρα πεπληγμένον, vel ut ipse ait ἀέρα τυπτόμενον; immo hoc ne e postremo quidem loco necessario efficitur, ubi Democritus σῶμα vocasse τὴν φωνήν perhibetur. Nam si hunc locum cum eo qui proxime praegreditur comparamus, videmus quidem eos qui vocem vocabant ictum aërem pro corpore eam habuisse, sed inde non sequitur eos qui pro corpore vocem habebant, necessario omnes eam ictum aërem vocitasse. Deinde exigua Gram

maticorum in his rebus auctoritas est. Plus apud me Pseudoplutarchus valet qui de plac. phil. IV, 19: Ἐπίκουρος, inquit, τὴν φωνὴν εἶναι ῥεῦμα ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῶν φωνούντων, ἢ ἠχούντων, ἢ ψοφούντων Τοῦτο δὲ τὸ ῥεῦμα εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι θραύσματα. Ὁμοιοσχήμονα δὲ λέγεται τὰ στρογγύλα τοῖς στρογγύλοις, καὶ σκαληνὰ καὶ τρίγωνα τοῖς ὁμοιογενέσι. Τούτων δ' ἐμπιπτόντων ταῖς ἀκοαῖς ἀποτελεῖσθαι τὴν αἴσθησιν τῆς φωνῆς. Φανερὸν δὲ τοῦτο γίνεσθαι ἀπὸ τῶν ἀσκῶν ἐκρεόντων καὶ τῶν ἐκφυσώντων κναφέων τοῖς ἱματίοις. Δημόκριτος καὶ τὸν ἀέρα φησὶν εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι σώματα· (ὁμοιοσχήμονα δὲ λέγεται τὰ στρογγύλα τοῖς στρογγύλοις) καὶ συγκαλινδεῖσθαι τοῖς ἐκ τῆς φωνῆς θραύσμασι. Quare quum πυκνουμένου τοῦ ἀέρος apud Theophrastum non satis certum esse viderem, ut aliorum scriptorum testimoniis non confirmatum, e Papencordtii conjectura edidi θρυπτομένου τοῦ ἀέρος, quod cum Pseudoplutarchi expositione congruit. Caeteroquin astipulamur Burchardo apud Gellium pro ῥεῦμα λόγων rescribenti ῥεῦμα ἀτόμων. Praeterea notamus, verba παραπλησίως ποιεῖ τοῖς ἄλλοις apud Theophrastum verti quidem posse *similiter atque caetera definit*, quum Aristotele judice de sens. et sensil. cap. 4 ex quinque sensibus revera unum effecerit Democritus, sed tamen propter sequentia nos maluisse ita ut fecimus interpretari. Denique in verbis κατὰ μὲν τὸ ἄλλο σῶμα οὐκ αἰσθάνεσθαι, ταύτῃ δὲ μόνον non dicitur passive αἰσθάνεσθαι, quamquam ita ut verteremus latini sermonis ratio nos coëgit, sed elliptica est oratio, cui ad integritatem nihil praeter pronominis indefiniti accusativum τινὰ deest. Cujus pronominis praetermissione maxime ubi nominativus subjecti vel accusativus requiritur infinitivo addendus nihil in veterum libris frequentius est. Vid. Hermann. diss. de ellips. et pleon. Opusc. Tom I, p. 154. Simile exemplum in sequenti fragmento infinitivus ἀκούειν praebet.

17. Initio Schneiderus pro οὕτω καὶ ἐντός certa conjectura reposuit οὕτω τῇ ἀκοῇ ἐντός. Pro ὡς μάλιστα ἔνιαμα minime dubium est, quin legi oporteat cum Cod. Parisiensi ὡς μάλιστα ἄνιαμα. Porro εὔτρητα κατὰ δὲ bene mutavit Schnei-

derus in εὔτρητα κατά τε. Est autem εὔτρητος *foraminibus* (πόροις) *commode sitis instructus.* In verbis ἔτι δὲ τὰ ὀστᾶ articulus vulgo omittitur. Denique ἄν desideratur in editione Camotiana post ἀθρόον γάρ.

18. Schneiderus post ἀφορίζειν inseri voluit οὐχ sensu non perspecto. Cf. fragm. 16. Verba ἄτοπον δὲ καὶ δι' ὧν corrupta esse viderunt editores, quorum Schneiderus in curis secundis scribendum esse conjecit ἄτοπον δὲ καὶ διότι, Burchardus ἄτοπον δὲ καὶ δι' ὥτων exarari jussit. Neutra emendatio ferri potest. Philippsonius δι' ὧν interrogative dici affirmat locumque sic interpretatur: „Democritus igitur si manifeste definit, caeteris similia (non) profert, inepteque dicit (meatus esse), per quos vox secundum totum corpus ingrediatur, et si per aurem intret, vocem dissipari pro toto corpore, quasi sensus non auribus sed universo corpore producatur." Quam explicationem nemini placituram esse speramus. Convertimus δι' ὧν postulante sensu in ἄδηλον, quum antecedens σαφῶς oppositam quandam locutionem flagitet. Quae sequuntur οὐ γάρ, εἰ καὶ συμπάσχει τι τῇ ἀκοῇ a Schneidero emendata sunt; antea vulgabatur: εἰ γὰρ καὶ συμπάσχει τι τῇ ἀκοῇ, in editione Camotiana autem desunt verba τι τῇ. Denique pro ὁμοίας ποιεῖ in eadem editione exstat ὁμοίως ποιεῖ.

19. De verbis μετὰ τὴν κίνησιν haec adnotat Schneiderus: „nisi voci κίνησιν substituenda est κρᾶσιν, certe μετὰ mutari debet in κατά." Burchardus κατὰ τὴν τοῦ σώματος κρᾶσιν scribi oportere existimat. Sed nihil his mutationibus opus est. Sensum enim hunc esse apparet: μετὰ τὴν τῶν εἰδώλων κίνησιν, vel ut Democritus dicere solebat, μετὰ τὴν ἐπιῤῥυσμίην *post impulsionem extrinsecus oblatam.* In sequentibus olim legebatur ἄλλο φρονεῖν, pro quo recte restituerunt ex Aristotele Burchardus et Philippsonius ἀλλοφρονεῖν. Aristoteles de anim. I, 2: Δημόκριτος ἁπλῶς ταὐτὸ τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν· τὸ γὰρ ἀληθὲς εἶναι τὸ φαινόμενον· διὸ καλῶς ποιῆσαι τὸν Ὅμηρον ὡς Ἕκτωρ κεῖτ' ἀλλοφρονέων. Cf. Metaphysic. pag. 78 ed. Brandis. Non refragor Heimsoethio pag. 11 pro ὑπολαβεῖν, ὅτι ἐστὶν ἀλλοφρονεῖν apud Theophrastum ὑπολαβεῖν,

ὅ,τι ἐστὶν ἀλλοφρονεῖν legenti *intellexisse veteres, quid esset mentis alienatio.* Quippe utrumque hoc loco defendi potest. Caeterum Homerus in Iliade, ut nunc se habet carminum textus, semel tantum ἀλλοφρονέοντα vocat hominem mente alienatum lib. XXIII vers. 698, ubi tamen nulla Hectoris mentio. Quamobrem conjicias Democritum lib. XXII aut vers. 337 aut vers. 355 legisse:

Τὸν δ' ἀλλοφρονέων προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ.

Priore loco nunc invenitur ὀλιγοδρανέων, posteriore καταθνήσκων. Sed quum mentis tenebrae plerumque ipsam mortem praecedant, putaverim has tenebras designari vocabulo ἀλλοφρονέων idque olim fuisse vers. 355 pro καταθνήσκων. Tum igitur Hector vixdum mentis compos fuisse perhibetur, quo tempore extrema pronuncians verba Achillem alloquitur. Haec significatio quum paulo exquisitior et quasi tectior esset, in causa videtur fuisse, ut antiquum vocabulum a Grammaticis posterioribus in isto versu veram ejus vim non percipientibus sede sua expelleretur aliudque omnibus notum pro eo sufficeretur.

20. In eandem sententiam Cod. Flor. Joann. Damasc. apud Gaisford. in ed. Stobaei Tom. IV, pag. 431: Λεύκιππος. Δημοκράτης τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰς νοήσεις ἑτεροιώσεις εἶναι τοῦ σώματος, in quibus verbis pro Δημοκράτης restituendum est Δημόκριτος. Vide supra nostram de Pseudodemocrate disputatiunculam.

21. Verba post Δημόκριτος olim sic vulgabantur: εἰ γὰρ διακριθῇ ἕνθεν ἕκαστον, εἰ καὶ κ. τ. λ., quae Schneiderus ita corrigi voluit καὶ γὰρ διακριθὲν μὲν ἕκαστον κ. τ. λ. Praeterea edebatur διαφέροι, διαφέρει σταθμὸν κ. τ. λ. Schneiderus rejecit διαφέρει idemque exaravit κατὰ τὴν φύσιν, non recte, quum accusativus ex verbo ἔχειν pendeat. Burchardus conjecit legendum esse: εἰ γὰρ διακριθῇ ἓν μὲν ἕκαστον, εἰ καὶ κατὰ σχῆμα διαφέροι καὶ κατὰ σταθμόν, ἐπὶ μεγέθει τὴν φύσιν ἔχειν hoc sensu: „Si, quod quotidiano levium et gravium usu in singularibus aestimandis corporibus intelligi solet, audimus, nec mutuae harum notionum conditionis, nec formae vel ponderis proprii ratione habita, quod majus est, id plerumque etiam

gravius habetur, quod minus spatiosum, idem levius; sin vero alterum alteri adjungas, sive alterum ad alterum referas (ἔν γε τοῖς μικτοῖς) levius erit, quod plus, gravius, quod minus habet vacui." Philippsonius haec posuit: εἰ γὰρ διακριθὲν θέσει ἕκαστον καὶ κατὰ σχῆμα διαφέροι, σταθμὸν ἂν ἐπὶ μεγέθει τὴν φύσιν ἔχειν sic interpretans: „si enim, quidquid situ diremtum sit, secundum formam quoque differat," etc. Papencordtius p. 53 ejecto διαφέροι suspicatus est Theophrastum in hunc modum scripsisse: εἰ γὰρ διακριθὲν εἴη ἕκαστον —— εἰ καὶ κατὰ σχῆμα διαφέρει, —— σταθμὸν (σταθμοῦ?) ἂν ἐπὶ μεγέθει τὴν φύσιν ἔχειν. Hic omnium optime rem egit, sed tamen ne in hujus quidem emendatione acquiescendum reor. Putaverim autem, Theophrastum ad eum quem vult Papencordtius sensum exprimendum non εἰ διακριθὲν εἴη, sed saltem εἰ διακεκριμένον εἴη dicturum fuisse, licet ab aliis interdum participium aoristi sic usurpari sciam. Deinde διακρίνειν accipiendum videtur de eo quod est *discernere, separatim spectare.* Itaque in priore membro deest, quod opponatur τοῖς μικτοῖς. Quae quum ita sint, edidi εἰ γὰρ διακριθείη ἓν ἕκαστον τῶν ἀμίκτων. Verba εἰ καὶ κατὰ σχῆμα διαφέρει per parenthesin adjecta sunt neque sollicitanda, διαφέροι autem ex emendatione ortum cum Papencordtio dixerim, ita ut primum margini ascriptum atque inde postea in textum relatum sit. Denique σταθμοῦ scripsimus pro σταθμόν, quod minus accommodatum est. Philosophus igitur Theophrasto auctore dicit, corpora cum inani non commixta, si separatim spectentur pro magnitudine pondus habere, inter ea autem, quibus inane admixtum sit, leviora esse, quae majorem, graviora, quae minorem inanis copiam contineant. Confirmatur haec explicatio duobus Aristotelis locis de gen. et corr. I, 8 et de coel. IV, 2. Priore loco haec leguntur: καίτοι βαρύτερόν γε κατὰ τὴν ὑπεροχήν φησιν εἶναι Δημόκριτος ἕκαστον τῶν ἀδιαιρέτων, ubi ὑπεροχή non tam *exsuperantia* est, quam *magnitudo.* Posteriore Stagirites Democritum respiciens: τὸ κενὸν ἐμπεριλαμβανόμενον τὰ σώματα κουφίζειν φασί, καὶ ποιεῖν ἔστιν ὅτε τὰ μείζω κουφότερα· πλεῖον γὰρ ἔχειν κενόν. Idem causam cur corpora lata supra aquam

natent a Democrito sic enuntiatam refert de coelo lib. IV, 6: ἐκεῖνος (ὁ Δημόκριτος) γάρ φησι τὰ ἄνω φερόμενα θερμὰ ἐκ τοῦ ὕδατος ἀνακωχεύειν τὰ πλατέα τῶν ἐχόντων βάρος, τὰ δὲ στενὰ διαπίπτειν· ὀλίγα γὰρ εἶναι τὰ ἀντικρούοντα αὐτοῖς.

22. In editione Camotiana et in Cod. Parisiensi legitur: καὶ τὸ μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον καὶ μάλιστα κατὰ λόγον, in quibus verbis Philippsonius recte mutavit δὲ in τε, praeter necessitatem scribi voluerunt Burchardus καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ μάλιστα καὶ ἥκιστα κενὸν ἔχον et Papencordtius p. 54: καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ μάλιστα καὶ ἥκιστα κατὰ λόγον. Porro διαφέρειν δέ τι a Schneidero bene conversum est in διαφέρειν δ' ἔτι, ἐναπόλειψιν ipsi emendavimus in ἐναπόληψιν, articulum ante βαρέος καὶ κούφου addidit Philippsonius, pro quo male scripserat Schneiderus καθάπερ. In sequentibus olim sic distinguebatur: ἔνια· ἁπλῶς δὲ κ. τ. λ. Schneiderus conjecit legendum esse καὶ κατὰ μὲν ἄλλα πεπυκνῶσθαι, κενὸν κατὰ ἔνια, sed hac conjectura nihil opus est. In verbis κατὰ πᾶν ὁμοίως μανόν postrema vox recte adjecta est a Philippsonio. Schneiderus sensu non perspecto πυκνόν poni jussit. Verba καὶ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον καὶ μάλιστα κατὰ λόγον vix intellecta ad litteram expressit Philippsonius: *ac plus minusve et maxime secundum rationem.*

23. Initio οὖν inseruit Schneiderus post περὶ μέν; idem εἰς μακρὰ διανενεμημένον correxit in εἰς μικρὰ δ. Paucis interjectis τὸ μὴ ταὐτὰ πᾶσι edidit pro vulgato τῷ μὴ ταὐτὰ, cujus loco in editione Camotiana exstat τῷ μὴ ταῦτα. Paulo inferius in editione Camotiana et in Cod. Vossiano est στυφνόν pro στρυφνόν, quamquam in codicis margine scriptum est στρυφνόν. Omnino verisimile est exstitisse olim formam στυφνός, quum verbum στύφω satis usitatum sit, licet posteriores semper dixerint στρυφνός. Denique verba ἔτι δ' αὐτοὺς μεταβάλλειν τῇ κράσει καὶ τὰ πάθη καὶ τὰς ἡλικίας, in quibus Philippsonius nihil mutavit vertens: *nos etiam ipsos mutari mixtione et secundum passiones et secundum aetates, qua re corporis dispositionem causam phantasiae esse pateat*, merito a viris doctis in depravationis suspicionem vocata sunt. Itaque Schnei-

derus exarari jussit ἔτι δὲ αὐτῶν μεταβάλλειν ἅμα τῇ κράσει καὶ τὰ ἤθη καὶ (vel κατὰ) τὰς ἡλικίας, Burchardus conjecit ἔτι δὲ αὐτοὺς μεταβάλλειν τὰ πάθη τῇ κράσει καὶ ταῖς ἡλικίαις. Sed quum in editione Camotiana pro τῇ κράσει legatur τῇ κρίσει, jam pridem suspicatus eram, exarari oportere ἔτι δ' αὐτοὺς μεταβάλλειν τὴν κρίσιν κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς ἡλικίας, antequam Papencordtium in eandem conjecturam incidisse scirem. Is ad probandam hanc suspicionem adhibuit Sext. Empir. adv. Math. VII, 136 (vid. fragm. phys. 1.) et Stob. Serm. CXVI, 45, quibus locis nihil opus fuit. Quid Democritus appellaret φαντασίαν non satis intellexit Philippsonius haec Aristotelis verba (de anim. III, 3, §. 160) allegans: ἡ φαντασία κίνησίς τις δοκεῖ εἶναι, καὶ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως γίνεσθαι, ἀλλ' αἰσθανομένοις, καὶ ὧν αἰσθήσεις εἰσίν· ἔστι δὲ γίνεσθαι κίνησιν ὑπὸ τῆς ἐνεργείας τῆς αἰσθήσεως, ex quibus neque Theophrasto neque Democrito lux affertur, Aristoteleum autem de hac re judicium a proposito alienum esse apparet. Est vero Democrito φαντασία non solum *imaginatio*, sed etiam ipsa *res imaginaria* atque adeo *perceptio imaginaria*. Utamur enim paulo liberius hic, ubi de sensibus agitur, perceptionis vocabulo tam de percipiendi actione quam de re percepta; quod etsi veteres fecisse non constat, tamen in convertendis Democriti fragmentis brevitatis excusationem habebit. Quidquid autem sensibus percipimus, id imaginarium est, Democrito judice, ejusque cognitio obscura (cf. fragm. phys. 1), ideoque ab auctore doctrinae nominatur φαντασία.

25. Pro σκολιότητα, quod sub finem hujus fragmenti exstat in codd., Burchardus scribi volebat σκαληνότητα conferens Theophrast. de sens. 66. Vide fragm. phys. 28. Sed dicendum erat σκαληνίαν, quod propter eundem locum textui inseruimus. Recte notat Burchardus, octo plerumque saporum genera apud veteres tradita reperiri. Est enim Plutarcho auctore (Quaest. natural. p. 616) sapor vel ἁλμυρός, vel πικρός, vel ὀξύς (sive ὀξίνης), vel οἰνώδης, vel λιπαρός, vel στρυφνός (sive αὐστηρός), vel γλυκύς, vel δριμύς. Theophrastus autem (de caus. plant. VI, 4) dum septem genera vulgo putari vult aut octo, si *salsus*, quod

nonnunquam fiat, ab *amaro* diversus ponatur, τὸν αὐστηρόν et στρυφνόν sejungit, eique numero a quibusdam nonum adjici ait τὸν οἰνώδη, qui et fructibus nonnullis insit et aquae hic illic e terra scatenti.

26. Totum locum Burchardus cum variis lectionibus sic exhibet: Ἄτοπον δὲ κἀκεῖνο τοῖς κατὰ (quod vulgo omiss.) τὰ σχήματα λέγουσιν, ἡ τῶν ὁμοίων διαφορὰ κατὰ μικρότητα καὶ μέγεθος εἰς τὸ μὴ τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν· οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς μορφῆς, ἀλλὰ τῶν ὄγκων ποιοῦσι τὰς (Schneid. ποιεῖ τὰς; utrumque vulg. omiss.) δυνάμεις, οὓς εἰ μὲν κατὰ (vulg. ἃς ἴσμεν; Schneid. οὓς εἰς μὲν) τὸ διαβιάσασθαι καὶ ἁπλῶς τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον (Cod. Urb. τὸ ἥττον, quod Burchardus praefert, qui praeterea e sequentibus suppleri vult ἀπέδωκαν) καλῶς ἂν τοῦτο ἀπέδωκαν (sive tale quid; vulg. τάχ' ἄν τις ἀποδέδωκεν)· τὸ δὲ εἰς τὸ μὴ ταὐτὸ (vulg. εἰς δὲ τὸ μὴ αὐτὸ) δύνασθαι μηδὲ ποιεῖν (sc. ἀποδιδόναι addit Burch.) οὐκ εὔλογον· ἐπεὶ ἐν τοῖς σχήμασιν αἱ δυνάμεις. Quae si cum eo quem dedi textu comparentur, facile apparebit, quas necessario mutationes in loco corruptissimo fecerim. Sensum sic exponit Burchardus: „Absurde qui saporum naturam figuris gigni putant, faciunt, quum quae alioquin similia sint, vi et effectu (δυνάμει) inter se differre putent, quo majora minorave sint; neque enim figura (solum) sed quantitate (*diversum*) effectum fieri statuunt, quem si retulissent ad *plus minusve* (non ad *diversum*) agendi potestatem, recte statuissent; natura autem diversum similium rerum effectum postulantes inepte faciunt: a figuris enim, quod et ipsi contendunt (sed ab his solis, quod negant) vis et effectus pendent." Cui explicationi quamquam non refragor, emendare tamen Theophrasti verba et accuratius quam alii interpretati sunt convertere, non inutile visum est.

27. Initio vulgo legebatur ὀξὺν εἶναι τῷ ὄμματι γωνιοειδῆ κ. τ. λ., in quibus verbis quum ὄμματι corruptum esse liqueat, certatim editores melius quid in ejus locum substituere nisi sunt. Atque alii quidem σώματι male conjecerunt a Theophrasto scriptum esse, pejus etiam Burchardus ὀνόματι huic scriptori obtrudere conatus est. Quae enim verba ad proban-

dam hanc emendationem citat e libro VI, 6 de caus. plant. (vid. fragm. 25) ὀξὺν δὲ κατὰ τοὔνομα τὸν ὀξὺν, adjecta interpretatione: *acuti saporis figuram solo nomine cognoscimus, quod in aliis minus facile licet*, ea philosophi verba neque id quod vir doctissimus vult designant, neque quidquam ad probationem accommodatum continent. Neque ad hunc locum pertinet frequens illa verborum ὄμμα et ὄνομα in codd. permutatio, cujus exempla dedit Valckenarius ad Eur. Phoen. 415 a Burchardo laudatus. Sed nihil felicius est illa conjectura, quam a Corae propositam Schneiderus servavit, τῷ σχήματι. Hanc et Philippsonius in textum recepit. In sequentibus verba διὸ καὶ διαχεῖν ὅλως τὸ σῶμα exhibent Schneideri emendationem σῶμα pro vulgato ὄμμα, quae simul codicis Parisiensis auctoritate firmatur. In verbis καὶ οὐ ταχὺ πάντα περαίνειν· τοὺς δ' ἄλλους χυλοὺς ταράττειν non est delenda negatio cum Schneidero, qui caeteroqui recte addidit δ' post τοὺς, χυλοὺς autem a Philippsonio insertum est. Post πλανᾷ τὰ ἄλλα praeter necessitatem idem exarari volebat σχήματα. Extrema vulgo sic legebantur: εἶναι. Διὰ τοῦτο πλεῖστον κ. τ. λ. quae mutari jussit Schneiderus in εἶναι, διὰ τὸ ταύτης πλεῖστον probata Philippsonio et nobis, nisi quod ταύτης omittimus. Caeterum de sensu hujus loci plane indagando cum Schneidero desperavit Burchardus.

28. Pro ἐπιτυφλοῦν ἐμπλάττοντα, quod legitur in Cod. Paris., vitiose in editione Camotiana est ἐπὶ τῇ φλούμενα ἐμπλάττουσα τὰ, in Cod. Vossiano autem ἐπιτυφλούμενα ἐμπλάττοντα. Schneiderus edidit cum caeteris praeter Philippsonium et Burchardum ἐπιτυφλούμενα ἐμπλάττειν τε τὰ. Verba τὴν περιφέρειαν —— καὶ οὐ περιφερῶν non inveniuntur nisi in Cod. Parisiensi medio textui inserta, in Cod. Florentino autem margini ascripta sunt, in Cod. Vossiano et plerisque editionibus desiderantur. Ea primus in textum recepit Philippsonius, ita tamen ut εἰλικότα mutaret in εἰλιγκότα, γλίσχρων in γλίσχρον, ἁλμυρὸν δὲ τῷ in Τὸν δ' ἁλμ. Paulo inferius πολυκαμπῶν cum Cod. Par. Schneiderus edidit pro πολυκάμπτων, secutus analogiam §. 65 (fragm. 27) apud Theophrastum, quod non

improbaverim cum Burchardo. Etsi enim utraque forma graeca est, prior tamen sola Theophrastea videtur. Pro μίγνυται ἐν cum Cod. Par. jam Philippsonius scripsit μίγνυσθαι ἄν. Denique vulgata scriptura οὐ σκαληνὸν, τῷ cod. Parisiensis ope sic corrigitur σκαληνὸν δὲ διὰ τὸ, quae verba bene se habent, nisi quod pro σκαληνὸν cum Philippsonio ponendum est σκαληνῶν. Burchardus multa hic deesse, plurima autem corrupta esse ratus auxilio loci Theophrastei quem ex opere de causis plantarum depromtum supra posuimus, interruptam orationem post vocem συμπλοκὴν sic excipiendam esse arbitratur: Τὸν δὲ ἁλμυρὸν ἐκ μεγάλων καὶ οὐ περιφερῶν καὶ σκολιῶν καὶ ἰσοσκελῶν. μεγάλων μέν, ὅτι ἡ ἁλμυρὶς ἐπιπολάζει, οὐ περιφερῶν δέ, ὅτι τὸ μὲν ἁλμυρὸν τραχύ, τὸ δὲ περιφερὲς λεῖον· ***** τὸν δὲ λιπαρὸν ἐκ μικρῶν καὶ λεπτῶν καὶ οὐ σκαληνῶν· μικρὰ γὰρ ὄντα καὶ συναπτόμενα τοῖς περιέχουσι μίγνυται οὐ πάνυ, οὐ σκαληνῶν δὲ τῷ μὴ περιπλάττεσθαι· διὸ ψαφαρὸν εἶναι. Sed haec a vulgato textu nimis recedunt.

29. Pro ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ χυλῷ πολλὰ, quae verba a Philippsonio emendata sunt, in codd. legitur ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ πολλούς. Paulo inferius ὃ δ' ἂν ἐνῇ exaravit Schneiderus pro vulgato ᾧ δ' ἂν ἐνῇ. In cod. Paris. atque in editione Camotiana legitur ᾧ δ' ἂν ἔνι. In verbis διαφέρειν γὰρ οὐκ ὀλίγον recte γὰρ deletum est a Schneidero, quem caeteri sequi non dubitarunt. Caeterum opinionis Democriteae refutationem vide apud Theophrast. de caus. plant. VI, 7.

30. Pro διαταγῇ apud Stobaeum Democritea locutio διαθιγῇ reponenda videtur, de qua alibi diximus. In verbis παρὰ ταῦτα praepositionem παρά de origine accipio, quem sensum a Grammaticis huic voculae tribui satis notum est; neque quidquam huic significationi in quinti saeculi scriptore obstat. Caeterum ut hoc loco Stobaeus προτροπήν ex usu Democriteo explicat θέσιν, ita Aristotelem metaph. lib. I, cap. 4 τροπήν exponere θέσιν jam libro secundo ad tit. 19 adnotavimus. Post ἐρυθροῦ posuimus χλωροῦ Theophrasti auctoritatem secuti, cujus verba infra afferemus. Vulgo enim apud Stobaeum legitur ὠχροῦ. Eandem mutationem fieri voluit Schneiderus

in

in iis quae eodem capite de Empedocle dixit Stobaeus: τέτταρα δὲ τοῖς στοιχείοις ἰσάριθμα λευκόν, μέλαν, ἐρυθρόν, ὠχρόν. Quippe erroris hunc scriptorem recte arguunt Schneiderus et Burchardus, ea ab illo de Agrigentino philosopho dicta existimantes quae de Abderitano dici debuerint. Quamquam enim separatim de utroque exponit neque prorsus eadem utrique ascribit, modo in iis quae de Democrito produntur χλωροῦ scribendum esse statuas, tamen plus fidei in his rebus Theophrasto est qui lib. de sens. §. 59 de Empedocle ait: Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ περὶ τῶν χρωμάτων, καὶ ὅτι τὸ μὲν λευκὸν τοῦ πυρός, τὸ δὲ μέλαν τοῦ ὕδατος. Addit: οἱ δ' ἄλλοι τοσοῦτον μόνον, ὅτι τό τε λευκὸν καὶ τὸ μέλαν ἀρχαί, τὰ δ' ἄλλα μιγνυμένων γίνεται τούτων. Cui loco jungendus alius ibid. §. 79: οἱ γὰρ ἄλλοι τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν ὡς τούτων ἁπλῶν ὄντων μόνων.

32. In prima enuntiatione vulgo legebatur ἀποσκιάζῃ, quod Schneiderus recte mutavit in ἐπισκιάζῃ. In verbis δεῖ δὲ καὶ εὐθύτρυπα quae olim sic edebantur ὅθεν καὶ εὐρύτρυπα priores duae voces e cod. Paris. petitae sunt, postrema Schneideri conjecturae debetur. Praeterea ἀνάσκια cum eodem codice bene conversum est in ἂν ἄσκια, quod jam aliis in mentem venerat. In sequentibus pro εἶναι τὰ ψαθυρὰ καὶ ad sensum apte reposuit Schneiderus τὰ δὲ ψαθυρὰ καὶ. Pro τήν θ' ὅλην τάξιν vulgo scribebatur τὴν δ' ὅλην. In verbis διότι λεῖα καὶ πλατέα secuti sumus lectionem cod. Paris. et editionis Camotianae probatam et Philippsonio et Schneidero qui primus vulgatam scripturam τέλεια emendavit. Denique in ultima sententia codd. scripturam λευκότερα δ' ἀλλήλοις, τῷ —— θέσιν ἔχειν Schneiderus in eam redegit formam, quam in textum recepimus.

33. Lectionem ἂν σκιάζειν ex editione Camotiana pro vulgata ὂν σκιάζειν a Schneidero prolatam confirmat cod. Par. Pro εὐδιόδους in codd. Flor. et Par. legitur εὐδι¨. Ex usu Theophrasteo ἀποῤῥοίας Philippsonius convertit in ἀποῤῥοάς. Caeterum πόρους interpretatus sum *foramina* cum Senec. quaest. nat. IV, 9.

34. Pro αἴτιον εἶναι τῆς φορᾶς, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ θέσις sensu postulante correximus αἴτιον εἶναι τῆς διαφορᾶς, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν θέσιν. Rem non perceperunt viri docti, omnes mendum in voce φορᾶς tolerantes. Schneiderus nesciens, scribendumne sit τὴν θέσιν an δοκεῖ post μᾶλλον inserendum, Philippsonium in posteriorem sententiam traxit. Ultima vulgo sic exarabantur: ὥσπερ ἡ ἀνάβασις καὶ τὰ πρὸ τῶν τειχῶν ἔχει σώματα· τοιοῦτον γὰρ ὄν, ἄσκιον εἶναι καὶ οὐ κωλύεσθαι τοῦ λαμπροῦ. Schneiderus hic nihil emendavit, nisi quod pro τοῦ λαμπροῦ legi jussit τὸ λαμπρόν. Philippsonius edidit: ὥσπερ ἡ ἀνάβασις καὶ τὰς πρὸ τῶν τειχῶν ἔχει βωμίδας et in fine enuntiationis τὸ λαμπρόν. Mihi ad litterarum ductus magis accommodate ponendum videtur ὥσπερ ἀναβαθμίδας τὰ πρὸ τῶν τειχῶν ἔχει χώματα. Praeterea Schneideri τὸ λαμπρόν retineo. Denique Burchardus sensu non perspecto in verbis ὅσα τῶν λείων μέλανα pro λείων substitui vult λευκῶν atque in sequentibus ὅσα λευκὰ τῶν τραχέων mutari in ὅσα τῶν λευκῶν τραχέα.

35. Postrema ante Schneiderum sic vulgabantur: τὸ δὲ χλωρὸν ἐκ τοῦ στερεοῦ καὶ τοῦ κενοῦ συνεστάναι μεγάλων ἐξ ἀμφοῖν τῇ θέσει καὶ τῇ τάξει αὐτῶν τὴν χρόαν. Schneiderus servatis caeteris scribi voluit συνεστάναι· ἐκ μεγάλων δ' ἀμφοῖν, qua emendatione probata Philippsonius praeterea μέν inter ἐκ et τοῦ στερεοῦ inseruit. Sed his remediis nondum sanatus est locus, quod probe intellexit Burchardus, qui tamen ipse nihil ad supplenda ea quae exciderunt, attulit. Itaque nihil mirabilius est Philippsoniana hujus sententiae interpretatione: „Colorem demum viridem e valido quidem et vacuo, utroque autem propter situm et ordinem coloris magno constare." Ne de caeteris vitiis loquar, in eo potissimum vir doctissimus lapsus est, quod αὐτῶν non expressit, τὴν χρόαν autem genitivo reddidit. Mihi videntur Schneideri et Philippsonii emendationes recte quidem se habere, sed praeterea distinguendum post ἀμφοῖν inserendumque δὲ inter τῇ et θέσει atque in fine enuntiationis γίγνεσθαι ponendum esse.

37. Vulgata scriptura est τὸ μὲν γὰρ λαμπρὸν ἔχει ἐκ τοῦ λευκοῦ, τὸ δὲ ὑπέρυθρον ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, in quibus verbis

Schneiderus ἔχει recte mutavit in ἔχειν. Pro θερμοῦ, quod Philippsonius servavit, necessario e Burchardi conjectura reponendum est ἐρυθροῦ. In sequentibus post κάλλιστον χρῶμα Schneiderus pro δεῖ edidit δεῖν, quod loci structura requirit.

38. Male Philippsonius pro μικρὰν δὲ τοῦ μέλανος e codd. Paris. et Flor. vulgavit μακρὰν κ. τ. λ. fisus voce ἐνυτάρχει, quam in sequentibus perperam interpretatus est *in eo superare*. Isatin quid vulgo vocaverint veteres, notum ex Plin. hist. nat. lib. XX, 7 et Dioscorid. II, 215, 216. Hic ipse ejus color eodem nomine appellatur. Post πορφυροειδοῦς cum Burchardo lacunae signa posui, propterea quod sequentia cum iis quae nunc in Theophrasti textu proxime antecedunt, neutiquam cohaerere liquet.

39. Inter χλωρὸν et μιχθῇ e Schneideri conjectura inseruimus πλέον. Ante καὶ μελανόχρων vulgo legitur ἄσκιον, quod Philippsonius male mutavit in ἀνάσκιον; locus enim κατάσκιον requirit. Servanda est vox διαχεῖσθαι, pro qua Burchardus substitui voluit διαφαίνεσθαι allato versu Homerico Odyss. IX, 379. Nam διαχεῖσθαι ubi de rebus duris et immaturis usurpatur valet *mollescere* et *maturescere*, quae vocis significatio jam a Passovio perspecta novissimae Thesauri Stephanici editioni, memorato hoc Theophrasti loco, addenda est. Ante χρωμάτων olim legebatur ἐπιμέμικται, quod quum displiceret Schneidero, sic rescribi jussit: τοσούτων ἐπιμέμνηται —— εἶναί φησι; non male, sed fortasse rectius cum Philippsonio hic ponitur ἐπιμεμίχθαι. Tum genitivus χρωμάτων ex τοσοῦτον pendet, de qua structura cf. Bernhardi Syntax. p. 152 et Wyttenbachium in epistola critica. Verba τὰ χρώματα, quae in reliquis membranis desiderantur, e cod. Paris. addidit Philippsonius. Paulo inferius μίσγῃ Schneiderus, quemadmodum sententia flagitat, pro vulg. μίσγειν reposuit. Idem sub finem hujus paragraphi θατέρου in θατέρῳ convertit.

40. Excidisse nonnulla inter προσαφορίζει (ed. Camot προσαφορίζειν) et εἴρηκε, vel aliam quampiam hic latere corruptelam editores viderunt. Schneiderus παρῆκε vel simile verbum sensu flagitari observat. Burchardus collato hoc Theo-

phrasti loco e lib. de odoribus cap. 64: τί δή ποτε Δημόκριτος τοὺς μὲν χυλοὺς πρὸς τὴν γεῦσιν ἀποδίδωσι, τὰς δ' ὀσμὰς καὶ τὰς χρόας οὐχ ὁμοίως πρὸς ὑποκειμένας αἰσθήσεις; ἔδει γὰρ ἐκ τῶν σχημάτων sic scribi vult: Περὶ δὲ ὀδμῆς προσαφορίζει, ἀλλὰ περὶ τούτων μὲν οὐχ ὥσπερ περὶ τῶν ἄλλων, πλὴν τοσοῦτόν γε εἴρηκεν, ὅτι τὸ λεπτὸν κ. τ. λ. Melius lacunam Philippsonius explevit, qui comparatis Theophrasti verbis ex eodem de sensu et sensilibus libro §. 57 (fragm. 18): καὶ περὶ μὲν ὄψεως καὶ ἀκοῆς οὕτως ἀποδίδωσι· τὰς δ' ἄλλας αἰσθήσεις σχεδὸν ὁμοίας (al. ὁμοίως) ποιεῖ τοῖς πλείστοις hic scribendum esse conjecit Περὶ δὲ ὀσμῆς προσαφορίζει σχεδὸν ὁμοίως τοῖς πλείστοις· οὐδὲν γὰρ ἴδιον εἴρηκέ γε, quam emendationem in textum recipere non dubitavimus. Porro in verbis ὅτι τὸ λεπτὸν ἀπορρέον ἀπὸ τῶν βαρέων, quae toleraverant viri docti, postremam vocem mutavi in παχέων; non enim recte opponuntur τὰ λεπτὰ et τὰ βαρέα. Caeterum non possum quin coronidis loco hic ponam quae ap. Theophrastum de caus. plant. VI, 5 licet omisso nomine ad Democritum, ut videtur, pertinentia his verbis leguntur: Ὃ δ' ἄν τῳ (ita cod. Urb. pro vulg. ὃ δ' αὖ τῷ) δόξειεν ἄτοπον εἶναι, τὸ τἆλλα ζῶα σαφεστέραν ἔχοντα (sc. ἡμῶν ὄσφρησιν), μηδ' αἰσθάνεσθαι μηδὲ κρίνειν τὰς εὐωδίας, οὐκ ἔστιν ἄτοπον. Τάχα μὲν γὰρ καὶ αἰσθάνονται, πρὸς δὲ τὴν φύσιν αὐτῶν οὐχ ἁρμόττουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐναντίαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν γυπῶν ἐλέχθη, καὶ ὡς τὰ ἔντομα πάντα ὑπὸ τοῦ ἐλαίου βαρύνεται, φεύγει γὰρ αὐτὰ τὴν (lege ταύτην τὴν) ὀσμήν· ἕτερα δ' ὑφ' ἑτέρας τινὸς ἴσως. Ἄλογον δ' ἐνταῦθα δόξειεν ἂν συμβαίνειν πρὸς ἐκείνην τὴν ὑπόθεσιν, ὅτι ὁ λιπαρὸς (insere cum Burchardo ἔχει) εἶδος τοῦ γλυκέος χυμοῦ· ἔνια δὲ προσφιλέστατα τῷ γλυκεῖ, καθάπερ οἱ κνῖπες· οὐδὲν γὰρ τῶν οἰκείων φθαρτικόν, εἰ μὴ ταῖς ὑπερβολαῖς. Ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν αἰτίαν ἐν τῇ δριμύτητι ληπτέον, ὥσπερ καὶ τῆς ὀριγάνου καὶ τῶν τοιούτων· ἅπαντα γὰρ φεύγει· τὸ δὲ μὴ αἰσθάνεσθαι, καθάπερ λέγουσιν, οὐ σαφὲς ἡμῖν· εἰ μὴ ἄρα καὶ τοὺς πόρους ἐνταῦθα ἄν τις αἰτιάσαιτο, καθάπερ ἔνιοι τῶν φυσικῶν, τῷ μὴ ἁρμόττειν. Διὸ καὶ διαιροῦσι τοῖς μεγέθεσι, τὰ μὲν μικρὰ φάσκοντες τῶν τοιῶνδε αἰσθάνεσθαι, τὰ δὲ μείζω τῶν τοιῶνδε

μᾶλλον. Ad verba τὰ ἔντομα πάντα ὑπὸ τοῦ ἐλαίου βαρύνεται Schneiderus notat: „constat, respirationem oleo impediri, obstructis insectorum spiraculis lateralibus." Aristoteles autem tradit hist. anim. lib. VIII, 27 omnia insecta oleo tacta interire, idque celerrime, si capite illito soli exponantur. Verba graeca sunt: πάντα δὲ τὰ ἔντομα ἀποθνήσκει ἐλαιούμενα· τάχιστα δέ, ἄν τις τὴν κεφαλὴν ἀλείψας ἐν τῷ ἡλίῳ θῇ. In sequentibus quae de pingui ac de dulci sapore dicuntur ὅτι ὁ λιπαρὸς ἔχει εἶδος τοῦ γλυκέος χυμοῦ, ea abunde illustrantur alio Theophrasti loco supra allegato (cf. fragm. 25), ubi vidimus pinguem saporem iisdem atque dulcem figuris describi, nisi quod magnitudine diversae sunt.

41. Apud Stobaeum, cui hoc fragmentum debemus, haec leguntur: Λεύκιππος πάντα κατ' ἀνάγκην, τὴν δ' αὐτὴν ὑπάρχειν εἱμαρμένην· λέγει γὰρ ἐν τῷ περὶ νοῦ· οὐδὲν χρῆμα μάτην γίγνεται, ἀλλὰ πάντα ἐκ λόγου τε καὶ ὑπ' ἀνάγκης. Sed liber περὶ νοῦ Democriti fuit, (cf. supra lib. II, p. 132) non Leucippi, de quo philosopho dicemus lib. IV prooem. adn. 3. Itaque hoc fragmentum Democriteis inserere non gravati sumus. Caeterum λόγος hoc loco non est *mens*, ad quam notionem exprimendam Democritei temporis philosophi νοῦς dicere solebant, sed *rerum ratio* et *causa naturalis*. Vid. Schleiermach. Heracl. p. 423.

C. ADNOTATIONES AD FRAGMENTA LIBRORUM DE ANIMALIBUS.

2. Cf. Theophrast. de caus. plant. VI, 10.

3. Vulgatam ὁ ὄνος ἵππον βιασάμενος κατὰ τύχην κυῆσαι postulante sententia in hunc modum mutavimus τοῦ ὄνου ἵππον βιασαμένου κ. τ. λ.

4. Pro ἐκπτύεται scripsimus ἐκπτύεσθαι.

5. In verbis δύναται γὰρ αὐτὴ σκληρὰ γενομένη καὶ ἐπωθεῖται τοῖς πρωτέροις participium γενομένη e nostra conjectura adjectum est. Gesnerus pro δύναται scribi volebat γίνεται. In sequentibus ὑπὸ ῥώμης, quod habet margo Gesneri, edidimus pro ὑπὸ ῥύμης Caeteroquin hoc in fragmento formam

ὀστέον servavimus, ut in eo quod sequitur ὀστέα et in septimo ὀστέου. Nam formas non contractas, quas apud Democritum repererat, his locis retinuit Aelianus.

7. Initio hujus fragmenti τρηματῶδες posui pro vulg. θρηνῶδες, quam conjecturam postea vidi jam Gesnero inter alias quas profert opiniones in mentem venisse. Alii legunt τενθρηνιῶδες. Vid. Ind. voc. Democr. In verbis ἀνάγκη δὲ καὶ ξηρότερον τὸν αὐχένα τῶν ἀκεράτων εἶναι· λεπτότεραι γὰρ καὶ αἱ τούτων φλέβες Gesneri emendationem τούτου vulgatae scripturae τούτων praetuli.

E. ADNOTATIONES IN DEMOCRITI FRAGMENTA VARII ARGUMENTI

1. Retinui in hoc fragmento mathematico singulorum verborum scripturam, qualis nunc apud Plutarchum invenitur, quem Democritea suis inserentem ipsum Abderitae dicendi genus suo modo mutasse ejectisque formis ionicis interpolasse reor. Quod Reiskius textui inseruit παρὰ τὴν βάσιν ἐπίπεδον. ineptum est. Quippe revocari convenit veterem lectionem, quam tuentur Aldus et editio Basileensis, ἐπιπέδῳ. Quum enim coni basis semper sit ἐπίπεδος, per se patet, id diserte neutiquam hic dicendum fuisse. Imprimis autem loquendum erat de coni sectione basi parallela, quae interjecta planitie fiat. Hujusmodi sectiones liquet eam habere vim, ut quae inde oriantur segmentorum superficies rotundae et circulares sint, et quo quaeque superficies altior sit, eo magis coarctato circulo proxime inferiorem superet. Quam inepte Chrysippus Democritum refellere voluerit et quomodo a Plutarcho refutatus sit Stoicus philosophus enarrare hoc loco non attinet, sed ex ipsius scriptoris libello, quem citavi, cognosci par est.

2. Pro ἱεροῦ scripsi ἰροῦ, quod flagitat ionica dialectus. Democriti dictum respicit Cicero de divinat I, 37: „Negat sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse" et de Orat. lib. II, 46: „Saepe enim audivi, poëtam bonum neminem (id quod a Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum exsistere posse, et sine

quodam afflatu quasi furoris." Paulo aliter atque ut videtur minus recte Horatius epist. ad Pis. v. 295:

> Ingenium misera quia fortunatius arte
> Credit, et excludit sanos Helicone poëtas
> Democritus, ——

3. In verbis Democriteis φύσιος rescripsimus pro φύσεως.

4. Censebat Democritus, omnium primas eas inventas et perfectas esse artes, quae ad hominum vitam maxime necessariae essent, postea eas, quae utilitatem et voluptatem mortalibus praeberent. Quamobrem musicam, quam alii antiquissimam esse volebant, in earum numero artium ponebat, quarum posterior demum aetas inventrix esset habenda. Rossinius hoc fragmentum in hunc modum edidit: Δημόκριτος μὲν τοίνυν, ἀνὴρ οὐ φυσιολογώτατος μόνον τῶν ἀρχαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱστορουμένων, οὐδὲ νεότητα πολυπράγμων, μουσικήν φησι νεωτέραν εἶναι, καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδίδωσι λέγων· μὴ ἀποκρίνω τ' ἀναγκαῖον, ἀλλὰ ἐν τοῦ περιεῦντος ἤδη γίνεσθαι κ. τ. λ. Papencordtius pag. 64 scribi voluit οὐδὲ νεότητος et ἐκ τοῦ περιεῦντος. Heimsoethius pag. 18 exaravit οὐδὲ νεότητ' ἄν et ἐκ τοῦ περιεῦντος. Sed hae emendationes non sufficiunt. Itaque audaciore medela opus fuit, qua num sanaverim locum, alii judicabunt.

5. Reposui ἐνθαῦτα et ἠέρα pro ἐνταῦθα et ἀέρα. Porro διαμυθέεσθαι mutavi in Δία μυθέεσθαι, ut jam Heinsius correxerat et nuper propter Orellii (opusc. I, p. 130) socordiam denuo Burchardus disput. de Democr. fragm. a Theophrasto servatis p. 9. Post μυθέεσθαι addidi οἰομένους ὅτι; denique ἀφαιρέεται converti in ἀπαιρέεται. Caeterum recte se habere Δία μυθέεσθαι efficitur ex ejusdem Clementis Stromat. lib. V, p. 589: Ὁ γὰρ διὰ τῶν ποιημάτων καὶ καταλογάδην συγγραμμάτων ᾄδόμενος Ζεὺς τὴν ἔννοιαν ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναφέρει· ἤδη δέ, ὡς εἰπεῖν, ὑπ' αὐγὰς ὁ Δημόκριτος εἶναί τινας ὀλίγους γράφει τῶν ἀνθρώπων, οἳ δὴ ἀνατείναντες τὰς χεῖρας ἐνθαῦτα, ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες πάντα, Δία μυθέονται (sic corr. pro Ζεὺς μυθέεται)· καὶ πάντα οὗτος οἶδε καὶ διδοῖ καὶ ἀπαιρέεται καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων. Papencordtius

p. 72 collato Eusebii loco Praepar. Evang. p. 675 ubi eadem fere verba exstant, nisi quod pro δν νῦν ἠέρα scribitur οὐ νῦν ἡ ἑτέρα, apud Clementem rescribi jussit εἶναί τινας ὀλίγους γράφει τῶν λογίων ἀνθρώπων ἀνατείναντας τὰς χεῖρας ἐς τούτους, οὓς νῦν ἑτέρους καλέομεν οἱ Ἕλληνες κ. τ. λ. hoc sensu: „Pauci hominum, qui deorum et gentium imprimisque patriae historiam callent (cf. de voce λόγιος Herodot. II, 3 cum adnot. Gronov. et Wesseling. ad Diodor. II, 4) eos adorant deos, quos praeter Jovem veneramur, omnia potius munera, quae nos singulis numinibus attribuimus, ad Jovem referentes." Idem de verbis δν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες quasi indignabundus ait: „num antea voce ἀὴρ non usi sunt Graeci? Ridiculum sane commentum." Nos in vulgata scriptura, quae commodum sensum praebet, acquiescimus. Democritus enim de deorum veneratione alicubi disserens eorum quoque mentionem fecit, qui aërem tanquam Jovem adorabant. Ita Herodotus de Persis lib. I, 131: οἱ δὲ νομίζουσι Διὶ μέν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν οὀρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. Quod autem dicit δν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, id Heimsoethius ad poëtas Graecorum et mythographos spectare putat, qui aërem per allegoriam dei nomine appellaverint. Non putaverim hoc ostendi posse. Nam etsi Coelum (Οὐρανόν) veterrimum Graecorum deum fuisse scio, nullum tamen novi scriptorem, qui aërem diserte Jovem, de quo hic quaeritur, nominaverit. Quin ab omnibus cum Jove caeteri dii vocantur αἰθέρι ναίοντες, Οὐρανίωνες, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες etc. Sed quoniam multorum poëtarum carmina perierunt, nolim hanc Heimsoethii conjecturam prorsus improbare. Verum verborum δν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες πάντα hunc sensum esse opinor. Antiquissimi Graecorum poëtae aërem bene distinguunt ab aethere, superiores coeli regiones easque puriore aura repletas, ubi deorum sedem esse fingunt, aetheris nomine vocitantes, inferiora omnia, ubi crassior spirat aura, aërem esse statuentes. Quod discrimen quamquam ne posteri quidem obliti sunt, tamen Democriti aevo et fortasse jam paulo prius nomen ἀήρ de omni

aura usurpari coeptum est plane ut Latinis *aër* saepe generale vocabulum est, quo utuntur veteres, ubi neque aetheris sinceritas neque aurae lenitas ac dulcedo enuntianda est. Atqui licet *auram* et *aërem* a latinis aliquando confundi certissimum sit, Graecos tamen ἀέρα et αὔραν vel ionice αὔρην nunquam plane eodem loco habuisse, vix probatione eget. Itaque Democrito non alia hic praesto fuit locutio, qua uteretur, nisi ἀήρ, quae ut eo quo volebat sensu acciperetur, adjecit ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες πάντα. Facile enim fieri poterat, ut quis ex poëtarum usu, excluso aethere, de inferiore coeli regione cogitaret, id quod a philosophi nostri mente abhorret.

6. Hoc fragmentum a nobis jam libro primo explicatum sublatisque potioribus vitiis emaculatum hic quoque una cum sequenti, quod et ipsum supra attigimus, denuo afferre visum est, ut quaecunque supersunt operum Democriteorum reliquiae unum in corpus cogerentur. Una res facienda restabat, ut expulsa codd. scriptura ἐμεωυτὸν, ξυνθέσιος et ἀποδέξιος in textum recipiendo philosophi verba, quantum in me situm esset, in pristinam integritatem restituerem.

8. In Etymol. magn. v. νένωται, ubi Democritus citatur ἐν τῷ περὶ παθῶν nihil legitur, nisi φηνι θέα νοῦνται, quod Sylburgus mutari voluit in φήμῃ θείῃ νοῦνται, Heimsoethius conjecit φρενὶ ἰθέα νοῦνται. Neutrum satis aptum videtur. De nostra conjectura lectores hujus operis judicabunt. Quum autem liber περὶ παθῶν non sit in Thrasylli catalogo, ideoque aut habendus sit pro alius operis parte, aut cum Fabricio putandum, eum inter scripta, quae inferior aetas Democrito supposuit, fuisse, postremum hoc fragmen, vel si malis hunc truncum, dubitanter operum Democriteorum reliquiis adjeci.

F. ADNOTATIONES AD FRAGMENTA LIBRI DE AGRICULTURA.

1. Orationis seriem omissis verbis quibusdam, quae ad Democritum non pertinent, paullulum immutavi. Apud Cassianum enim haec leguntur: Δημόκριτος δὲ καὶ Ἀπουλήϊός φασι, τοιοῦτον χρὴ προσδοκᾷν ἔσεσθαι τὸν χειμῶνα, ὁποία ἔσται

ἡ ἡμέρα τῆς ἑορτῆς, ἣν οἱ Ῥωμαῖοι Βροῦμα καλοῦσι, τοῦτ' ἔστιν ἡ τετάρτη καὶ εἰκοστὴ τοῦ Δίου μηνός, ἤτοι Νοεμβρίου. De Democrito idem testatur Plinius hist. nat. lib. XVIII, 26 s. 62 his verbis: Democritus talem futuram hiemem arbitratur, qualis fuerit brumae dies et circa eum terni: item solstitio aestatem. Δῖος nomen primi mensis Macedonici est. Galen. vol. 9 p. 8. Vid. Corsini Fast. Att. vol. 2 pag. 462 et Clitoni vol. 3 p. 349 seqq. Nicephorus Uranus in Vita S. Symeonis jun. Stylitae n. 81: Δίου μηνὸς ὃν ἡ παρ' ἡμῖν γλῶττα Νοέμβριον καλεῖν οἶδεν. Probabile est mensium nomina apud Macedones usitata fuisse eadem quae et ab Abderitis usurparentur. Inde Democrito hujus mensis nomen, quod Bassus ex ejus libro proferens, quum paucis fortasse ejus aetatis hominibus esset notum, Novembris appellatione explicuit.

2. Initio hujus capitis uncis inclusimus περί, quod salva sententia abesse poterat. Ex hoc Democriti de agricultura opusculo multi veterum eadem de aquarum copia et inopia earumque natura tradiderunt. Cf. Aristot. Meteorolog. I, 13. Vitruvius lib. VIII, 1 et 4 Plinius hist. nat. lib. XXXI, 4 denique Theophrastus de causis plant. VI, 3 qui: ἄχυμον, inquit, τὸ ὕδωρ καθ' αὑτό. Διὸ καὶ οἱ παλαιοί φασι, δι' οἵας ἂν γῆς ῥέῃ, τοιοῦτο καὶ εἶναι, ubi verba οἱ παλαιοί ad Democritum, cujus paulo ante mentionem fecerat Theophrastus, referri oportet. — §. 4. Inter verba καθάπερ καὶ et τὴν θάλασσαν inseruimus κατά, quam voculam sensus flagitare videtur. Quod attinet ad rem, de qua disceptatur, consulendus Aristoteles Meteorol. II, 3. Cf. et Niceph. Blemmid. Epit. Phys. c. 17, p. 127 seqq. — §. 5. Pro vulg. ἴσον μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον. πλείονα δὲ ex Cornarii interpretatione, quemadmodum Niclasius voluerat, correximus ἧσσον μὲν . . . . . πλεῖον δέ. — §. 6. Pro καθύδρους in nonnullis codd. est καθύγρους. Utrumque defendi licet. In forma ὀρέων Democriti Jonismum fortasse servavit Cassianus, quamquam scio etiam Atticos tali genitivo saepenumero usos. Cf. Buttm. Gramm. ampl. I §. 49 adn. 4. — §. 7. Recepimus Niclasii conjecturam μεγίστας pro vulg. μεριστάς, quod sensui repugnat. Veram lectionem esse

μεγίστας cogendum ex Aristotele, qui eadem atque Democritus de his rebus praecipiens Meteor. I, 13: καὶ πλεῖστοι, inquit, καὶ μέγιστοι ποταμοὶ ῥέουσιν ἐκ τῶν μεγίστων ὀρῶν et paulo post: ῥέουσι δ' οὖν οἱ πλεῖστοι καὶ μέγιστοι μετὰ τὸν Ἴστρον τῶν ἄλλων ποταμῶν, ἐντεῦθεν, ὥς φασιν. — §. 9. Salmasius Exerc. Plin. p. 833 observat ὑδρεῖον esse locum aquationis, ὕδρευμα ipsam aquationem sive aquandi actum, Graecis vero posterioribus etiam locum, in quo sit aquatio. Cf. et Wesseling. ad Anton. Itin. p. 173. Nolim diffiteri plurimis scriptorum locis id, de quo loquitur Salmasius, discrimen muniri posse, sed si Cassianus vocem Democriteam hic servavit, philosophus Abderitanus jam eodem modo quo posteriores hanc locutionem usurpasse censendus est. Praeterea neminem fugit in latino sermone, *aquationis* vocabulo utrumque significatum contineri. Vid. interpp. ad Cic. de off. III, 14. De loco qui erat prope Aradum Phoenicum insulam, ubi dulcis aqua hauriebatur audiendus Strabo lib. XVI, p. 753 ed. Casaub.: Τὴν δ' ὑδρείαν τὴν μὲν ἐκ τῶν ὁμβρίων καὶ λακκαίων ὑδάτων ἔχουσι, τὴν δ' ἐκ τῆς περαίας· ἐν δὲ τοῖς πολέμοις ἐκ τοῦ πόρου μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως ὑδρεύονται, πηγὴν ἔχοντος ἀφθόνου ὕδατος, εἰς ἣν περικαταστρέφεται κλίβανος, καθεθεὶς ἀπὸ τοῦ ὑδρευομένου σκάφους, μολυβοῦς, εὐρύστομος, εἰς πυθμένα συνηγμένος στενόν, ἔχοντα τρῆμα μέτριον. Τῷ δὲ πυθμένι περιέσφιγκται σωλὴν σκύτινος, εἴτε ἄσκωμα δεῖ λέγειν, ὁ δεχόμενος τὸ ἀναθλιβόμενον ἐκ τῆς πηγῆς διὰ τοῦ κλιβάνου ὕδωρ. Τὸ μὲν οὖν ἀναθλιβὲν πρῶτον τὸ τῆς θαλάσσης ἐστί· περιμείναντες δὲ τὴν τοῦ καθαροῦ καὶ ποτίμου ὕδατος ῥεῦσιν ὑπολαμβάνουσιν εἰς ἀγγεῖα παρεσκευασμένα ὅσον ἂν δέῃ, καὶ πορθμεύουσιν εἰς τὴν πόλιν. Plinius etiam lib. V, 31: —— Aradus, inter quam et continentem quinquaginta cubita alto mari (ut auctor est Mucianus) e fonte dulcis aqua, tubo coriis facto, usque a vado trahitur. Adde Lucret. lib. VI, 888 seqq. Sed prope Heracleam Ponticam fuisse fontem dulcis haustus sive aquationem nemo praeter Democritum videtur memoriae prodere. Qui enim inveniuntur loci de Soonante sive Acheronte fluvio subterraneo circa Heracleam e specu Acherusia erum-

pente apud varios scriptores Pompon. Mel. lib. I, cap. 19; Plin. hist. nat. lib. XXVII, cap. 2. Apollon. Rhod. II, 745. Orph. Argon. 1126 seqq. Ammian. XXII, 8, p. 337 ed. Vales.: illi ad aquationem, de qua agit Democritus, referri nequeunt. Quum vero aliud celebre ὕδρευμα, cujus ex Polybio apud Strabonem lib. III, p. 172 superest descriptio, Gadibus fuerit in templo Herculis ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις, Plinius autem lib. II, 103 et paulo ante c. 97 (al. 100) hujus mentionem cum Arado conjungat, Niclasius conjecit, in verbis Democriteis reponendum esse καὶ τὸ ἐν Ἡρακλείῳ *et illa quae est in templo Herculis* aut ἐν Ἡρακλείῳ πορθμῷ aut ἐν Ἡρακλείῳ πόντῳ *in freto* aut *mari Herculeo* i. e. *Gaditano*. Quae conjectura satis ingeniosa est; sed in re tam incerta nihil muto. — §. 10. Saoces est Samothraciae mons teste Plin. lib. IV, cap. XXIII (cap. 12 edd. vett.). Hujus autem, ut quum caeteris Graecis tum Abderitis notissimi, mentionem faciendam esse putavit Democritus rem, de qua disseritur, idoneo exemplo illustraturus. Quum genitivus Σαώκους hic legatur, Democritus nominativum Σαώκης esse voluit. At Σαώκη quoque in usu fuit, quod testificatur Pseudodidymus his verbis ad Iliad. XIII, 12: Τῆς Σαμοθράκης· τὸ μέντοι ἐν αὐτῇ ὄρος Σαώκη καλεῖται. Apud Plinium l. l. nihil legitur nisi ablativus Saoce. Caeteroqui verborum Democriteorum sensum jam bene perspexit Niclasius. Nam Democriti sententiam sic exponit, ut aquarum fossores dicat fontes sub montium radicibus sitos πηγὰς φερομένας sive ἐπιῤῥύτους vocare, quoniam ut Aristoteles Meteor. lib. I, 13 ait; montana et edita loca tanquam spongia locis superposita humilibus aquam coelestem haustam sine intercapedine stillent, quae paulatim quidem, sed multis ex partibus in fontes deferatur: tales esse in vicina insula Samothracia, ubi Saocis montis cacumina tantam aquarum accipiant copiam, ut circa illum perennes suppetant fontes. Esse vero etiam in aliis regionibus, ubi nulli sint montes, aquarum perennium venas. — §. 12. Democrito similia habet Seneca Quaest. nat. III, 15: Placet natura regi terram: et quidem ad nostrorum corporum exemplar, in quibus et venae sunt et arteriae: illae

sanguinis, hae spiritus receptacula. In terra quoque sunt alia itinera, per quae aqua, et alia per quae spiritus currit: adeoque illam ad similitudinem humanorum corporum natura formavit, ut majores quoque nostri aquarum appellaverint venas. — §. 21. Cassiod. Var. 3 ep. 53: Dicunt enim aquas, quae ad orientem Austrumve prorumpunt, dulces atque perspicuas esse, et pro sua levitate saluberrimas inveniri: in septentrionem vero atque occidentem quaecunque manant, probari quidem nimis frigidas, sed crassitudine suae graviditatis incommodas. Cf. ea quae ipse Democritus hac de re disputat §. 5 seqq. — §. 22. Enuntiatum, quod orditur scriptor inde a καὶ ἐὰν ὦσι, interpositis aliis sententiis, quarum primae initium est σχοίνους τε γὰρ φυομένους, postrema finitur verbis ἣν χρυσάνθεμον καλοῦσι (§. 24) ita ruptum, ut posteriora scribenti priora jam excesserint e memoria, sic absolvere studet, ut §. 25 καὶ καθόλου δὲ ..... ἀναδίδοσθαι protasis corrigatur, sequentibus autem verbis usque ad τὰς πηγὰς λαμβάνεις apodosis contineatur. Sed quum ejusmodi periodus longior nobis videretur, plures inde minores confecimus enuntiationes. — §. 23. .Pro vulg. ἀλλισχοίνους dedimus ὁλοσχοίνους. Theophrast. Hist. pl. 4, 12: Κατάλοιπον δὲ εἰπεῖν ὡσὰν ἐκ τοῦ γένους τούτου περὶ σχοίνου· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῶν ἐνύδρων θετέον. Ἔστι δὲ αὐτοῦ τρία εἴδη —— τρίτος τῷ μεγέθει καὶ τῇ παχύτητι καὶ εὐσαρκίᾳ διαφέρων ὁ καλούμενος ὁλόσχοινος. Diosc. 4, 52: Ἔστι δὲ καὶ τρίτη πολλῷ σαρκωδεστέρα καὶ τραχυτέρα τοῖν δυοῖν ὁλόσχοινος λεγομένη. Adde Hesych. v. ὁλόσχοινος et ibi interpp. In sequentibus ἄγρωστις species graminis est, de qua vide Hieronymum Comment. in Oseae c. 10 copiose disserentem. De calamis Indicis commentati sunt Salmasius Exerc. Plin. p. 916 seqq. et Bodaeus ad Theophrast. p. 478 seqq. et 485. Pro μεστοκαλάμους in Cod. Palat. legi ναστοκαλάμους observat Needhamius, quod si certum esset, vulgatae scripturae praeferrem, quum Democritum voce ναστός usum esse constet. Cf. supra lib. II titulum operis 37 et quae ibi adnotavimus. Cui lectioni favet etiam Dioscorides lib. I: καλάμων ὁ μέν τις καλεῖται ναστός, ἐξ οὗ τὰ βέλη γίνεται. At neque Gudius, neque Bodaeus

de hac scriptura in Cod. Palat. inventa loquuntur. Caeterum pro βαλίτας fortasse ponendum βελίτας, ut iidem sint qui Theophrasto 4, 12 (lib. IV, cap. 11, §. 11 ed. Wimmer) τοξικοί, Plinio sagittarii appellantur. Idem visum Needhamio ad h. l., Salmasio Exercit. Plin. p. 916. b. et Bodaeo ad Theophrasti l. c. Pro σύριγγας Salmas. l. l. scribi jussit συριγγίας ex Theophrasto, apud quem ναστοῖς καλάμοις opponuntur, quod toti sint fistulae instar concavi. Plinius lib. XVI, 35: Calamus vero alius totus concavus, quem Syringiam vocant, utilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. Nos vulgatam retinuimus, quum intelligi queat, etsi huic emendationi non refragamur. — §. 24. Bodaeus ad Theophr. p. 264. b. locum sic corrigi vult: καὶ σίκυν ἄγριον, καὶ οἰσύαν, καὶ πτέριν νυμφαίαν, ἔτι δὲ ἵππουριν καὶ τὴν λεγομένην πεντάφυλλον κ. τ. λ. cucumerem silvestrem, viticem, filicem feminam, equisetum etc. Ex his emendationibus nihil in textum recepi praeter δὲ post ἔτι, cujus loco vulgo exaratur τέ, et οἰσύαν pro vulgato οἴσακα. Ulmum silvestrem sive πτελέαν ἀγρίαν, commemorat Plinius XVI, 17. — §. 27. Casaubonus edidit πεφύκασιν pro πέφυκαν, quod omnes codd. praebent. Non putaverim hanc formam, quae plerumque injuria solis tribuitur Alexandrinis, quum longe antiquior sit, (cf. Buttm. gramm. ampl. I, §. 87, adn. 5) a librariis esse invectam, sed hanc quoque in Democriteae dictionis reliquiis ponendam existimo. — σαλπίγγιον i. e. *parva tuba*, nomen invenit a vacuitate, qua ad tubae similitudinem accedit. — §. 28. βούτομον unde nomen acceperit quaerit Reines. epist. ad Hoffmannum p. 93. In editione Basileensi est ἀειρίοις. Cornarius, qui vertit: *folia similia populneis nigris habet*, procul dubio legit αἰγειρίνοις, quod nequaquam probandum. Dodonaeus p. 591 scribi voluit κυπειρίνοις, qualia sunt folia butomi vulgaris. In Cod. Palat. λειρίοις exstat; quare Bodaeus ad Theophrast. p. 462 legendum esse conjecit λειρίνοις, folia illa cum liliaceis comparari posse dicens, licet cypero similiora sint. At non plane necessarium est adjectivum; ideo λειρίοις restituerunt Salmas. Exerc. Plin. p. 371, Reines. epist. ad Hoffmann. p. 93, Latinus Latinius

Bibl. sacr. et prof. p. 28, qui tamen λείριον pro narcisso accipit, denique Needhamius et Niclasius. — §. 29. Πεντάφυλλον eodem modo ut hic describitur a Dioscor. 4, 42. Bene se habet codd. lectio μίσχον, ac rejicienda est vulgata apud Dioscoridem scriptura μόσχον. — §. 30. De ranunculo consule Bodaeum p. 834. — §. 31. Μαλαχόκισσος fortasse non differt a convolvulo, cujus mentio est apud Plinium; certe ita censuerunt Dodonaeus p. 392 et Bodaeus p. 64, quos si placet vide. — §. 32. De cypero plures egerunt. Adi Salmas. ad Solin. p. 703, 4, Dodonaeum p. 336 et praecipue Bodaeum p. 465. De vocabulo ζέρνα Bodaeus p. 464 haec notavit: „Contractum videtur ex ζέρεθρον. τὰ ζέρεθρα, Hesychius βάραθρα, κοῖλοι τόποι. Loca concava et paludosa amat cyperus, qua de causa ἑλειόριζον dictus fuit. Idem Hesychius ἑλειόριζον· κύπειρος." Salmas. ad Solin. p. 703 allato Dioscoridis loco lib. 1, cap. 4: φύλλα δὲ (κύπειρος) ἔχει ὅμοια πράσῳ, μακρότερα δὲ καὶ ἰσχνότερα, pro ἀρτιφυῆ hic legi vult ἀρτιφυεῖ. Idem est Casauboni judicium ad Athen. 9, 3 p. 643. Sed hac mutatione non est opus. — §. 33. Sensus participii καταφρονοῦντες fugit interpretes. Cornarius vertit: „harum .... signa si non contemserimus, nunquam fodiemus." Niclasius: „horum itaque virgultorum et herbarum dictarum omnium signis confidenter (s. ubi ea observaverimus) sic utemur in locis neque affluentem, neque fontanam, neque puteanam aquam habentibus." Quum de aqua disputetur, nihil subaudiendum est post καταφρονοῦντες nisi ὕδωρ vel ὕδατα. Erit autem ὕδωρ καταφρονεῖν *aquam quaerere;* nam καταφρονεῖν cum apud alios, tum apud Herodotum interdum reddi oportet *quaerere, petere, meditari, affectare,* ut lib. I, 59 καταφρονήσας τὴν τυραννίδα. Caeteroquin hoc verbum e Democriti oratione qui ionicam dicendi consuetudinem sequebatur a Cassiano relictum est. Denique moneo σημείοις χρῆσθαι praegnantem locutionem esse pro σημείοις ἕπεσθαι καὶ χρῆσθαι, quorum alterutrum in interpretatione exprimere satis habui. — §. 34. Verborum ὅσῳ μᾶλλον βρίθοντα κ. τ. λ. sensus explicatur simili loco in Geoponicis lib. II, V, 5: πλειόνων δὲ οὐσῶν καὶ

δασειῶν, καὶ χλωρῶν, καὶ ἀνθηρῶν βοτανῶν πλείονα ἔσονται καὶ τὰ ὕδατα. — §. 35. γῇ ἀργιλλώδης exponitur ἡ λευκὴ καὶ καθαρά a Suida et Timaeo Lex. v. Plat. Pro αὐχμηρὰ τῇ φύσει *squallente fluxu praedita*, rectius edidit Niclasius αὐχμηρὰ τῇ φύσει; tunc αὐχμηρά sunt *horrida*. — §. 36. Pro γληνώδη legendum γλοιώδη. Male Niclasius Arcadii explicationem γλήνη, ὁ ῥύπος citat. Ex hac enim non sequitur γληνώδη, ut ipse vult, verti oportere *limosa*. — §. 37. συνόδους appellat straturas diversi coloris inter duo tabulata, quae et ipsa colore differunt, interjectas. Fit enim saepe, ut primum effossae terrae tabulatum nigrum sit, secundum rubrum, atque ut inter utrumque alius generis stratura, verbi causa maculosa, reperiatur. — §. 38. Lectionem ὑπομελανιζούσας recte praeoptavit Niclasius alteri ὑποπελανιζούσας. De voc. ἰόνθους haec scholiastes: Ἰόνθους, οἷον ἐκφύματα σκληρά, οἱ δὲ ἰόνθον τὴν ἀκμαίαν γῆν. Οἱ δὲ τὰς δασεῖς καὶ πυκνὰς ἀπὸ τῶν τριχῶν, τὰς γὰρ τῶν τριχῶν ῥίζας ἰόνθους ἔλεγον. Cf. Hesych. v. ἰονθάδες, Schol. et Eustath. ad Od. ξ, 50. Medici ἰόνθους vocant *varos*. Vide Cassium Jatrosophistam Problem. 33 et ibi Conr. Gesnerum. Tenendum tantum varos interdum τοὺς τοῦ προσώπου πόρους implere. Quare Niclasius sententiam loci in hunc modum explanat: „Petrae promittunt aquam, quae sunt subnigrae et aliquantulum porosae. Pori vero non debent alia materia, varorum more, esse obturati." — §. 39. πτέρνας Hesychius inter alia esse dicit τὰ ἔσχατα μέρη τῶν ὀρῶν. Sunt igitur πτέρναι h. l. extremitates petrarum sub terra, quae radices vocari consueverunt.

3. Eandem rem, de qua Democritus tractat, his verbis exponit Theophrastus C. P. 3, 19: Μήτρας ἐξαιρεθείσης, ἡ μὲν σαρξ γίνεται, τὸ δὲ γίγαρτον οὐ γίνεται. Ibid. 5, 5: Ἀγιγάρτους μὲν γὰρ ποιοῦσι τοὺς βότρυς ἐξαιροῦντες τὴν μήτραν, ἀφ' ἧς γίνεται τὸ γίγαρτον. Ibid. c. 7: Συμβαίνει δὲ καὶ ἐν ἄλλοις μορίων τινῶν ἀφαιρουμένων ποιεῖν τινα διαφοράν· ὥσπερ τὰς ἀμπέλους, ὅταν ἡ μήτρα τοῦ κλήματος ξυσθῇ, τοὺς βότρυς ἀγιγάρτους εἶναι. Cf. Colum. Arb. 9, 3. Plin. 17, 12 (al. edd. 35) Pallad. 3, 29. Praeterea observandus est Theophrasti lo-

locus II. P. 2, 7: Ὅλως δὲ πᾶν ἐν σκίλλῃ φυτευόμενον ἔβλαστε, καὶ θᾶττον αὐξάνεται. Eadem tradit de C. P. 5, 7: Ὅσα δὲ ἐν σχίνῳ φυτεύουσιν ἢ σκίλλῃ, πάντα τῆς εὐβλαστίας ἕνεκα καὶ εὐτροφίας φυτεύουσιν. Ἔχει γάρ τινα ἄμφω θερμότητα καὶ ὑγρότητα. Quod attinet ad succum laseris Cyrenaici vide quos citat Albertus ad Hesych. v. Βάττου σίλφιον. Sed omnium instar habendi sunt Bodaeus ad Theophr. p. 589 – 600 et Spanh. de usu et praestantia num. dissert. 6, §. 1. Extrema τὸ αὐτὸ ποιήσεις καὶ ἐπὶ . . . . . κερασέας illustrantur a Gargilio Martiale apud Pallad. XI, 12, 7. Adde *Dictionnaire de l'industrie ou collection raisonnée* etc. Paris. 1776. 8. Art. *Cerisier*.

4. Columella lib. III, cap. XII, 5: „Quam coeli regionem spectare debeant vineae, vetus est dissensio, Saserna maxime probante solis ortum, mox deinde meridiem, tum occasum: Tremellio Scrofa praecipuam positionem meridianam censente: Virgilio de industria occasum sic repudiante, *Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem*: Democrito et Magone laudantibus coeli plagam septentrionalem, quia existiment, ei subjectas feracissimas fieri vineas, quae tamen bonitate vini superentur. Nobis in universum praecipere optimum visum est, ut in locis frigidis meridiano vineta subjiciantur, tepidis orienti advertantur, si tamen non infestabuntur Austris Eurisque, velut orae maritimae in Baetica. Sin autem regiones praedictis ventis fuerint obnoxiae, melius Aquiloni vel Favonio committentur. Nam ferventibus provinciis ut Aegypto et Numidia uni septentrioni rectius opponentur." Idem lib. III, cap. XXI, 8: „Quin etiam, quam coeli partem spectet genus quodque vineti, plurimum refert. Neque enim omne calido statu, nec rursus frigido laetatur, sed est proprietas in surculis, ut alii meridiano axe convalescant, quia rigore vitiantur; alii Septentrionem desiderant, quia contristentur aestu; quidam temperamento laetentur Orientis et Occidentis." Democriti sententiam amplectitur Pallad. I, 6, 2 et II, 13, 6. Plinius XVII, 2: „Nec arbitror perpetuum quidquam in hoc praecipi posse. Ad soli naturam, ad loci ingenium, ad coeli cujusque

mores dirigenda sollertia est," sed idem lib. XVII, 23: „Vites aquilonem spectare debent ipsae, palmites autem earum meridiem."

7. Idem de Democrito affirmat Symeon Sethi M. 12. fin. Φησὶ δὲ Δημόκριτος, ὡς τινά φυσικὴν συμπάθειαν ἔχει ἡ μυρσίνη πρὸς τὴν ῥοιάν· φυτευόμεναι γὰρ πλησίον ἀλλήλων εὐφορώταται γίνονται. Περιπλέκονται δὲ ἀμφοῖν αἱ ῥίζαι, κἂν μὴ πάνυ ἐγγὺς ὦσιν. Caeterum non aliter de hac re judicavit Theophrastus, cujus verba vide de Caus. plant. 2, 9.

9. In Democriti sententiam abiit Aelianus de animal. nat. lib. IV, 23: Καρπὸν δὲ ἰτέας θλιβέντα εἰ δοίης πιεῖν τοῖς ἀλόγοις, λυπεῖται ἐκεῖνα οὐδέν, μᾶλλον δὲ καὶ τρέφεται· πιὼν δὲ ἄνθρωπος τὴν σπορὰν τὴν παιδοποιόν τε καὶ ἔγκαρπον ἀπώλεσε. Καί μοι δοκεῖ Ὅμηρος καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα ἀνιχνεύσας, εἶτα μέντοι καὶ ἰτέαν ὠλεσίκαρπον ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μέτροις εἰπεῖν, τοῦτο αἰνιττόμενος. Contra Plinius nat. hist. XVI, 26 s. 46: „Ocissime autem, inquit, salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero frugiperda." Neque aliter Theophrastus Hist. Plant. III, 2: Ἀλλὰ τὴν ἰτέαν ταχὺ προκαταβάλλειν, πρὸ τοῦ τελείως ἀῤῥῦναι καὶ πέψαι, τὸν καρπόν. Διὸ καὶ τὸν ποιητὴν οὐ κακῶς προσαγορεύειν αὐτὴν ὠλεσίκαρπον. Cf. et Caus. plant. II, 13. Utramque explicationem profert Eustathius ad Odyss. κ'. 510. Vide et Schol. ad eundem locum. Utra interpretandi ratio potior sit, difficile dictu est. Praefero tamen Democriteam ut antiquiorem. Quod reliquum est, servavimus in versu Homerico κλῆθροι, ut est in Geoponicis, licet vulgo nunc Odyss. κ'. 510 legatur κλῆθραι, in aliis autem exemplaribus μακραί.

10. Pro δενδρολίβανον Democritus fortasse scripserat λιβανωτίς, quum δενδρολίβανον posterioribus tantum usurpatum videatur. Ὀδμὴν autem ex Democriti dictione relictum arbitror, propterea quod haec forma Jonum maxime propria est. Inepte Salmasius de Homon. Hyl. Jatr. cap. 97 ait hoc Geoponicorum caput esse suppositum, quum de thuris arbore in Graecia sata se nusquam legisse meminerit; scriptor enim initio ponens φασί non sua, sed aliorum verba in medium affert. Praeterea Democritus, cujus ibi mentio fit, in itineribus procul

dubio multas arbores multasque plantas Graecis antea ignotas viderat. De reliquo cf. praeter Salmas. l. l. Bodaeus ad Theophrast. p. 559. Ex veteribus videndus Dioscorides III, 89.

11. §. 21. Columella IX, 14, 16: „Caeterum peracto solstitio usque ad ortum caniculae progenerari posse apes juvenco peremto Democritus et Mago, nec minus Virgilius prodiderunt. Mago quidem ventribus etiam bubulis idem fieri affirmat." Varro II, 5, 5: „Scio ex bove putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres, a quo eas Graeci βουγενεῖς appellant." Idem III, 16, 4: „Apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in epigrammate ait eas esse βοὸς φθιμένης πεποτημένα τέκνα." Varronem nunc mutilum esse recte judicant Ursinus et Gesnerus. Cum Democritea descriptione congruit Virgiliana Georgic. lib. IV, 295—315, quae quoniam brevior est imprimis hoc Democriti fragmento illustratur. Neque vero raram esse videmus hujus rei apud veteres mentionem. Liban. Bovis laud. extr. T. I, p. 98: Βοῦς καὶ ζῶν ἀνθρώποις συνεργὸς καὶ ἀπελθὼν ὤνησεν· ὅστις γὰρ οὐκ ἔχων μελίττης σμῆνος ἐπιθυμεῖ μελιττῶν βοῦν κτείνει ῥοπάλοις· τούτου δὲ τὸ σῶμα κύει μελίττας· καί ἐστιν ἡ τελευτὴ βοὸς μελίττης γένεσις. Sext. Empir. Pyrrhon. Hypot. I, 41: Τὰ δ' ἐκ ζώων σηπομένων, ὡς μέλισσαι ταύρων καὶ σφῆκες ἵππων. Simplicius ad Aristot. lib. I φυσικῆς ἀκροάσεως p. 52 f.: εἰ σφῆκες ἐξ ἵππου, ἢ μέλισσαι ἐκ ταύρου· ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν. Cf. Schoettgenius ad Varr. II, 5, 5, Albertus ad Hesych. v. Βουγενέων et Van Goens. ad Porphyr. Antr. Nymph. p. 104. — §. 23. Reliquimus hic formam ὀστέα, quae in codd. exstat, ne hoc ionicae dialecti et Democriteae orationis vestigium deleretur, etsi §. 29 legitur ὀστᾶ. — §. 27. Verba τρίτῃ ἑβδομάδι idem valent quod τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ. Cf. Steph. Thes. Sic et Varro apud Gell. III, 10. „Septima autem fere hebdomade, id est nono et quadragesimo die, totus homo in utero absolvitur." Legebatur vitiose ἐμψυχῶσθαι quod Dindorfius in Steph. Thesaur. s. v. ἐμψυχόω corrigi vult in ἐψυχῶσθαι; non male. Sed praestat scribere aut ἐνεψυχῶσθαι

aut propter sequentia ἐμψυχοῦσθαι. Nam de vitae initio agitur quod melius enuntiatur praesenti quam perfecto, etsi scio perfectum posse defendi. — §. 36. In σταβλίου vocabulo interpolatoris alicujus manum et deteriorem graecitatem agnoscimus. Democritus fortasse scripserat vocem ἔπαυλις, qua et Herodotus utitur lib. I, cap. 111. Quae quum non magis *stabulum* designet, quam *villam*, *casam*, *domum* et *tugurium*, omnino hic poni poterat pro eo quod supra §. 21 et 22 οἶκος nominabatur. Quare aut ipse Cassianus Bassus aut alius nescio quis σταβλίου nomine in antiquae locutionis locum substituto partem tantum sensus Democritei vocabuli reddidit.

12. Athenaeus lib. II, p. 46. F.: Ἔχαιρε δὲ ὁ Δημόκριτος ἀεὶ τῷ μέλιτι· καὶ πρὸς τὸν πυθόμενον, πῶς ἂν ὑγιῶς τις διάγοι, ἔφη, εἰ τὰ μὲν ἐντὸς μέλιτι βρέχοι, τὰ δ' ἐκτὸς ἐλαίῳ. Integrum locum ultimo libri primi capite citavimus.

13. De leporibus eadem quae Democritus narrat Aelianus hist. animal. lib. XIII, cap. XII: θηρατοῦ δὲ ἀνδρὸς καὶ ἕτερα ἀγαθοῦ, οἷου μὴ ἂν ψεύσασθαι, λόγον ἤκουσα, καὶ αὐτῷ πεπίστευκα· καὶ δὴ καὶ διὰ ταῦτα εἰρήσεται. Τίκτειν γὰρ δὴ καὶ ἄῤῥενας λαγὼς ἔλεγε, καὶ ἔχειν παιδοποιεῖσθαί τε ἅμα καὶ ὠδίνειν, ὡς τῆς φύσεως μὴ ἀμοιρεῖν ἑκατέρας. Καὶ ὡς ἐκτρέφει τεκὼν ἔλεγε κ. τ. λ. Et apud Plinium nat. hist. lib. VIII. cap. LXXXI (cap. LV edd. vett.) Archelaus auctor est, „*utramque vim singulis leporibus inesse, ac sine mare aeque gignere.*" Needhamius et Niclasius putant hujus erroris originem aperiri ab Aristotele hist. anim. V, 2 verbis: τῶν δασυπόδων πολλάκις ἡ θήλεια προτέρα ἀναβαίνει ἐπὶ τὸν ἄῤῥενα. Inde enim factum esse, ut femina non modo pati, sed etiam agere crederetur. Sed eo Stagiritae verba non spectant.

QUAESTIONUM DEMOCRITEARUM

LIBER IV.

DE DEMOCRITI PLACITIS.

PROOEMIUM.

Quum Xenophanes, Parmenides caeterique Eleaticae doctrinae auctores de rerum multitudine, generatione, interitu et motu accurate disputando nihil esse veri in rebus, quas sensuum ope percipimus, ostendere studuissent, plerique argumentorum pondere rationumque constantia victi obloqui iis nequaquam audebant. Sed inter philosophos, qui res sub aspectum cadentes veras esse statuerent, atomorum inventor praecipue nominandus est. Eum esse Leucippum plurimorum eorundemque gravissimorum scriptorum auctoritas vincit. Cujus dogmata quomodo ex Eleatarum scitis suspensa essent recte monuerunt Simplicius ad Aristot. Phys. fol. 7 et qui omnium instar habendus est ipse Aristoteles de generat. et interitu I, 8. Expositis enim Eleatarum placitis: Leucippus [1]), inquit, rationes

[1]) Λεύκιππος δὲ ἔχειν ψήθη λόγους. οἵτινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγοντες οὐκ ἀναιρήσουσιν οὔτε γένεσιν οὔτε φθοράν, οὔτε κίνησιν καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὄντων. Ὁμολογήσας δὲ ταῦτα μὲν τοῖς φαινομένοις, τοῖς δὲ τὸ ἓν κατασκευάζουσιν, ὡς οὔτε ἂν κίνησιν οὖσαν ἄνευ κενοῦ, τό τε κενὸν μὴ ὄν, καὶ τοῦ ὄντος οὐθὲν μὴ ὄν φησιν εἶναι.

habere sibi visus est, quibus ea quae sensibus apparere fatemur confirmando neque generationem tolleret, neque interitum, neque motum, neque rerum multitudinem. Haec rebus cum iis quae apparent, tum quae Unum efficiunt concedens neque motum esse sine inani, neque omnino esse inane, ejus autem quod sit, nihil non esse ait.

In sequentibus Stagirita paucis doctrinam de corpusculis individuis adumbrat. Sic autem Leucippus philosophatus est, ut iis quae oculis auribusque notamus et percipimus, quasi omnes veritatis numeros continerent, probatis reliqua magnam partem ad Eleatarum doctrinam conformaret. Quum igitur tam arcto cum Eleatis vinculo conjuncta esset Leucippi ratio, non erat quod Posidonius Stoicus [2]) universam de atomis disputationem ad Mochum Phoenicem auctorem referret.

Leucippi inventa Democritus [3]) amplificavit, expolivit, orationis denique venustate ornavit, ut non male de utroque sic

---

[2]) Cf. Sext. Empir. adv. Math. IX, 363. Strabo XVI, p. 757.

[3]) Ut difficile est hodie in iis quae Plato de Socrate dicit discipuli sententias a magistri decretis discernere, praesertim quum nihil scripserit Socrates, neque multum e Xenophontis aliorumque scriptorum comparatione proficere liceat: ita jam Aristotelem ad cognoscenda Leucippi dogmata Democriti potissimum libros adire coactum valde impeditum arbitramur, quominus accurate explanaret quid a Leucippo accepisset Democritus, quid Democriteo ingenio deberetur. Nam fortasse nihil scripsit Leucippus, quum librum περὶ νοῦ, cujus mentio est apud Stobaeum eclog. phys. I, p. 160 ed. Heer., Thrasyllus Democriteis inseruerit. Vid. supra lib. II, p. 132. Quod autem a Theophrasto ei attribuebatur opus magni Diacosmi nomine ornatum teste Diogene IX, 46, id alii rectius Democrito ascribebant. Vid. libr. II, p. 130. Quare jam Aristoteles dubitanter voluminis alicujus quod Leucippeum esse nonnulli volebant ita meminit ut carminum Orpheo suppositorum meminisse solet. Etenim libro de Xenoph. Zen. et Gorg. cap. VI ait: ἐν τοῖς Λευκίππου καλουμένοις λόγοις ut alibi τὰ καλούμενα Ὀρφικά. Huc accedit quod idem scriptor de gen. et inter. I, 8 diserte de his philosophis affirmat: ὁδῷ δὲ μάλιστα καὶ περὶ πάντων ἐνὶ λόγῳ διωρίκασι Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος. Quamobrem non est mirandum quod fere ubique conjunctim citantur, et vel illi loci ubi solus memoratur Leucippus ob haec Aristotelis verba ad Democritum referri possunt. Quae quum ita sint, de Leucippo separatim disserere omisi, indicato si quod animadverti inter utriusque doctrinam discrimine.

judicaverit Cicero Acad. quaest. II, 37: „Leucippus plenum et inane (esse) dixit, Democritusque huic in hoc similis, uberior in caeteris." In tradenda philosophia Democritus alios viros sapientiae studio illustres frequenter memoravit Anaxagoram, Pythagoram, Oenopiden, Parmenidem, Zenonem, Protagoram. Cf. Plutarch. p. 1124. C. Diog. Laert. IX, 34, 35, 38, 41, 42, 46. Sext. Empir. adv. math. VII, 140 et 389. In scrutandis rebus naturalibus non ad sola experimenta confugit, inter quae eum consumsisse aetatem Petronius scribit p. 22, sed quoad ejus fieri posset ubique rerum causas indagare aggressus est. Cf. Aelian. de animal. lib. VI, 60. Itaque Aristoteles de gen. et inter. I, 2: οὗτος, inquit, ἔοικε μὲν περὶ ἁπάντων φροντίσαι et paullo inferius Δημόκριτος δ' ἂν φανείη οἰκείοις καὶ φυσικοῖς λόγοις πεπεῖσθαι. Primus enim rerum quas natura gignit varietatem certis notionibus definire tentavit, ita tamen ut difficillimam quam invenerat doctrinam inchoatam posterisque perpoliendam relinqueret. Sed in tanta ingeniorum praestantia et ubertate mirum est post Democritum hoc litterarum genus nullius nisi Aristotelis et Theophrasti acumine magna cepisse incrementa [a]). Caeterum inchoatam esse a Democrito hanc de qua loquimur disciplinam, non perfectam, vel illud argumento est, quod interdum Aristoteles rei alicujus causam rationemque ab eo redditam esse negat. Cf. de respir. cap. 4, p. 471 seqq. ed. Bekker. Quod reliquum est, ea fuit dogmatum Democriteorum ratio, ut Abderita inductione potissimum, quam vocamus, uteretur. At hanc fortasse non semper feliciter omni materiae adhibuit. Id concludendum ex Aristot.

---

[a]) Aristoteles de part. animal. I, 1: αἴτιον δὲ τοῦ μὴ ἐλθεῖν τοὺς προγενεστέρους ἐπὶ τὸν τρόπον τοῦτον, ὅτι τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὸ ὁρίσασθαι τὴν οὐσίαν οὐκ ἦν, ἀλλ' ἤψατο μὲν Δημόκριτος πρῶτος, ὡς οὐκ ἀναγκαίου δὲ τῇ φυσικῇ θεωρίᾳ, ἀλλ' ἐκφερόμενος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος. ἐπὶ Σωκράτους τοῦτο μὲν ἠὐξήθη, τὸ δὲ ζητεῖν τὰ περὶ φύσεως ἔλιπε. πρὸς δὲ τὴν χρήσιμον ἀρετὴν καὶ τὴν πολιτικὴν ἀπέκλιναν οἱ φιλοσοφοῦντες. Idem Phys. II, 2: ἐπὶ μικρὸν γάρ τι μέρος Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος τοῦ εἴδους καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι ἥψαντο. Cf. Metaph. p. 266 ed. Brandis.

de gener. anim. V, 8.[5]) Jam ad ipsa philosophi dogmata transeamus.

Rerum elementa[1]) Leucippus et Democritus plenum et inane esse statuerunt, illud entis[2]), hoc non entis nomine vocantes. Iidem ens plenum et solidum, non ens inane et rarum esse voluerunt. Quare nihilo magis[3]) ens quam non ens esse ajunt, quia nec vacuum magis quam corpus sit. Has autem rerum causas, ut materiam, esse.

---

[5]) Περὶ δὲ ὀδόντων ὅτι μὲν οὐχ ἑνὸς χάριν, οὐδὲ πάντα τοῦ αὐτοῦ ἕνεκεν τὰ ζῷα ἔχουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν διὰ τὴν τροφήν, τὰ δὲ καὶ πρὸς ἀλκὴν καὶ πρὸς τὸν ἐν τῇ φωνῇ λόγον, εἴρηται πρότερον· διότι δ' οἱ μὲν πρόσθιοι γίνονται πρότερον, οἱ δὲ γόμφιοι ὕστερον, καὶ οὗτοι μὲν οὐκ ἐκπίπτουσιν, ἐκεῖνοι δ' ἐκπίπτουσι καὶ φύονται πάλιν, τοῖς περὶ γενέσεως λόγοις τὴν αἰτίαν συγγενῆ δεῖ νομίζειν. Εἴρηκε μὲν οὖν περὶ αὐτῶν καὶ Δημόκριτος, οὐ καλῶς δ' εἴρηκεν. Οὐ γὰρ ἐπὶ πάντων σκεψάμενος καθόλου λέγει τὴν αἰτίαν. Φησὶ γὰρ ἐκπίπτειν μὲν διὰ τὸ πρὸ ὥρας γίνεσθαι τοῖς ζῴοις· ἀκμαζόντων γὰρ ὡς εἰπεῖν φύεσθαι κατά γε φύσιν. Τοῦ δὲ πρὸ ὥρας γίνεσθαι τὸ θηλάζειν αἰτιᾶται. Καίτοι θηλάζει γε καὶ ὗς, οὐκ ἐκβάλλει δὲ τοὺς ὀδόντας· ἔτι δὲ τὰ καρχαρόδοντα θηλάζει μὲν πάντα, οὐκ ἐκβάλλει δ' ἔνια αὐτῶν πλὴν τοὺς κυνόδοντας, οἷον οἱ λέοντες. Τοῦτο μὲν οὖν ἥμαρτε καθόλου λέγων, οὐ σκεψάμενος τὸ συμβαῖνον ἐπὶ πάντων. Δεῖ δὲ τοῦτο ποιεῖν· ἀνάγκη γὰρ τὸν λέγοντα καθόλου τι λέγειν περὶ πάντων.

[1]) Aristot. Metaph. I, 4: Λεύκιππος δὲ καὶ ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ Δημόκριτος στοιχεῖα μὲν τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενὸν εἶναί φασι, λέγοντες τὸ μὲν ὂν τὸ δὲ μὴ ὄν, τούτων δὲ τὸ μὲν πλῆρες καὶ στερεὸν τὸ ὄν, τὸ δὲ κενόν γε καὶ μανὸν τὸ μὴ ὄν, (διὸ καὶ οὐθὲν μᾶλλον τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος εἶναί φασιν, ὅτι οὐδὲ τὸ κενὸν τοῦ σώματος) αἴτια δὲ τῶν ὄντων ταύτας ὡς ὕλην.

[2]) Peculiares Democriti voces omisit Aristoteles; nam pro ὄν Abderita dicebat δέν, pro μὴ ὄν vero μηδέν, ut superioribus libris vidimus. Cf. Plut. adv. Colot. p. 1108. F. Quare et apud Galenum de element. sec. Hippocrat. tom. I, p. 47 ed. Frob., ubi Democritus perhibetur ὄν nominasse ἕν, restituendum est δέν.

[3]) Fabricius ad Sext. Empir. Pyrrh. hypotyp. I, 213 de dictione οὐ μᾶλλον ἤ haec observat: „Diogenes Laertius IX, 75 docet quadruplici sensu hanc vocem accipi posse 1) θετικῶς, ut si dicam *non magis sceleratum esse piratam mendace.* 2) ἀναιρετικῶς, quomodo Democritus accipiebat, ut si dicam *non magis pirata quam mendax est laudandus.* id est neuter horum. 3) θετικῶς καὶ ἀναιρετικῶς, ut si dicam *non magis laudem pirata meretur quam vituperationem mendax,* ex quo plane non sequitur laudem mereri. 4) ἀναιρετικῶς καὶ θετικῶς, ut Sceptici:

Ipsum inane quum illud sit in quo nihil reperiatur [4]), ejus proprium ac peculiare est, materiam dividendo continuitatem tollere [5]). Est porro infinitum, superans materiam magnitudine, ita ut quodammodo aliud corpus in aliam sui partem receptum contineat [6]). Atque in hoc quidem infinito inani nihil nec summum, neque infimum, nec medium, neque ultimum, neque extremum est [7]). Vere autem esse vacuum sive inane ita probavit Leucippus, ut cum aliis sensilibus, tum motui rerumque multitudini veritatem tribueret eaque sine inani exstare non posse arbitraretur [8]). Accuratius Democritus eadem de materia

---

non magis est quam non est piratae crimen mendacis crimine gravius. Democritum porro formula hac secundo sensu usum esse, testatur Sextus II, 6: ἐκ τοῦ τὸ μέλι τοῖσδε μὲν πικρόν, τοῖσδε γλυκὺ φαίνεσθαι, ὁ Δημόκριτος ἔφη μήτε γλυκὺ αὐτὸ εἶναι, μήτε πικρόν, quoniam aliis dulce, aliis (ut ictericis) mel videatur amarum, hinc non magis dulce quam amarum, hoc est, nec dulce nec amarum re et natura sua esse." Haec ille. Ac caetera quidem quae in hac adnotatione insunt nolo impugnare, sed quod de Democrito dicitur falsum est. Nam licet Sexto credamus, fuisse in Democriti operibus locos quibus οὐ μᾶλλον —— ἤ particulae ἀναιρετικῶς acciperentur, tamen hunc significatum in eum quem ex Aristotele attulimus locum, si Stagirites Democriti verbis illam locutionem non immiscuit, sed repertam servavit cadere non posse liquet. Etenim haudquaquam id spectavit Democritus, ut neque ens neque non ens esse vinceret, sed ut utrumque esse demonstraret. Itaque voculae illae θετικῶς intelligendae sunt.

[4]) Aristot. Phys. IV, 7: κενὸν εἶναι, ἐν ᾧ μηδέν ἐστι.

[5]) Arist. Phys. IV, 6: διάστημα ἕτερον τῶν σωμάτων —— ὃ διαλαμβάνει τὸ πᾶν σῶμα, ὥστ' εἶναι μὴ συνεχές, καθάπερ λέγουσι Δημόκριτος καὶ Λεύκιππος; ubi cf. Simplicius fol. 152. Ad eundem locum Themistius fol. 40 b.: δύο οὗτοι, inquit, τῆς θέσεως τοῦ κενοῦ τόποι, ἢ παρεσπάρθαι τοῖς σώμασιν αὐτό, καθάπερ λέγουσι Δημόκριτός τε καὶ Λεύκιππος καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ Ἐπίκουρος ὕστερον (οὗτοι γὰρ πάντες τὴν τοῦ κενοῦ παρεμπλοκὴν αἰτιῶνται τῆς διαιρέσεως τῶν σωμάτων, ἐπεὶ τό γε ἀληθῶς συνεχὲς ἀδιαίρετον κατ' αὐτούς) ἢ κεχωρισμένον καὶ ἀθρόον εἶναι καθ' αὑτὸ περιέχον τὸν οὐρανόν, ὡς πρότερον μὲν ᾠοντο τῶν ἀρχαίων τινές, μετὰ δὲ ταῦτα οἱ περὶ Ζήνωνα τὸν Κιττιέα.

[6]) Cf. Simplic. ad Phys. fol. 144. b.

[7]) Cic. de fin. I, 6. Simplicius ad Aristot. de coelo IV fol. 165. b. ἀντιλέγει μεταξὺ πρὸς τοὺς μὴ νομίζοντας εἶναί τι ἐν τῷ κόσμῳ τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω. Ταύτης δὲ γεγόνασι τῆς δόξης Ἀναξίμανδρος μὲν καὶ Δημόκριτος διὰ τὸ ἄπειρον ὑποτίθεσθαι τὸ πᾶν· ἐν γὰρ τῷ ἀπείρῳ οὐδέν ἐστιν ἄνω ἢ κάτω φύσει· ὅροι γὰρ ταῦτα καὶ πέρατα διαστάσεως.

[8]) Cf. Aristot. de gen. et int. I, 8 et Joh. Philop. ad h. l. fol. 35. b.

disserens plura attulit argumenta quibus vacui veritatem asse-reret. Ait [9]) enim motum sine inani fieri non posse, quippe quum spatium repletum inaccessum sit. Quodsi pateret corpori aliudque praeterea corpus reciperet, fore ut duo in eodem spatio corpora versarentur, neque vero tum quidquam impedimenti futurum esse, quominus innumera corpora in hoc spatio. maximum autem in minimo esset. Idem constare ait, in vas cinere repletum tantum aquae infundi posse, quantum vas vacuum capiat. Inde autem colligi oportere, vacua per aquam spatia esse. Denique addit corpora esse quae in arctius spatium cogi queant, ut vinum in utrem, quod non eveniret nisi vacua essent spatia coarctati corporis partes recipientia.

Accedo ad alterum rerum initium, materiam solidam, quam Abderita sui plenam esse neque vacui quidquam et quasi non entis continere decernens, τὸ πλῆρες (*plenum*) et παμπλῆθες sive παμπλῆρες (*omni modo plenum*) vocitavit [10]). Sed omni modo plenum nihil est praeter corpuscula. Ea autem innumerabilia esse vult; neque enim ex eo quod vere unum sit multitudinem nasci posse, neque ex iis quae reapse multa sint unum oriri [11]). Atque haec quidem corpuscula sunt individua. Nam si corpus in infinitum esset dividendum, corporis magnitudo iis ipsis constaret, quae carerent magnitudine. Quod quum nequeat fieri, principia rerum indivisa corpuscula esse par est [12]). Illa vero prima corpora indivisa haberi oportet non solum propter immutabilem, quae ipsis contigit, naturam, sed etiam propter molis parvitatem partiumque vacuitatem [13]).

---

[9]) Cf. Aristot. Phys. IV, 6.

[10]) Aristot. de gen. et int. I, 8: τό τε κενὸν μὴ ὂν καὶ τοῦ ὄντος οὐθὲν μᾶλλον μὴ ὄν φησιν εἶναι· τὸ γὰρ κυρίως ὂν παμπλήθες ὄν. Alii fortasse rectius παμπλῆρες legunt, quod et Philoponus exhibet.

[11]) Aristot. l. l. ἀλλ' εἶναι τὸ τοιοῦτον οὐχ ἕν, ἀλλ' ἄπειρα τὸ πλῆθος καὶ ἀόρατα διὰ σμικρότητα τῶν ὄγκων. —— ἐκ δὲ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ἑνὸς οὐκ ἂν γενέσθαι πλῆθος, οὐδ' ἐκ τῶν ἀληθῶς πολλῶν ἕν, ἀλλ' εἶναι τοῦτ' ἀδύνατον. Cf. Arist. de coelo III, 4.

[12]) Aristot. de gen. et inter. I, 2.

[13]) Simplicius ad Aristot. Phys. fol. 216: ὁ Λεύκιππος μὲν καὶ ὁ Δημόκριτος οὐ μόνον τὴν ἀπάθειαν αἰτίαν τοῖς πρώτοις σώμασι τοῦ μὴ

Adde quod atomi temporis instar non sunt genitae, ut omnium principia et ob ipsarum immutabilitatem [14]). Deinde insecabilia corpora quum perparva sint, oculorum aciem fugere, ac sola mente rationeque cerni posse convenit [15]). Quae quamvis ita se habeant, tamen vel haec prima corpora magnitudine inter se discrepant [16]).

διαιρεῖσθαι νομίζουσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ σμικρὸν καὶ ἀμερές. Ἐπίκουρος δὲ ὕστερον ἀμερῆ μὲν οὐχ ἡγεῖται, ἄτομα δὲ αὐτὰ διὰ τὴν ἀπάθειαν εἶναι φησί. In his verbis ἀπάθεια est *immutabilitas*, ἀμεταβλησία. Nam πάσχειν Democrito auctore est ἀλλοιοῦσθαι, pati autem vulgari sensu atomi nihil possunt, nisi forte earum motum fortuita incursione et ἀλληλοτυπίᾳ effectum huc refers. In sequentibus Simplicius suam ipsius refellit sententiam ad Phys. fol. 18 allatam, Democritum corpusculis partes ascripsisse. Cf. Simpl. ad lib. I de coelo fol. 56. b.

[14]) Cf. Pseudoplutarch. de plac. phil. I, 3; Aristot. Physic. VIII, 1: καὶ διὰ τοῦτο Δημόκριτός γε δείκνυσιν ὡς ἀδύνατον ἅπαντα γεγονέναι· τὸν γὰρ χρόνον ἀγένητον εἶναι. Sextus Empir. X, 181 tempus secundum Epicurum et Democritum ἡμεροειδὲς καὶ νυκτοειδὲς φάντασμα fuisse ait. At ibi cum Papencordtio pro Democrito Demetrii nomen restitue. Fuit enim Demetrius Epicureus, de quo vide Sext. Emp. X, 219. VIII, 348 et Fabric. ad Pyrrh. hyp. III, 137. Caeterum nonnulli, ut tradit Aristoteles Phys. IV, 10, tempus rerum universitatis motum (τὴν τοῦ ὅλου κίνησιν) esse ajebant, quae Democriti fortasse sententia fuit.

[15]) Aristot de gen. et int. I, 8. Euseb. Praep. Evang. p. 749. A. ed. Viger. Stobaeus eclog. phys. P. I. Tom. II, p. 796 ed. Heer., ubi λόγῳ θεωρητά nominantur.

[16]) Aristot. phys. III, 4: Δημόκριτος δ' οὐδὲν ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίγνεσθαι τῶν πρώτων φησίν· ἀλλ' ὅμως γε αὐτὸ τὸ κοινὸν σῶμα πάντων ἐστὶν ἀρχή, μεγέθει κατὰ μόρια καὶ σχήματι διαφέρον. Simplicius ad hunc locum fol. 106. b. (ὁ Δημόκριτος) τὸ κοινὸν σῶμα τὸ τῶν ἀτόμων ἓν πάντως ἔλεγε, τὴν διαφορὰν αὐτῶν κατὰ μέγεθος καὶ σχῆμα τιθείς, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸ ὑποκείμενον σῶμα. Pseudoplutarch. de plac. phil. I, 3, vol. IX, p. 479 ed. Reisk.: Δημόκριτος μὲν γὰρ ἔλεγε δύο, μέγεθός τε καὶ σχῆμα (συμβεβηκέναι τοῖς σώμασιν). Eusebii verbis Praep. Evang. p. 773: ὁ δὲ Δημόκριτος μεγίστας εἶναί τινας ἀτόμους ὑπέλαβεν difficultatem moveri non posse recte Papencordtius censet, quum hoc sit Epicuri decretum et Democriti nomen, ad quem priora pertinent, alieno loco insertum sit. Idem Democr ti dictum apud Stobaeum ecl. phys. p. 348 ed. Heer.: δυνατὸν δ' εἶναι κοσμιαίαν ὑπάρχειν ἄτομον *fieri posse, ut atomus mundum magnitudine aequet* ad Epicurum quam ad Democritum mavult referre. Omnino quum Aristoteles nihil praeter ea quae citavimus, de hac materia tradat, cautius est posterioribus hic fidem non habere. Ciceronis locus de nat. deor. I, 43, ubi Democritus fertur statuisse ingentes quasdam imagines tantasque, ut universum mundum complectan-

Comparavit Democritus Aristotele teste [17]) insecabilia corpora cum ramentis quae in solis radiis per fenestras incidentibus apparerent, eo maxime consilio, id quod Philoponus [18]) adjicit, ut doceret etiam aliis quae esse non negaremus, nonnunquam ob parvitatem oculos non feriri. Praeterea atomos ideo philosophus Abderitanus innumeras esse decrevit, ne ullo unquam temporis momento gignendi procreandique deesset materia atque ut eorum quae fierent omnium facile constaret ratio [19]). Jam vero rerum generationem ipsumque generationis modum explicaturi Leucippus et Democritus perspecto perpetuo motu quo quattuor illa, quae priores rerum elementa voraverant, ignis, aër, aqua, terra in se invicem mutantur, inde non cum Anaxagora omnia omnibus inesse collegerunt, sed sublato omni qualitatis discrimine omnibus unum subesse concluserunt [20]). Unum illud atomorum turba est, quibus una eademque contigit natura, ut si singulas segregatas auri particulas esse perhibeamus [21]). Etenim persuasum erat Democrito ea tantum quae ejusdem essent generis agere in se invicem, ac similia esse ea quae facerent et quae paterentur, siquidem etiam negabat diversa diversis affici et pati, ac si dissimilia vim quandam inter se haberent, id non quatenus dissimilia essent, sed quatenus simile quid inter se haberent, fieri [22]).

---

tur extrinsecus, non ad atomos spectat, sed ad simulacra (εἴδωλα) de quibus infra disseremus.

[17]) Aristot. de anima lib. I, cap. 2.

[18]) Jo. Philoponus ad Aristot. de gen. et int. fol. 9. b.

[19]) Aristot. de coel. III, 4: ἐπεὶ διαφέρει τὰ σώματα σχήμασιν, ἄπειρα δὲ τὰ σχήματα, ἄπειρα καὶ τὰ ἁπλᾶ σώματά φασιν εἶναι. Cf. Simplic. ad Arist. Phys. fol. 7.

[20]) Simplic. ad Aristot. Phys. fol. 8: ὁρῶντες εἰς ἄλληλα μεταβάλλοντα τὸ πῦρ καὶ τὸν ἀέρα καὶ τὸ ὕδωρ, ἴσως δὲ καὶ τὴν γῆν, ἀρχοειδέστερά τινα τούτων καὶ ἁπλούστερα ἐζήτουν αἴτια, δι' ὧν καὶ τὴν κατὰ τὰς ποιότητας τῶν στοιχείων τούτων ἀπολογίσονται διαφοράν.

[21]) Aristot. de coel. I, 7: τὴν δὲ φύσιν εἶναί φασιν αὐτῶν μίαν, ὥσπερ ἂν εἰ χρυσὸς ἕκαστον εἴη κεχωρισμένον. Cf. Simplic. ad Aristot. Phys. fol. 35. b.

[22]) Aristot. de gen. et int. I, 7: Δημόκριτος δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους ἰδίως ἔλεξε μόνος· φησὶ γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ ὅμοιον εἶναι τό τε ποιοῦν καὶ

Sed ut ingens rerum multitudo ac varietas ex materia unius naturae nasceretur, Democrito placuit, hanc materiam differre forma (ῥυσμῷ) ordine (διαθιγῇ) et situ (τροπῇ), verbi causa si A dicamus forma differre a N, AN ordine discrepare a NA, Z situ diversum esse a N[23]).

Tribus his materiae discriminibus aliae videntur subjectae fuisse differentiae, quum figurarum, quas in atomis notabat Democritus, infinitam quandam vim et copiam excogitasset, quae et sensuum affectionibus sufficeret atque ad explicandam sempiternam rerum nunquam suo statu manentium certaque qualitate carentium vel generationem vel mutationem esset accommodata[24]). Praeterea *pondus* corpusculis individuis a Democrito ascriptum esse colligas licet ex Aristot. de gen. et int. I, 8: καίτοι βαρύτερόν γε κατὰ τὴν ὑπεροχήν φησιν εἶναι Δημόκριτος ἕκαστον τῶν ἀδιαιρέτων[25]).

Atomorum motus duplex est, alter ad universas pertinens, quem universalem liceat nominemus, alter ad singulas spectans,

---

τὸ πάσχον· οὐ γὰρ ἐγχωρεῖν τὰ ἕτερα καὶ διαφέροντα πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων, ἀλλὰ κἂν ἕτερα ὄντα ποιῇ τι εἰς ἄλληλα, οὐχ ᾗ ἕτερα ἀλλ' ᾗ ταὐτόν τι ὑπάρχει, ταύτῃ τοῦτο συμβαίνειν αὐτοῖς.

[23]) Aristot. metaph. lib. I, cap 4: ταύτας μέντοι τρεῖς εἶναι λέγουσι σχῆμά τε καὶ τάξιν καὶ θέσιν· διαφέρειν γάρ φασι τὸ ὂν ῥυσμῷ καὶ διαθιγῇ καὶ τροπῇ μόνον. Τούτων δὲ ὁ μὲν ῥυσμὸς σχῆμά ἐστιν· ἡ δὲ διαθιγή, τάξις· ἡ δὲ τροπή, θέσις. Διαφέρει γὰρ τὸ μὲν A τοῦ N σχήματι, τὸ δὲ AN τοῦ NA τάξει, τὸ δὲ Z τοῦ N θέσει. Idem Phys. I, 5, pag. 188 ed. Bekker: θ έ σ ε ω ς ἄνω κάτω, πρόσθεν ὄπισθεν, σ χ ή μ α τ ο ς γωνία, εὐθύ, περιφερές.

[24]) Aristot. de gen. et int. I, 2: ἐπεὶ δ' ᾠοντο τ' ἀληθὲς ἐν τῷ φαίνεσθαι, ἐναντία δὲ καὶ ἄπειρα τὰ φαινόμενα, τὰ σχήματα ἄπειρα ἐποίησαν. Simplic. ad Arist. Phys. fol. 7: καὶ τῶν ἐν τοῖς ἀτόμοις σχημάτων ἄπειρον τὸ πλῆθός φασι διὰ τὸ μηδὲν μᾶλλον τοιοῦτον ἢ τοιοῦτον εἶναι· ταύτην καὶ γένεσιν καὶ μεταβολὴν ἀδιάλειπτον ἐν τοῖς οὖσι θεωροῦντες. Plutarch. adv. Colot. p. 1108 (Tom. X, p. 561 ed. Reisk.): ἐγκαλεῖ δ' αὐτῷ πρῶτον, ὅτι τῶν πραγμάτων ἕκαστον εἰπὼν οὐ μᾶλλον τοῖον ἢ τοῖον εἶναι συγκέχυκε τὸν βίον.

[25]) Sed hanc rem minus bene a Democrito illustratam esse ex eo fortasse conjici oportet, quod nonnullis ad solum Epicurum pertinere visa est, ac Stobaeus ecl. phys. p. 348 et Alexander Aphrodisiensis ad Aristotelis Metaph.* p. 14 diserte produnt, insecabilibus corporibus pondus non esse a Democrito attributum.

quem singularem appellabimus. De neutro satis accurate egisse Democritum arguit Aristot. Met. p. 15 ed. Brandis. Universalis atomorum motus principium est necessitas (ἀνάγκη) sive fatum (εἱμαρμένη), non illa Heracliteae philosophiae dea, sed vis et potentia naturalis, quae tanquam instrumentis vibratione (παλμῷ) et vertigine (δίνῃ) utitur. Hunc atomorum motum ex aeterno tempore exstitisse philosopho placet [26]). Itaque fallitur Cicero de fin. I, 6 atomorum motum nullo a principio proficisci censens. Est enim motus principium necessitas, sed altius desideratur principium, quod naturalem hanc necessitatem regat et legibus circumscribat. Neque mirandum est, quod scribit Aristoteles physic. lib. II, 4 Democritum significans: εἰσὶ δέ τινες οἳ καὶ τοὐρανοῦ τοῦδε καὶ τῶν κοσμικῶν πάντων αἰτιῶνται τὸ αὐτόματον· ἀπὸ ταὐτομάτου γὰρ γίγνεσθαι τὴν δίνην καὶ τὴν κίνησιν τὴν διακρίνασαν καὶ καταστήσασαν εἰς ταύτην τὴν τάξιν τὸ πᾶν. Nam casu (ἀπὸ ταὐτομάτου) videntur fieri quae naturali quadam necessitate, cujus leges ignoramus, evenire dicuntur. Neque enim dubitandum, quin Democrito idem fuerit vitium, quod Leucippo veteres exprobrant, quem omnia item necessitate fieri arbitratum, qualem hanc necessita-

---

[26]) Stob. Ecl. phys. p. 160: Λεύκιππος πάντα κατ' ἀνάγκην, τὴν δ' αὐτὴν ὑπάρχειν εἱμαρμένην. Sext. Empir. pag. 599: ὥστε κατ' ἀνάγκην μὲν καὶ ὑπὸ δίνης, ὡς ἔλεγον οἱ περὶ Δημόκριτον, οὐκ ἂν κινοῖτο ὁ κόσμος. Recte Sextus, qui ipsa Democriti volumina inspexerat, hoc loco ait: κατ' ἀνάγκην et ὑπὸ δίνης, unde patet, motum conformari ad necessitatem, fieri autem vertigine, tanquam instrumento. Sed quum Democritus hanc rem minus perspicue tractasset, factum est, ut nonnulli ἀνάγκην, δίνην, ἀντιτυπίαν, πληγὴν τῆς ὕλης in ejus philosophia idem esse putarent. Sic Diog. Laert. IX, 44: πάντα τε κατ' ἀνάγκην γίγνεσθαι, τῆς δίνης αἰτίας οὔσης τῆς γενέσεως πάντων, ἣν ἀνάγκην λέγει. Pseudoplutarch. de plac. phil. I, 25: Παρμενίδης καὶ Δημόκριτος πάντα κατ' ἀνάγκην· τὴν αὐτὴν δ' εἶναι καὶ εἱμαρμένην, καὶ δίκην (al. male conj. δίνην), καὶ πρόνοιαν, καὶ κοσμοποιόν. Idem cap. 26: Δημόκριτος τὴν ἀντιτυπίαν καὶ φορὰν καὶ πληγὴν τῆς ὕλης (ἀνάγκην λέγει). At plus apud me valet Sextus. De vibratione testatur Stobaeus eclog. phys. p. 394 ed. Heer.: Δημόκριτος ἓν γένος κινήσεως, τὸ κατὰ παλμόν, ἀπεφαίνετο. Idem sine dubio scripserat Pseudoplut. de plac. I, 23, ubi nunc librariorum culpa legitur ἓν γένος τῆς κινήσεως τὸ κατὰ πλάγιον. Adde Aristot. de coelo III, 2 et Cic. l. l.

tem intelligi vellet, nusquam definivisse scimus[27]). Huc accedit, quod Democritus Aristotele teste ad explanandam rerum rationem nihil nisi semper eam eandem fuisse affirmavit, sed cur semper fuerit talis non explicuit, dicens talia perscrutantem infiniti principium quaerere[28]). Sed quamvis Aristoteles naturalem Abderitani philosophi necessitatem vitato ἀνάγκης vocabulo, quod alii aliter usurpabant, casum et fortunam vocaret, ipse tamen Democritus abhorrens ab iis omnibus quae destinatam causarum seriem tollerent rerumque naturam perturbarent, nihil juris fortunae et casui in singulis rebus concessit. Quippe fortunam ab hominibus imprudentiae suae praetextum quaerentibus fictam esse ajebat[29]). Quum igitur Democritus causarum et effectuum infinitam seriem perpetuumque nexum statueret, nihil ejus de rebus divinis et humanis judicio convenientius cogitari potest, ea sententia, quam in fragmentis physicis postremo loco posuimus[30]). Ait enim nihil temere fieri, sed omnia causis naturalibus ipsaque rerum ratione et necessitate contingere.

Transeo ad singularem atomorum motum. Epicurus in corporum insecabilium pondere motus naturalis principium esse voluit: contra Democritus atomos natura sua immotas esse ratus violentum iis atque aeternum motum attribuit, ita ut non interna vi cierentur, sed extrinsecus percussae externo pulsu

---

[27]) Diog. Laert. IX, 33: εἶναί τε, ὥσπερ γενέσεις κόσμου, οὕτω καὶ αὐξήσεις καὶ φθίσεις καὶ φθορὰς κατά τινα ἀνάγκην, ἣν ὁποία ἐστὶν οὐ διασαφεῖ. Pseudorig. Philos. (opp. I, p. 891): τίς ἂν εἴη ἡ ἀνάγκη οὐ διώρισεν.

[28]) Aristot. de generat. anim. II, 6: Οὐ καλῶς δὲ λέγουσιν οὐδὲ τοῦ διὰ τί τὴν ἀνάγκην, ὅσοι λέγουσιν ὅτι οὕτως ἀεὶ γίνεται, καὶ ταύτην εἶναι νομίζουσιν ἀρχὴν ἐν αὐτοῖς, ὥσπερ Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης, ὅτι τοῦ μὲν ἀεὶ καὶ ἀπείρου οὐκ ἔστιν ἀρχή, τὸ δὲ διὰ τί ἀρχή, τὸ δ' ἀεὶ ἄπειρον, ὥστε τὸ ἐρωτᾶν τὸ διὰ τί περὶ τῶν τοιούτων τινός τὸ ζητεῖν εἶναί φησι τοῦ ἀπείρου ἀρχήν.

[29]) Cf. fragm. moral. 14 et Euseb. Praep. evang. pag. 782, cujus verba a nobis supra allata sunt pag. 129.

[30]) Fragm. phys. 41 ex Stob. eclog. phys. p. 160: Λέγει γὰρ ἐν τῷ περὶ νοῦ· οὐδὲν χρῆμα μάτην γίνεται, ἀλλὰ πάντα ἐκ λόγου τε καὶ ὑπ' ἀνάγκης. Vide quae ad illustrandam hanc sententiam supra pag. 357 adnotavimus.

agitarentur [31]). Hujus posterioris motus, qui et ipse vibratione et vertigine fit, propria est, ni fallor *mutua impulsio* ἀλληλοτυπία, ἀντιτυπία, ἀντώθησις ἡ πρὸς ἄλληλα, quam Cicero de fato cap. 20 a Democrito πληγὴν nominatam esse testatur. Sed in hac testium paucitate, quorum nemo rem dedita opera perspicue tradit, plerique utrumque atomorum motum confundunt atque aliena Democriteis admiscent, hoc ad liquidum perduci nequit [32]). Caeteroqui contrarium esse violentum hunc motum priori qui naturali necessitate oritur, neque altero manente alterum exstare posse, non est quod ostendam. Qua de re Aristoteles [33]): „Leucippo, inquit, et Democrito perhibentibus prima moveri corpora in vacuo et in infinito dicendum erat quo motu et quis naturalis eorum motus. Si enim elementorum aliud ab alio propellitur violenter idemque simul naturae legibus convenienter movetur, necesse est aliquem uniuscujusque motum esse praeter quem is sit qui est violentus, et oportet primam atomorum moventem non vi movere, sed secundum naturam: in infinitum enim abibit, si non erit quidquam naturali lege primum movens, sed semper quod prius vi movetur, movebit." Ipse motus fortasse e primorum corpo-

[31]) Simplic. ad Aristot. Phys. fol. 96: Δημόκριτος φύσει ἀκίνητα λέγων τὰ ἄτομα πληγῇ κινεῖσθαί φησιν. Aristot. de coel. III, 2: Λευκίππῳ καὶ Δημοκρίτῳ τοῖς λέγουσιν ἀεὶ κινεῖσθαι τὰ πρῶτα σώματα κ. τ. λ.

[32]) Stobaeus ecl. phys. p. 348 ed. Heer.: Δημόκριτος τὰ πρῶτά φησι σώματα . . . . . κινεῖσθαι κατ' ἀλληλοτυπίαν ἐν τῷ ἀπείρῳ. Cf. eundem pag. 394. Adde Aristot. de coel. II, 13; Galen. cap. 10. Alexand Aphrod. ad Arist. Metaph. p. 14. Simplic. ad Phys. fol. 310. a. ubi legitur περιπαλαίσεσθαι γὰρ ἔλεγε τὰ ἄτομα σώματα. In eo autem quod ibidem ait Simplicius καὶ ἔλεγον (οἱ περὶ Δημόκριτον) κατὰ τὴν ἐν αὐτοῖς βαρύτητα κινούμενα ταῦτα (τὰ ἄτομα) Epicuri dogma perperam Democrito ascripsit.

[33]) Aristot. de coelo III, 2: Διὸ καὶ Λευκίππῳ καὶ Δημοκρίτῳ, τοῖς λέγουσιν ἀεὶ κινεῖσθαι τὰ πρῶτα σώματα ἐν τῷ κενῷ καὶ τῷ ἀπείρῳ, λεκτέον τίνα κίνησιν καὶ τίς ἡ κατὰ φύσιν αὐτῶν κίνησις. Εἰ γὰρ ἄλλο ὑπ' ἄλλου κινεῖται βίᾳ τῶν στοιχείων, ἀλλὰ καὶ κατὰ φύσιν, ἀνάγκη τινὰ εἶναι κίνησιν ἑκάστου, παρ' ἣν ἡ βίαιός ἐστιν· καὶ δεῖ τὴν πρώτην κινοῦσαν μὴ βίᾳ κινεῖν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν· εἰς ἄπειρον γὰρ εἶσιν, εἰ μή τι ἔσται κατὰ φύσιν κινοῦν πρῶτον, ἀλλ' ἀεὶ τὸ πρότερον βίᾳ κινούμενον κινήσει.

porum figuris pendens inani adjuvabatur. Id improbans Aristoteles de coelo IV, 6 Democriti sententiam paucis adumbratam refellit[34]): „Figurae vero, inquiens, non sunt causae, ut ferantur simpliciter corpora aut deorsum aut sursum, sed ut velocius aut tardius. Propter quas autem causas, non est difficile ad intelligendum. Incertum enim nunc videtur, cur lata ferramenta et plumbum super aqua natent, alia autem minora et minus gravia, si rotunda sint aut longa, ut acus, deorsum ferantur, et cur aliqua propter parvitatem natent in aëre, ut auri ramenta aliaque terrea et pulverulenta. Quorum omnium si quis eam quam Democritus suspicatur causam, in errore versatur. Ille enim affirmat corpuscula calida ex aqua exsurgentia sustinere e gravibus ea quae latitudine emineant, angusta vero decidere, quippe quum pauca sint quae iis repugnent. Oportebat autem in aëre etiam magis hoc facere (corpuscula), quemadmodum ille ipse haesitat, sed dum haesitat, solvit leniter (difficultatem). Ait enim non in eundem locum impetum facere σοῦν, hoc nomine vocans motum eorum quae sursum feruntur, corporum." His non obstant quae Aristoteles de coelo I, 7 minus accurate de eodem argumento judicavit.

Generandi materia individua sunt corpuscula et inane; ex horum igitur discriminibus, complexionibus, copulationibus, adhaesitationibus quae sunt quaeque cernuntur procreata esse omnia et continenter procreari convenit[35]). At omnem gene-

---

[34]) Aristot. de coelo IV, 6: Τὰ δὲ σχήματα οὐκ αἴτια τοῦ φέρεσθαι ἁπλῶς ἢ κάτω ἢ ἄνω, ἀλλὰ τοῦ θᾶττον ἢ βραδύτερον. Δι' ἃς δὲ αἰτίας οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν· ἀπορεῖται γὰρ νῦν διὰ τί τὰ πλατέα σιδήρια καὶ μόλυβδος ἐπιπλεῖ ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ἄλλα δὲ ἐλάττω καὶ ἧττον βαρέα, ἂν ᾖ στρογγύλα ἢ μακρά, οἷον βελόνη, κάτω φέρεται, καὶ ὅτι ἔνια διὰ μικρότητα ἐπιπλεῖ, οἷον τὸ ψῆγμα καὶ ἄλλα γεώδη καὶ κονιορτώδη ἐπὶ τοῦ ἀέρος. Περὶ δὴ τούτων ἁπάντων τὸ μὲν νομίζειν αἴτιον εἶναι ὥσπερ Δημόκριτος οὐκ ὀρθῶς ἔχει. Ἐκεῖνος γάρ φησι τὰ ἄνω φερόμενα θερμὰ ἐκ τοῦ ὕδατος ἀνακωχεύειν τὰ πλατέα τῶν ἐχόντων βάρος, τὰ δὲ στενὰ διαπίπτειν· ὀλίγα γὰρ εἶναι τὰ ἀντικρούοντα αὐτοῖς. Ἔδει δ' ἐν τῷ ἀέρι ἔτι μᾶλλον τοῦτο ποιεῖν, ὥσπερ ἐνίσταται κἀκεῖνος αὐτός. Ἀλλ' ἐνστὰς λύει μαλακῶς· φησὶ γὰρ οὐκ εἰς ἓν ὁρμᾷν τὸν σοῦν, λέγων σοῦν τὴν κίνησιν τῶν ἄνω φερομένων σωμάτων.

[35]) Cf. Aristot. Metaph. p. 15 ed. Brandis. Cicero de fin. I, 6.

rationem ad motum revocando penitus sustulit Democritus, veritus forsitan, ne in Eleatarum reprehensiones incurreret, si aliter de his rebus praecepisset. Quippe Eleatae nihil posse generari arbitrabantur. Quare generationem συγκρίσει i. e. conjunctione et concretione, interitum διακρίσει i. e. disjunctione et discretione (utamur enim hac Lactantii voce), mutationem mutato ordine et situ, mixtionem denique παραθέσει contineri prae se ferebat[36]). Itaque nihil ex nihilo oriri, nihil autem ad nihilum redigi constanter asseveravit[37]), pariterque inane et plenum quacunque in parte inesse docuit[38]). Quum igitur atomi omnium rerum semina essent, earum turba πανσπερμίας nomen invenit[39]), ut quae per sese cuncta, antequam genita essent, complecterentur, non tamen re factoque exhiberent[40]). At in hoc omnium ortu illud animadvertendum est, quod cum aliorum tum ipsius Democriti testimonio satis constat similia tantum similibus moveri et conjungi[41]). Porro corpus qualecunque

---

[36]) Aristot. de gen. et int. I, 2: Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος ποιήσαντες τὰ σχήματα τὴν ἀλλοίωσιν καὶ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων ποιοῦσι. διακρίσει μὲν καὶ συγκρίσει γένεσιν καὶ φθοράν, τάξει δὲ καὶ θέσει ἀλλοίωσιν· ἐπεὶ δ' ὥρισται τ' ἀληθὲς ἐν τῷ φαίνεσθαι, ἐναντία δὲ καὶ ἄπειρα τὰ φαινόμενα, τὰ σχήματα ἄπειρα ἐποίησαν, ὥστε ταῖς μεταβολαῖς τοῦ συγκειμένου τὸ αὐτὸ ἐναντίον δοκεῖν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, καὶ μεταπεπτωκέναι μικροῦ ἐμμιγνυμένου καὶ ὅλως ἕτερον φαίνεσθαι ἑνὸς μεταπεσόντος· ἐκ τῶν αὐτῶν γὰρ τραγῳδία γίνεται καὶ κωμῳδία γραμμάτων. Simplic. ad Aristot. Categ. ed. Ald. φυλλ. β'. καὶ γὰρ τὰ ἀλλοιούμενα κατὰ τόπον ἠρεῖτο κινεῖσθαι, λανθάνειν δὲ ἐν τῷ μὴ ὅλα τὰ μέρη τόπον ἀμείβειν, ἀλλά τινα ἀφανῆ ἡμῖν ὄντα. De mixtione cf. Pseudoplut. de plac. phil. I. 17 Alex. Aphrod. περὶ μίξεως.

[37]) μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, μηδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι. Diog. Laert. IX, 44; Aristot. Phys. I, 4. Alex. Aphrod. ad Arist. Metaph. p. 109.

[38]) Arist. Metaph. p. 76 ed. Brandis: τὸ κενὸν καὶ τὸ πλῆρες ὁμοίως καθ' ὁτιοῦν ὑπάρχειν μέρος.

[39]) Simplic. ad Arist. de anim. fol. 6: πανσπερμίαν αὐτὰ προσαγορεύει ὡς πάντων σπέρματα.

[40]) Vid. fragm. phys. 7, pag. 209.

[41]) Vid. fragm. phys. 2. Adde Pseudoplutarch. de plac. phil. IV, 19 et Simplicii verba ad Arist. Physic. fol. 7 allata a nobis supra in adn. ad fragm. phys. 2.

ex atomis compositum non vere unum est, quum tactu solo inter se cohaereant individua, neque eveniat unquam, ut ex duobus unum nascatur aut ex uno duo oriantur. Corpus ita proseminatum ἐπάλλαξιν vocavit Democritus [42]). De reliquo corpora nihil patiuntur nisi quod ut interjecto inani dissolvuntur, ita inani aliis atomis repleto augeri solent [43]).

Jam vero ad mundum constituendum vertigine a corpusculorum variorum universitate multa segregari tradit [44]), quae per magnum vacuum ferantur atque omnibus modis circumvoluta semper sui similia petant ut cum iis consocientur ejectisque dissimilibus et extrusis levioribus tandem ponderibus suis librata diversas mundi partes efficiant. Hae partes circumdantur membrana quadam e levioribus atomis, quae priore agitatione ejectae fuerant, composita [45]). Tunicam et membranam vocat

---

[42]) Simplic. ad Arist. Phys. fol. 105. b.: ἁφῇ συνεχιζόμενα ἀλλ' οὐχὶ τῇ ἑνώσει. Arist. Metaph. p. 157 ed. Brand.: ἀδύνατον γὰρ εἶναί φησιν (ὁ Δημόκριτος) ἐκ δύο ἓν ἢ ἐξ ἑνὸς δύο γενέσθαι. Cf. Simplic. ad Arist. de coel. fol. 157. Idem ad Aristot. de coel. fol. 150. a.: ταύτας (τὰς ἀτόμους) δὲ μόνας ἔλεγον συνεχεῖς· τὰ γὰρ ἄλλα τὰ δοκοῦντα εἶναι συνεχῆ ἁφῇ προσεγγίζειν ἀλλήλοις· διὸ καὶ τὴν τομὴν ἀνήρουν, ἀπόλυσιν τῶν ἁπτομένων λέγοντες τὴν δοκοῦσαν τομήν· καὶ διὰ τοῦτο οὔτ' ἐξ ἑνὸς πολλὰ γίνεσθαι ἔλεγον, (οὐ γὰρ διαιρεῖσθαι τὴν ἄτομον) οὔτ' ἐκ πολλῶν ἓν κατ' ἀλήθειαν συνεχές, ἀλλὰ τῇ συμπλοκῇ τῶν ἀτόμων ἕκαστον ἓν δοκεῖ γίνεσθαι· τὴν δὲ συμπλοκὴν Ἀβδηρῖται ἐπάλλαξιν ἐκάλουν, ὥσπερ ὁ Δημόκριτος. Aristot. de coel. III, 4: ἀλλὰ τῇ τούτων συμπλοκῇ καὶ περιπλέξει πάντα γεννᾶσθαι, ubi tres codd. ἐπαλλάξει praebent. Opponitur autem ἡ ἐπάλλαξις τῇ διαλλάξει. Simplic. ad Arist. phys. fol. 51. b.: οὐ γάρ ἐστι γένεσίς, φησιν, ἀλλὰ μόνον μίξις τε καὶ διάλλαξις τῶν μιγέντων.

[43]) Aristot. de gen. et int. I, 8.

[44]) Vid. fragm. phys. 6.

[45]) Diogenes Laertius lib. IX, 31 seqq. de Leucippo loquens haec de mundi ortu tradit: φέρεσθαι κατ' ἀποτομὴν ἐκ τοῦ ἀπείρου πολλὰ σώματα, παντοῖα τοῖς σχήμασιν εἰς μέγα κενόν· ἅπερ ἀθροισθέντα δίνην ἀπεργάζεσθαι μίαν, καθ' ἣν προσκρούοντα καὶ παντοδαπῶς κυκλούμενα διακρίνεσθαι χωρὶς τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια. Ἰσορρόπων δὲ διὰ τὸ πλῆθος μηκέτι δυναμένων περιφέρεσθαι, τὰ μὲν λεπτὰ χωρεῖν εἰς τὸ ἔξω κενόν, ὥσπερ διαττόμενα, τὰ δὲ λοιπὰ συμμένειν καὶ περιπλεκόμενα συγκατατρέχειν ἄλληλα, καὶ ποιεῖν τὸ πρῶτον σύστημα σφαιροειδές. Τοῦτο δὲ οἷον ὑμένα ἀφίστασθαι, περιέχοντα ἐν ἑαυτῷ παντοῖα σώματα· ὧν κατὰ τὴν τοῦ μέσου ἀντέρεισιν περιδινουμένων, λεπτὸν γίνεσθαι τὸν πέριξ ὑμένα, συῤῥεόντων ἀεὶ τῶν συνεχῶν κατ' ἐπίψαυσιν τῆς δίνης κ. τ. λ.

Stobaeus ex atomis hamatis conflatam [46]). Caeterum mundi figura globosa est [47]). Neque tamen unus est mundus, sed innumerabiles exstant mundi, quorum alii nascuntur, alii intereunt, ita ut aeternus sit generationis motus [48]). Sunt autem illorum quidam inter se non solum similes, sed undique perfecte et absolute ita pares, ut inter eos nihil prorsus intersit [49]). Alii magnitudine differunt, in aliis nec sol nec luna conspicitur neque caetera corpora coelestia, quae tamen in aliis aut majora aut plura sunt, quam quae in nostro mundo apparent. Denique mundi non certis quibusdam intervallis distincti sunt, sed ab aliis partibus plures, ab aliis pauciores positos esse, crescere, decrescere, interire, doctrinae hujus auctores statuerunt [50]). Quae quum ita sint, non injuria Stobaeus [51])

---

[46]) Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος χιτῶνα κύκλῳ καὶ ὑμένα περιτείνουσι τῷ κόσμῳ διὰ τῶν ἀγκιστροειδῶν ἀτόμων ἐμπεπλεγμένον. Stob. Eclog. Phys. p. 490. In his verbis ἀτόμων scripsimus pro vulg. ἄστρων ex certa Heerenii conjectura.

[47]) Diog. Laert. l. l. Stob. Ecl. phys. p. 356: Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος σφαιροειδῆ τὸν κόσμον (ἀπεφήναντο).

[48]) Aristot. Physic. VIII, 1: ἀλλ' ὁπόσοι μὲν ἀπείρους κόσμους εἶναί φασι καὶ τοὺς μὲν γίγνεσθαι, τοὺς δὲ φθείρεσθαι τῶν κόσμων, ἀεὶ φασιν εἶναι κίνησιν. Recte Simplic. fol. 257 his verbis Leucippum et Democritum significari censet. Ait autem: κοσμοποιεῖν λέγει τοὺς φυσικοὺς οὐχ ὡς γεννητὸν ἀπὸ χρόνου τὸν κόσμον λέγοντας, ἀλλ' ὡς τὴν σύστασιν αὐτοῦ διὰ κινήσεως παραδιδόντας. Οὕτω γὰρ καὶ Δημόκριτος κοσμοποιεῖ καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας, οἱ μὲν συγκρίνεσθαι τὰ ἄτομα σώματα καὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα λέγοντες, Ἀναξαγόρας δὲ ἐκκρίνεσθαι τὰς ὁμοιομερείας ἀπὸ τοῦ μίγματος λέγων· καὶ ἡ σύγκρισις δὲ καὶ ἡ διάκρισις καὶ ἡ ἔκκρισις κινήσεις τινές εἰσιν. Καὶ περὶ γενέσεως δὲ καὶ φθορᾶς διαλέγονται πάντες, αἴτινες κἂν μὴ κινήσεις ὦσιν, ἀλλ' οὐκ ἄνευ γίνονται κινήσεως. Et paulo post: οἱ μὲν γὰρ ἀπείρους τῷ πλήθει τοὺς κόσμους ὑποθέμενοι, ὡς οἱ περὶ Ἀναξίμανδρον καὶ Λεύκιππον καὶ Δημόκριτον καὶ ὕστερον οἱ περὶ Ἐπίκουρον γινομένους αὐτοὺς καὶ φθειρομένους ὑπέθεντο ἐπ' ἄπειρον. ἄλλων μὲν ἀεὶ γινομένων, ἄλλων δὲ φθειρομένων. καὶ τὴν κίνησιν αἴτιον ἔλεγον· ἄνευ γὰρ κινήσεως οὐκ ἔστι γένεσις ἡ φθορά.

[49]) Cic. acad. quaest. II, 17.

[50]) Cf. Pseudorig. Philos. p. 891.

[51]) Stobaeus ecl. phys. p. 442: Λεύκιππος δὲ καὶ Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος οὐδέτερα τούτων, φύσει δὲ ἀλόγῳ ἐκ τῶν ἀτόμων συνεστῶτα (τὸν κόσμον ἀπεφήναντο).

ait, secundum Leucippum et Democritum mundum natura rationis experte ex atomis coiisse. Mundi alicujus interitum Democritus non inanis interjectu, quod eum distraheret, sed violento quodam modo effecisse videtur, ita ut altero in alterum incidente major mundus disturbaret minorem [52]). Quod autem a Stobaeo ecl. phys. p. 416 ut Leucippi dogma refertur φθαρτὸν τὸν κόσμον κατ' ἐκπύρωσιν, id vereor ne ad Chrysippum potius pertineat rescribendumque ejus nomen apud illum auctorem sit.

Terra quae omnium mundi partium prima creata est, principio ob molis parvitatem levitatemque vagata tempore procedente atomorum accursu condensata substitit [53]). Porro in medio mundo posita est vertiginis motu, qui cuncta in medium proripit, eo delata: immota autem manet ob figuram tympano discove similem atque in medio concavam [54]), ita ut aër suppositus ejus latitudine coercitus sursum spirare nequeat, sed instar aquae in clepsydris deorsum pressus quiescat [55]). Leucippus terram in partes austrinas prolabi censuit ob istarum regionum quae solis radiis urerentur raritatem et ob gelu, quo partes boreales concretae essent, Democritus, quia rerum ambitus pars austrina esset imbecillior, ideo terram mole auctam

---

[52]) Pseudorig. Phil. p. 891: φθείρεσθαι δὲ αὐτοὺς (τοὺς κόσμους) ὑπ' ἀλλήλων (al. ἐπ' ἀλλ.) προσπίπτοντας. Stobaeus eclog. ph. p. 416: Δημόκριτός φησι φθείρεσθαι τὸν κόσμον τοῦ μείζονος τὸν μικρότερον νικῶντος.

[53]) Pseudoplut. de plac. phil. III, 13: κατ' ἀρχὰς μὲν πλάζεσθαι τὴν γῆν φησιν ὁ Δημόκριτος διά τε μικρότητα καὶ κουφότητα, πυκνωθεῖσαν δὲ τῷ χρόνῳ καὶ βαρυνθεῖσαν καταστῆναι. Cf. Pseudorig. Philos. p. 893 et Euseb. Praep. Ev. p. 850.

[54]) Pseudoplut. de plac. phil. III, 10: Λεύκιππος τυμπανοειδῆ (ἀπεφήνατο τὴν γῆν), Δημόκριτος δὲ δισκοειδῆ μὲν τῷ πλάτει, κοίλην δὲ τὸ μέσον.

[55]) Aristot. de coel. II, 13: Ἀναξιμένης δὲ καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος τὸ πλάτος αἴτιον εἶναί φασι τοῦ μένειν αὐτήν. Οὐ γὰρ τέμνειν ἀλλ' ἐπιπωματίζειν τὸν ἀέρα τὸν κάτωθεν, ὅπερ φαίνεται τὰ πλάτος ἔχοντα τῶν σωμάτων ποιεῖν· ταῦτα γὰρ καὶ πρὸς τοὺς ἀνέμους ἔχει δυσκινήτως διὰ τὴν ἀντέρεισιν. Ταὐτὸ δὴ τοῦτο ποιεῖν τῷ πλάτει φασὶ τὴν γῆν πρὸς τὸν ὑποκείμενον ἀέρα· τὸν δ' οὐκ ἔχοντα μεταστῆναι τόπον ἱκανὸν ἀθρόον τῷ κάτωθεν ἠρεμεῖν, ὥσπερ τὸ ἐν ταῖς κλεψύδραις ὕδωρ.

eo declinare. Partes enim septentrionales inaequaliter, meridionales aequaliter esse temperatas. Eo itaque inclinasse terram, ubi laetissime fructus provenirent [56]).

Stellae pariter atque sol et luna eodem modo quo terra atomorum concursu ortae initio terrenae et humidae fuerunt naturae, donec exsiccatae inflammataeque tales quales nunc sunt evaserunt. Luna terrae proxima est, sol ab ea remotissimus, reliquae stellae medias tenent regiones. Praeterea sidera omnia ob motus celeritatem ignescunt, sol vero sideribus inflammatur, luna exiguam ignis partem sibi vindicat. Huc accedit quod sol et luna deficiunt, quum terra ad meridiem vergat, septentrionales autem tractus nivibus conspergantur et frigidi sint in glaciemque concrescant. Raro deficit sol, luna perpetuo, quod impares utriusque circuli sunt [57]).

Solem e laevibus et rotundis corpusculis compositum Democritus ferrum vel saxum candens appellavit, quod verti-

---

[56]) Pseudoplutarch. de plac. phil. III, 12: Λεύκιππος παρεκπεσεῖν τὴν γῆν εἰς τὰ μεσημβρινὰ μέρη διὰ τὴν ἐν τοῖς μεσημβρινοῖς ἀραιότητα, ἅτε δὴ πεπηγότων τῶν βορείων διὰ τὸ κατεψύχθαι τοῖς κρυμοῖς, τῶν δὲ ἀντιθέτων πεπυρωμένων. Δημόκριτος διὰ τὸ ἀσθενέστερον εἶναι τὸ μεσημβρινὸν τοῦ περιέχοντος, αὐξομένην τὴν γῆν κατὰ τοῦτο ἐγκλιθῆναι· τὰ γὰρ βόρεια ἄκρατα, τὰ δὲ μεσημβρινὰ κέκραται. Ὅθεν κατὰ τοῦτο βεβάρηται, ὅπου περισσή ἐστι τοῖς καρποῖς ἡ αὔξησις.

[57]) Cf. Euseb. Praep. Ev. p. 23. D. Theodoretus p. 530; sed praecipue audiendus Diogenes Laert. IX, 32 — 33, cujus verba sunt: αὐτόν τε πάλιν τὸν περιέχοντα, οἷον ὑμένα, αὔξεσθαι κατὰ τὴν ἐπέκρυσιν τῶν ἔξωθεν σωμάτων, δίνῃ τε φερόμενον αὐτὸν ὧν ἂν ἐπιψαύσῃ, ταῦτα ἐπικτᾶσθαι· τούτων δέ τινα συμπλεκόμενα ποιεῖν σύστημα, τὸ μὲν πρῶτον κάθυγρον καὶ πηλῶδες, ξηρανθέντα καὶ περιφερόμενα σὺν τῇ τοῦ ὅλου δίνῃ, εἶτ' ἐκπυρωθέντα, τὴν τῶν ἀστέρων ἀποτελέσαι φύσιν. εἶναι δὲ τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον ἐξώτατον· τὸν δὲ τῆς σελήνης προσγειότατον· τοὺς δὲ τῶν ἄλλων μεταξὺ τούτων. Καὶ πάντα μὲν τὰ ἄστρα διὰ τὸ τάχος τῆς φορᾶς, τὸν δὲ ἥλιον ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκπυροῦσθαι. Τὴν δὲ σελήνην τοῦ πυρὸς ὀλίγον μεταλαμβάνειν· ἐκλείπειν δὲ ἥλιον καὶ σελήνην τῷ κεκλίσθαι τὴν γῆν πρὸς μεσημβρίαν· τὰ δὲ πρὸς ἄρκτον ἀεί τε νίφεσθαι καὶ κατάψυχρα εἶναι καὶ πήγνυσθαι. Καὶ τὸν μὲν ἥλιον ἐκλείπειν σπανίως, τὴν δὲ σελήνην συνεχῶς, διὰ τὸ ἀνίσους εἶναι τοὺς κύκλους αὐτῶν. Id. IX, 44: τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἐκ τοιούτων λείων (sic leg. cum codd.) καὶ περιφερῶν ὄγκων συγκεκρίσθαι.

gine sua converteretur [58]). Lunam, quam item e laevibus et rotundis atomis constare voluit, corpus solidum atque igneum esse ratus est in quo campi, montes et convalles inessent [59]). Faciem in orbe lunae umbram altiorum ejus partium esse judicavit, quia valles et saltus haberet [60]). Galaxiam docuit multas esse stellas parvasque, quae spisso tractu in unum coactae spatiis, quae angustissime interjacent, opertis vicinae sibi undique et ideo passim diffusae, lucis aspergine continuum juncti luminis corpus ostenderent [61]). Proprium illius fulgorem eo existere, quod sol sub terram lapsus alias stellas cerneret, alias non cerneret; quae sole aspicerentur, earum propriam lucem ejus radiis impeditam non fulgere; quibus autem terra, quominus viderentur, obstaret, eas suum ipsarum fulgorem spargere, eamque lactei orbis lucem esse [62]). Atque illa re Democritus continuitatem lucis, hac colorem a caeterorum siderum fulgore diversum explicare aggressus est. Denique cometas planetarum esse conjunctionem existimavit confusoque in unum plurium stellarum lumine faciem longioris sideris

---

[58]) Stobaeus ecl. phys. p. 532: Δημόκριτος (ἔλεγε τὸν ἥλιον εἶναι) μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον, τροπὴν δὲ γίνεσθαι ἐκ τῆς περιφερούσης αὐτὸν δινήσεως.

[59]) Stob. ecl. phys. p. 550: Δημόκριτος καὶ Ἀναξαγόρας (τὴν σελήνην ἀπεφήναντο) στερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία καὶ ὄρη καὶ φάραγγας.

[60]) Stobaeus ecl. phys. p. 561: Δημόκριτος (τὴν ἔμφασιν τῆς σελήνης ἀπεφήνατο) ἀποσκίασμά τι τῶν ὑψηλῶν ἐν αὐτῇ μερῶν, ἄγκη γὰρ αὐτὴν ἔχειν καὶ νάπας. In his verbis ἄγκη egregia est Canteri emendatio pro ἀνάγκη. De reliquo ἔμφασις τῆς σελήνης idem valet quod Plutarchei libri inscriptio τὸ ἐμφαινόμενον πρόσωπον τῷ κύκλῳ τῆς σελήνης.

[61]) Macrobii verba sunt probata aliorum scriptorum locis. Stob. ecl. phys. p. 576: Δημόκριτος (τὸ γάλα ὠνόμασε) πολλῶν καὶ μικρῶν καὶ συνεχῶν ἀστέρων, συμφωτιζομένων ἀλλήλοις, διὰ τὴν πύκνωσιν, συναυγασμόν. Cf. Pseudoplutarch. de plac. phil. III, 1 et Galen. 17.

[62]) Aristot. Meteor. I, 8: οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον φῶς εἶναι τὸ γάλα λέγουσιν ἄστρων τινῶν· τὸν γὰρ ἥλιον ὑπὸ τὴν γῆν φερόμενον οὐχ ὁρᾶν ἔνια τῶν ἄστρων. Ὅσα μὲν οὖν ὁρᾶται ὑπ' αὐτοῦ, τούτων μὲν οὐ φαίνεσθαι τὸ φῶς· κωλύεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων. Ὅσοις δ' ἀντιφράττει ἡ γῆ ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τὸ τοιούτων οἰκεῖον φῶς φασιν εἶναι τὸ γάλα.

reddi [63]). Inerrantes etiam stellas Democritum statuisse, nemo praeter Stobaeum [64]), Pseudoriginem [65]) et Pseudoplutarchum [66]) tradidit. Ab iis quae de corporum coelestium ordine Diogene auctore dicta sunt discrepant quae de eadem re apud Pseudorigenem et Pseudoplutarchum l. l. leguntur. Stellae ab oriente occidentem versus moventur [67]). Denique ut quodque sidus a terra remotissimum est, ita maxime citato cursu fertur, ut proxime ad terram accedit, ita lentissime movetur, quod de luna Democritus affirmat. Testis Lucretius, qui rem libro V, vers. 620 — 635 in hunc modum persequitur:

Nam fieri vel cum primis id posse videtur,
Democriti quod sancta viri sententia ponit:
Quanto quaeque magis sint terram sidera propter,
Tanto posse minus cum coeli turbine ferri.
Evanescere enim rapidas illius, et acres
Imminui subter vires: ideoque relinqui
Paullatim solem cum posterioribu' signis,
Inferior multum quod sit, quam fervida signa:
Et magis hoc lunam; quanto demissior ejus
Cursus abest procul a coelo, terrisque propinquat,
Tanto posse minus cum signis tendere cursum.
Flaccidiore etiam quanto jam turbine fertur,
Inferior quam sol, tanto magis omnia signa
Hanc adipiscuntur circum, praeterque feruntur.
Propterea fit, ut haec ad signum quodque revorti
Mobilius videatur, ad hanc quia signa revisunt.

Ut atomorum turba vere esset πανσπερμία, ex iis non solum elementa ignem, aërem, aquam, terram, sed etiam plantas,

---

[63]) Vide quae supra diximus pag. 131.

[64]) Stobaeus ecl. phys. p. 582: Δημοκρίτου δὲ ὁ λόγος λεγόμενός ἐστιν, ὡς κατ' ἀντίλαμψιν τῶν πλανωμένων ἀστέρων πρὸς ἀλλήλους τε καὶ τοὺς ἀπλανεῖς, οἱ κομῆται συνίστασθαι δοκοῦσι, καθάπερ πλειόνων κατόπτρων ἀντιλαμπόντων σφισὶν ἤδη τινὰ ὤφθη ἀστεροειδῆ φαντάσματα.

[65]) Pseudorig. Philos. p. 891: εἶναι δὲ τὴν μὲν σελήνην κάτω, ἔπειτα τὸν ἥλιον, εἶτα τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας· τοὺς δὲ πλανήτας οὐδ' αὐτοὺς ἔχειν ἴσον ὕψος.

[66]) Pseudoplutarch. de plac. phil. II, 15: Δημόκριτος τὰ μὲν ἀπλανῆ πρῶτον, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς πλανήτας, ἐφ' οἷς Ἥλιον, Φωσφόρον, Σελήνην.

[67]) Pseudoplut. de plac. phil. II, 16: Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος. Κλεάνθης ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς φέρεσθαι πάντας τοὺς ἀστέρας (λέγουσι).

animalia, omnia denique quae in rerum natura sunt effecit Democritus[68]) singulorum discrimina ex atomorum figura, magnitudine, situ suspendens. Ac primum quidem de elementis loquendum est. Haec ut ex atomis orta non vere ab Abderitano philosopho elementa dici poterant. Quare facile adducor, ut fidem habeam Aristoteli narranti singulorum elementorum formam a Democrito non esse definitam et quamvis sphaericam figuram igni assignasset, reliqua tamen elementa magnitudine tantum et parvitate eum distinxisse, quippe quorum (communis) natura (i. e. atomi) omnium rerum semina contineret[69]). Quamobrem non audiendus Simplicius ad Arist. Phys. fol. 8: οἱ δὲ περὶ Λεύκιππον καὶ Δημόκριτον, inquiens, οὐκ ἐναντιοῦνται πρὸς τὸ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα τῶν συνθέτων εἶναι σωμάτων ἀρχάς. De globosa et circulari atomorum figura quae ignem ex Democriti sententia constituunt multa apud Aristotelem exstant testimonia[70]). Caeterum substilissimae quaeque atomorum maxime ad ignem efficiendum valent[71]). Aërem fortasse e minutissimis corpusculis conflatum finxit Democritus. Neque dubitandum, quin philosophus noster mari majores easque angulares atomos tribuerit, id quod ex iis quae de salso maris sapore dicta sunt[72]), recte videtur Papencordtius conjecisse.

---

[68]) Plutarch. adv. Colot. p. 1110 (Tom. X, p. 568 ed. Reisk.): τί γὰρ λέγει Δημόκριτος; οὐσίας ἀπείρους τὸ πλῆθος, ἀτόμους τε καὶ διαφόρους, ἔτι δ' ἀποίους καὶ ἀπαθεῖς ἐν τῷ κενῷ φέρεσθαι διεσπαρμένας· ὅταν δὲ πελάσωσιν ἀλλήλαις, ἢ συμπέσωσιν, ἢ περιπλακῶσι, φαίνεσθαι τῶν ἀθροιζομένων τὸ μὲν ὕδωρ, τὸ δὲ πῦρ, τὸ δὲ φυτόν, τὸ δ' ἄνθρωπον. Diog. Laert. IX, 44: καὶ τὰς ἀτόμους δὲ ἀπείρους εἶναι κατὰ μέγεθος καὶ πλῆθος· φέρεσθαι δ' ἐν τῷ ὅλῳ δινουμένας καὶ οὕτω πάντα τὰ συγκρίματα γεννᾶν, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν. Εἶναι γὰρ καὶ ταῦτα ἐξ ἀτόμων τινῶν συστήματα, ἅπερ εἶναι ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτα διὰ τὴν στερρότητα.

[69]) Aristot. de coelo III, 4: ποῖον δὲ καὶ τί ἑκάστου τὸ σχῆμα τῶν στοιχείων οὐδὲν ἐπιδιώρισαν (Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος), ἀλλὰ μόνον τῷ πυρὶ τὴν σφαῖραν ἀπέδωκαν· ἀέρα δὲ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ ἄλλα μεγέθει καὶ σμικρότητι διεῖλον ὡς οὖσαν αὐτῶν τὴν φύσιν οἷον πανσπερμίαν πάντων.

[70]) Cf. de anim. I, 2; de gen. et inter. I, 8.

[71]) Cf. supra fragm. phys. 35.

[72]) Cf. fragm. phys. 28.

Porro mare perpetua exhalatione peribit, mundo ipso durante [71]). Plura putavit in causa esse, cur terra moveretur: „Ait enim, motum aliquando spiritu fieri, aliquando aqua, aliquando utroque: et id hoc modo prosequitur. Aliqua pars terrae concava est, et in hanc aquae magna vis confluit. Ex hac est aliquid tenue et caeteris liquidius. Hoc quum superveniente gravitate rejectum est, terris illiditur, et illas movet. Nec enim fluctuari potest sine motu ejus, in quod impingitur." Senecae verba sunt natur. quaest. lib. VI, cap. 20. In sequentibus quae de spiritu dicit, non minus ad Democritum quam ad Epicurum videntur pertinere. Sunt autem haec: „Spiritus vero nonnunquam impellit undas, et si vehementius institit, eam scilicet terrae partem movet, in quam coactas aquas intulit. Nonnunquam in terrena itinera conjectus et exitum quaerens movet omnia: terra autem penetrabilis ventis est, et spiritus subtilior est quam ut possit excludi, et vehementior, quam ut sustineri concitatus ac rapidus." Aristoteles breviter hujus rei mentionem faciens meteor. II, 7 de Democrito haec tantum refert: Δημόκριτος δέ φησι πλήρη τὴν γῆν ὕδατος οὖσαν, καὶ πολὺ δεχομένην ἕτερον ὄμβριον ὕδωρ, ὑπὸ τούτου κινεῖσθαι· πλείονός τε γὰρ γινομένου διὰ τὸ μὴ δύνασθαι δέχεσθαι τὰς κοιλίας ἀποβιαζόμενον ποιεῖν τὸν σεισμόν, καὶ ξηραινομένην καὶ ἔλκουσαν εἰς τοὺς κενοὺς τόπους ἐκ τῶν πληρεστέρων τὸ μεταβάλλον ἐμπίπτον κινεῖν. Tonitru oriri dixit ex inaequali mixtione, quae nubem, qua contineretur, deorsum protruderet, fulgur autem nubium conjunctionem appellavit, qua quae ignem efficerent per vacuorum spatiorum ingentem multitudinem attritu in unum coacta propellerentur; fulmen vero nasci statuit, quando e purioribus ac tenuioribus et aequabilioribus atque ut ipsius voce utar, apte densatis nubibus, quae ignem efficerent, ictus violenter prolaberetur; turbinem denique igneum accidere censuit, quando rariores ignis mixtiones in locis foraminum plenioribus retentae et membranarum suarum ambitu corporeae factae propter mixtionis varietatem ipsa gravitate cum impetu

---

[71]) Cf. Alex. Aphrod. ad Arist. Meteor. fol. 95. b.

prorumperet [74]). Praeterea ajebat Democritus nihil ici fulmine quod non fulmen impediret atque retineret [75]).

Ventus oritur quum in angusto inani multa sunt corpuscula, contra quietus et placidus aëris status est, quum in multo inani paucae reperiuntur atomi [76]). Nilum increscere docuit, quum nive in aquilonaribus orbis partibus liquescente ex vaporibus densae orirentur nubes, quae etesiis meridiem versus compulsae et altissimis Aethiopiae montibus illisae frangerentur atque hoc modo fluvium implerent [77]). Plantas quarum recta essent foramina, existimavit citius crescere, quum facilius ea quibus alerentur per foramina ad diversas plantarum partes penetrarent [78]), sed eandem ob causam minus diu durare credidit [79]). Similiter magnetis lapidis vim e foraminibus pendere ratus est [80]).

Transeo ad animalium generationem. Coitum parvam apoplexiam vocavit [81]). Semen e toto corpore et praecipuis ejus partibus exit et corporea vi praeditum est, neque a maribus solum, sed a feminis etiam effunditur [82]). Principio in utero matris e concepto semine umbilicus nascitur tanquam

---

[74]) Stob. ecl. phys. p. 594: Δημόκριτος βροντὴν μὲν ἐκ συγκρίματος ἀνωμάλου τὸ περιειλημφὸς αὐτὸ νέφος πρὸς τὴν κάτω φορὰν ἐκβιαζομένου· ἀστραπὴν δὲ σύγκρασιν νεφῶν, ὑφ' ἧς τὰ γεννητικὰ τοῦ πυρὸς διὰ τῶν πολυκένων ἀραιωμάτων ταῖς παρατρίψεσιν εἰς τὸ αὐτὸ συναυλιζόμενα διηθεῖται· κεραυνὸν δέ, ὅταν ἐκ καθαρωτέρων καὶ λεπτοτέρων, ὁμαλωτέρων τε καὶ πυκναρμόνων, καθάπερ αὐτὸς γράφει, γεννητικῶν τοῦ πυρὸς ἡ φορὰ βιάσηται· πρηστῆρα δέ, ὅταν πολυκενώτερα συγκρίματα πυρὸς ἐν πολυκένοις κατασχεθέντα χώραις, καὶ περιοχαῖς ὑμένων ἰδίων σωματοποιούμενα τῷ πολυμιγεῖ τὴν ἐπὶ τὸ βάρος ὁρμὴν λάβῃ. Quid sibi velit ὑμήν intelligitur ex adnot. 57.

[75]) Cf. fragm. phys. 11.

[76]) Cf. Senec. nat. quaest. lib. V, cap. 2.

[77]) Diodor. I, 39, cujus verba vide supra pag. 146. Cf. Athenaeus II, 89. Pseudoplutarch. de placit. phil. IV, 1. Adde Schol. ad Apoll Rhod. Argon. IV, 269.

[78]) Theophrast. de caus. plant. I, 8.

[79]) Theophrast. ibid. II, 11.

[80]) Alexand. Aphrod. quaest. lib. IV, fol. 17. b. ed. Ald.

[81]) Cf. fragm. moral. 50.

[82]) Pseudoplut. de plac. phil. V, 3, 4, 5.

ancora qua foetus adversus fluctuationes nitatur et tanquam retinaculum ac pedamentum futurae sobolis [83]). Foetus in utero manet, ut membra fingantur ad membra parentis, ita tamen, ut prius externae, deinde internae corporis partes formentur [84]). Caeterum foetus utero adhuc inclusus, in quem tamen jam sexus discrimen cadit [85]), per os nutritur. Quare simul atque natus est ore ad mammam fertur. Sunt enim et in utero ubera, quibus alatur [86]). Adde quod monstra conflari putavit, quando duo semina diversis temporibus infusa inter se confunderentur atque ita membra coalescerent [87]). Quae de singulis animalibus in fragmentis librorum de animalibus dicta reperiuntur, quum tertio hujus operis libro inserta sint, hoc loco licet silentio praeterire. Id tantum memoro, quod ex Aristotele discimus, mulorum sterilitatem a Democrito sic explicatam esse, ut eorum foramina (πόρους) jam in utero corrumpi diceret, quum a cognatis animalibus non essent generati [88]). Porro animalium exsanguium viscera propter parvitatem incerta et obscura esse ait [89]). Denique externam cor-

---

[83]) Cf. fragm. phys. 10.

[84]) Aristot. de gen. animal. II, 4.

[85]) Aristot. de gen. animal. IV, 1. Cf. Pseudoplutarch. V, 7.

[86]) Pseudoplutarch. de plac. phil. V, 16: Δημόκριτος, Ἐπίκουρος τὸ ἔμβρυον ἐν τῇ μήτρᾳ διὰ τοῦ στόματος τρέφεσθαι· ὅθεν εὐθέως γεννηθὲν ἐπὶ τὸν μαστὸν φέρεται τῷ στόματι. εἶναι γὰρ ἐν τῇ μήτρᾳ θηλάς τινας καὶ στόματα δι' ὧν τρέφονται.

[87]) Aristot. de gen. anim. IV, 4: Δημόκριτος μὲν οὖν ἔφησε γίγνεσθαι τὰ τέρατα διὰ τὸ δύο γονὰς πίπτειν, τὴν μὲν πρότερον ὁρμήσασαν, τὴν δ' ὕστερον, καὶ ταύτην ἐξελθοῦσαν εἰς τὴν ὑστέραν ἐλθεῖν ὥστε συμφύεσθαι καὶ ἐπαλλάττειν τὰ μόρια.

[88]) Aristot. de gen. animal. II, 8: τὸ δὲ τῶν ἡμιόνων γένος ὅλον ἄγονόν ἐστιν. Περὶ δὲ τῆς αἰτίας, ὡς μὲν λέγουσιν Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος, λέγων ὁ μὲν οὐ σαφῶς, Δημόκριτος δὲ χαριέστερον μᾶλλον, οὐ καλῶς εἰρήκασιν. Λέγουσι γὰρ ἐπὶ πάντων ὁμοίως τὴν ἀπόδειξιν τῶν παρὰ τὴν συγγένειαν συνδυαζομένων. Δημόκριτος μὲν γάρ φησι διεφθάρθαι τοὺς πόρους τῶν ἡμιόνων ἐν ταῖς ὑστέραις διὰ τὸ μὴ ἐκ συγγενῶν γίνεσθαι τὴν ἀρχὴν τῶν ζῴων.

[89]) Aristot. de part. anim. III, 4: τῶν δ' ἀναίμων οὐδὲν ἔχει σπλάγχνον. Δημόκριτος δ' ἔοικεν οὐ καλῶς διαλαβεῖν περὶ αὐτῶν, εἰπὼν ψήθη διὰ μικρότητα τῶν ἀναίμων ζῴων ἄδηλα εἶναι ταῦτα.

poris humani figuram ita definivit, ut hominum esse judicaret, id quod omnes sciremus [90]).

Cum in explicanda animae natura id maximi momenti videretur quod anima omnibus motum praeberet neque unquam quiesceret, nulla autem res movere aliam posse putaretur, nisi quae ipsa per se moveretur, ad hunc motum animae conciliandum Democritus ex infinito atomorum numero eas elegit, quae mobilitate excellerent ac per omnia penetrarent, globosas et exiguas. Ex his igitur animam simul et ignem composuit, ratus sphaericas atomos ea esse agilitate ut universum animalis corpus percurrerent suoque motu totum animal cierent [91]). Anima igitur ob igneam suam naturam in qua vitalis ejus calor positus est sempiterno motu agitatur omniaque secum rapit et movet praesertim quum ejus atomi ita per membra dispersae sint, ut corporis et animae atomi singulae singulis sint appositae [92]). Utrum animam e duabus partibus constare voluerit Democritus, quarum altera rationis compos in pectore sita

---

[90]) Cf. fragm. phys. 9.

[91]) Aristot. de anim. I, 2: παρειλήφαμεν δὲ καὶ παρὰ τῶν προγενεστέρων σχεδὸν δύο ταῦτα περὶ ψυχῆς. Φασὶ γὰρ ἔνιοι καὶ μάλιστα καὶ πρώτως ψυχὴν εἶναι τὸ κινοῦν· οἰηθέντες δὲ τὸ μὴ κινούμενον αὐτὸ μὴ ἐνδέχεσθαι κινεῖν ἕτερον, τῶν κινουμένων τι τὴν ψυχὴν ὑπέλαβον εἶναι. Ὅθεν Δημόκριτος μὲν πῦρ τι καὶ θερμόν φησιν αὐτὴν εἶναι· ἀπείρων γὰρ ὄντων σχημάτων καὶ ἀτόμων τὰ σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει. Cf. ibid. cap. 3 et 5. Pseudoplutarch. de plac. phil. IV, 3: Δημόκριτος (τὴν ψυχὴν λέγει) πυρώδες σύγκριμα ἐκ τῶν λόγῳ θεωρητῶν, σφαιρικὰς μὲν ἐχόντων τὰς ἰδέας, πυρίνην δὲ τὴν δύναμιν, ὅπερ σῶμα εἶναι. Cf. Stob. ecl. phys. p. 796. Diog. Laert. IX, 44: ἐκ τοιούτων λείων καὶ περιφερῶν ὄγκων συγκεκρίσθαι καὶ τὴν ψυχήν, quae Cic. de nat. deor. I, 11 interpretatur: Democritum laevibus et rotundis corpusculis efficientem animum. Aliena Democriteis admiscent Nemesianus de nat. homin. 2 et Macrob. in somn. Scip. I, 14.

[92]) Lucretius III, 371:

> Illud in his rebus nequaquam sumere possis,
> Democriti quod sancta viri sententia ponit,
> Corporis atque animi primordia singula privis
> Apposita alternis variare ac nectere membra.

Aristot. de anim. I, 5 de Democrito loquens: εἴπερ γάρ ἐστιν ἡ ψυχὴ ἐν παντὶ τῷ αἰσθανομένῳ σώματι. Cf. Sext. Empir. adv. math. VI, 349. Ab his diversa narrat Theodoret. p. 546, quem non sequimur.

esset, altera bruta per totam corporis concretionem esset diffusa, quod Pseudoplutarchus tradit[93]), Aristoteles non memorat, nolim ad amussim definire. Quamquam autem verisimile est, philosophum nostrum statuisse, omnes quae moverentur et viverent res animae tanquam motus principii esse participes, id quod de plantis affirmavit, quibus Aristotele teste (de plant. I, 1) mentem et cognitionem ascripsit, tamen quod apud Pseudoplutarchum et in Cod. Flor. Damasc. legitur[94]), cadaveribus etiam de Abderitae nostri sententia inesse animam, quippe quae nec calore quodam nec sensu carerent, etsi major pars evasisset, id a Democrito de primo tempore post animae e corpore discessum, non autem de omni tempore quo cadaveris alicujus supersunt reliquiae dictum credo idque ex iis quae mox in medio ponam, perspicua fore arbitror. Corpusculorum, e quibus anima conflata est, naturam cum ramentis quae in solis radiis per fenestras incidentibus apparerent, Democritus comparavit, aut parvitatem spectans[95]), aut si Stobaeo[96]) fides est, motum. Servatur anima et augetur respiratione. Quum enim aër qui nos ambit corpus comprimere rotundasque atomos expellere soleat, ne tota anima e corpore extrudatur, una facit respiratio auxilii loco nobis data. Etenim magnus numerus talium particularum, e quibus anima constat, in aëre vagatur, quae respiratione in corpus intrantes novas simul particulas afferunt atque impediunt quominus universa animae corpuscula egrediantur. Quamobrem tam diu vivunt animalia, quam diu

---

93) Pseudoplutarch. de plac. phil. IV, 4: Δημόκριτος, Ἐπίκουρος διμερῆ τὴν ψυχήν, τὸ μὲν λογικὸν ἔχουσαν ἐν τῷ θώρακι καθιδρυμένον, τὸ δ' ἄλογον καθ' ὅλην τὴν σύγκρισιν τοῦ σώματος διεσπαρμένον.

94) Pseudoplutarch. l. l.: ὁ δὲ Δημόκριτος πάντα μετέχειν φησὶ ψυχῆς ποιᾶς, καὶ τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων, διότι ἀεὶ διαφανῶς τινος θερμοῦ καὶ αἰσθητικοῦ μετέχει τοῦ πλείονος διαπνεομένου. Cf. Cod. Flor. Damasc. ap. Gaisf. Stob. ed. Tom. IV app. p. 73. Cui loco nimium tribuens Philippsonius ap. Theophr. de sens. §. 71 pro μικροῦ scripsit νεκροῦ, quod non probamus.

95) Cf. supra adnott. 17 et 18.

96) Stobaeus ecl. phys. p. 924: ἐγκινουμένη (ἡ ψυχὴ) ἐν τῷ σώματι ὥσπερ τὰ ἐν τῷ ἀέρι ξύσματα διὰ τῶν θυρίδων φαινόμενα.

spiritum ducunt. At ubi facto vehementiore impetu, quam cui resistant atomi respiratione ad animam accedentes, is qui corpus ambit et comprimit aër subito victor evasit, expulsa anima mors consequitur[97]). Atomi autem, e quibus composita erat anima, e corpore elabentes, dissipantur. Itaque anima aeque mortalis est atque corpus[98]). Neque tamen semper accidit omnis sentiendi facultatis a corpore discessus, sed interdum vis vitalis quasi aliquo vulnere icta opprimitur, animae autem circa cerebrum vincula velut radicibus adhuc (*suis locis*) illigata manent et cor animalem calorem in intimis recessibus latentem servat: quo manente exstinctum jam spiritum animandi vi praeditum revocare consuevit. Quippe fieri causis naturalibus potest, ut redeunte ad eandem compagem eodem numero earundem atomorum qui jam desiit vivere reviviscat[99]).

---

[97]) Aristot. de respir. cap. IV: Δημόκριτος δ' ὅτι μὲν ἐκ τῆς ἀναπνοῆς συμβαίνει τι τοῖς ἀναπνέουσι λέγει, φάσκων κωλύειν ἐκθλίβεσθαι τὴν ψυχήν· οὐ μέντοι ὡς τούτου γ' ἕνεκα ποιήσασαν τοῦτο τὴν φύσιν οὐθὲν εἴρηκεν· ὅλως γὰρ ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι φυσικοί, καὶ οὗτος οὐθὲν ἅπτεται τῆς τοιαύτης αἰτίας. Λέγει δ' ὡς ἡ ψυχὴ καὶ τὸ θερμὸν ταὐτὸν τὰ πρῶτα σχήματα τῶν σφαιροειδῶν. Συγκρινομένων οὖν αὐτῶν ὑπὸ τοῦ περιέχοντος ἐκθλίβοντος, βοήθειαν γίνεσθαι τὴν ἀναπνοήν φησιν. Ἐν γὰρ τῷ ἀέρι πολὺν ἀριθμὸν εἶναι τῶν τοιούτων ἃ καλεῖ ἐκεῖνος νοῦν καὶ ψυχήν· ἀναπνέοντος οὖν καὶ εἰσιόντος τοῦ ἀέρος συνεισιόντα ταῦτα καὶ ἀνείργοντα τὴν θλίψιν, κωλύειν τὴν ἐνοῦσαν ἐν τοῖς ζῴοις διέναι ψυχήν· καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ ἀναπνεῖν καὶ ἐκπνεῖν εἶναι τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθνήσκειν. Ὅταν γὰρ κρατῇ τὸ περιέχον συνθλῖβον, καὶ μηκέτι θύραθεν εἰσιὸν δύνηται ἀνείργειν, μὴ δυναμένου ἀναπνεῖν, τότε συμβαίνειν τὸν θάνατον τοῖς ζῴοις· εἶναι γὰρ τὸν θάνατον τὴν τῶν τοιούτων σχημάτων ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος ἐκθλίψεως. Aristot. de anim. I, 2: συνάγοντος γὰρ τοῦ περιέχοντος τὰ σώματα καὶ ἐκθλίβοντος τῶν σχημάτων τὰ παρέχοντα τοῖς ζῴοις τὴν κίνησιν διὰ τὸ μηδ' αὐτὰ ἠρεμεῖν μηδέποτε. Cf. ibid. interpretes Philoponum, Michaelem Ephesium, Simplicium, qui rotunda imprimis corpuscula, quod omnium mobilissima sint expelli et intrudi censent. Caeterum comprimitur corpus διὰ τὸ ψυχρὸν εἶναι τὸ περιέχον, ut ajunt Philop. ad Arist. de anim. fol. 16. a. et Michael. Ephes. 165. b. Ideo Aristoteles in refutatione sententiae Democriteae de respir. cap. IV: ὅταν δὲ τὸ πέριξ ᾖ ψυχρὸν καὶ συνάγῃ καὶ συμπιγνύῃ τὸ σῶμα κ. τ. λ.

[98]) Stob. ecl. phys. pag. 924: ἐν δὲ τῷ ἐκβαίνειν (ἐκ τοῦ σώματος) διαφορεῖται (ἡ ψυχὴ) καὶ διασκεδάννυται. Cf. Theodoret. p. 546. C.

[99]) Cf. supra pag. 117.

In corporea animae substantia non plures, sed unam inesse facultatem Democrito placuit, quumque alii mentem ab anima distinguerent, ipse nullum inter eas discrimen intercedere decrevit [100]). Jam vero quum philosophi Abderitani judicio anima materiae non modo contagione infecta, sed etiam vi obruta esset, ita ut anima quasi aliud corpus non differret a corpore nisi atomorum figura; sanam hominibus mentem tribuit, si anima post motum convenienter et apte se haberet, si quis autem admodum calidus frigidusve fieret, mentem perturbari contendit. Quamobrem praeclare priscos intellexisse ait, hanc esse mentis alienationem. Unde patet Democrito sanam mentem corporis mixtione constare ac praecipue motu temperato et concinno contineri. Neque dubium est quin extrinsecus oblata impulsio de philosophi nostri sententia aeque ad corpus atque ad animam pertineat [101]).

Ut anima (ψυχή) atque mens (νοῦς) in Democritea philosophia nullo discrimine dicuntur, ita sentire (αἰσθάνεσθαι) atque cogitare (φρονεῖν) plane idem valent. Atque haec quidem multorum veterum fuit opinio [102]) quibus Democritus ab Aristotele [103]) et Theophrasto [104]) adnumeratur. Quocirca recte se habet quod in cod. Flor. Damasc. ap. Gaisford. Stob. Tom. IV append. edit. Oxon. in hunc modum scriptum exstat: Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰς νοήσεις ἑτεροιώσεις εἶναι τοῦ σώματος. Quae verba etiam ex parte congruunt cum eo quod nunc dicturus sum. Sensuum affectionibus tantum contingit, ut verum cognoscamus, sed illae tactu fiunt, ita

ut

---

[100]) Aristot. de anim. I, 2: ἐκεῖνος (ὁ Δημ.) μὲν γὰρ ἁπλῶς ταὐτὸν ψυχὴν καὶ νοῦν· τὸ γὰρ ἀληθὲς εἶναι τὸ φαινόμενον· διὸ καλῶς ποιῆται τὸν Ὅμηρον ὡς Ἕκτωρ κεῖτ' ἀλλοφρονέων. Οὐ δὴ χρῆται τῷ νῷ ὡς δυνάμει τινὶ περὶ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ ταὐτὸ λέγει ψυχὴν καὶ νοῦν. Cf. ibid. II, 2 et Stob. ecl. phys. p. 880.

[101]) Vid. fragm. phys. 19 et quae adnotavimus p. 345 seq.

[102]) Aristot. de anim. III, 3: καὶ οἵ γε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταὐτὸν εἶναί φασιν.

[103]) Vid. Aristot. metaph. p. 78 ed. Br.

[104]) Cf. fragm. phys. 20.

ut anima perceptionibus immutetur. Quod ita exprimit Aristoteles Metaph. p. 77 ed. Brand.: ὅλως δὲ διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν φρόνησιν μὲν τὴν αἴσθησιν, ταύτην δ' εἶναι ἀλλοίωσιν, τὸ φαινόμενον κατὰ τὴν αἴσθησιν ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναί φασιν, et de sens. IV: Δημόκριτος δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν φυσιολόγων ὅσοι λέγουσι περὶ αἰσθήσεως ἀτοπώτατόν τι ποιοῦσι· πάντα γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἁπτὰ ποιοῦσι. Similiter Theophrastus de sensu §. 49: τῷ ἀλλοιοῦσθαι ποιεῖ (ὁ Δημόκριτος) τὸ αἰσθάνεσθαι.

Similia tantum similibus cognosci cum omnibus physiologis excepto Anaxagora Democritus docuit [105]), quod praeceptum fortasse non exigui fuit in universa ejus de sensibus doctrina momenti. De his igitur quantum e fragmentis a Theophrasto servatis conjici licet et quantum instituti nostri ratio patitur paucis exponamus. Democritus de sensu non definit, utrum contrariis an similibus fiat. Quatenus enim sensum mutatione fieri dicit, videatur diversis, quum similia similibus non mutentur. Rursus autem nos sentire omninoque mutari contendit, dum patiamur, dissimilia vero pati et diversa quidem diversa facere posse negat, sed simile aliquid ait similibus pati. Quapropter haec utroque modo intelligi licet [106]).

Videre nos ait Democritus imaginum incursione [107]) quam peculiariter describit; imaginem enim non statim in pupillam incurrere, sed aërem inter oculum et illud quod cernitur medium, contractum ab illo quod cernitur et qui cernit, formari; ab omni enim re fieri semper effluvium quoddam; deinde hunc aërem solidum et discolorem oculis humidis ut imaginem illabi,

---

[105]) Aristot. de anim. I, 2. Vid. fragm. phys. 2 et 13. Cf. et supra adnot. 22.

[106]) Cf. fragm. phys. 12.

[107]) ἔμφασιν de qua loquitur Democritus imaginis in oculos *illapsum* vel *incursionem* licet interpretari. Idem est verbi ἐμφαίνεσθαι usus, quod *illabendi* vel *incurrendi* vocabulo reddi convenit. Posteriorem locutionem Cicero usurpare solet, neque ulla fortasse aptior est, quum e Romana dicendi consuetudine res incurrere in oculos dicatur. Qui igitur ἐμφαίνεσθαι nihil esse volunt nisi *repraesentari* et *apparere*, vulgari usu decepti Democriteam vocis significationem non perspexerunt. Sed adversus hos disputare supervacaneum est, quum quomodo vertenda vox esset, M. Tullius pluribus locis ostenderit.

ita ut densum non accipiat, humidum peragret. Idcirco humidos oculos duris meliores esse ad videndum, si membrana externa quam tenuissima et solidissima sit, interna autem quam maxime fungosa sint et inania carne solida et valida atque humore crasso et nitido, venae denique ad oculos pertinentes rectae humorisque expertes et similes figura imaginibus conformatis sint, quoniam sui generis res maxime quidque cognoscant [108]). His philosophi Abderitani decretis plura Theophrastus argumenta opposuit. Ac primum quidem ineptam esse perhibet [109]) imaginis in aëre conformationem, quum quod densatum sit servare oporteat hanc densitatem, neque conteri, quemadmodum Democritus dicat comparatione proposita, tali modo fieri informationem, quali in cera aliquid imprimas. Deinde eo facilius simulacrum in aqua imprimi posse, quo densior sit, difficilius autem cerni; at oportuisse facilius. Omnino eum qui formae effluvium statuat non debere imaginis conformationem ponere, quia ipsa simulacra incurrant. Hic statim Theophrasto respondendum est, Epicuri [110]) rationem qui post Democritum neglecto aëre inter videntis oculos et rem visam interjecto ipsa simulacra ad oculos pervenire docuit. Leucippi discipulo neutiquam placere potuisse, ut qui visum aëre impediri ratus, si hic abesset, tum demum ipsa simulacra ad nos penetratura esse arbitraretur. Etenim Aristotele [111]) teste existimabat, si vacuum fieret interjacentis aëris spatium, fore ut vel formicam in coelo videremus. Praeterea Theophrastus negat imaginis incursionem fieri posse, donec ejus conformatio quae in aëre accidat non ad hominis oculos, sed ad

---

[108]) Vid. fragm. phys. 13.

[109]) Vid. fragm. phys. 14.

[110]) Falso Pseudoplutarch. de plac. phil. IV, 13: Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος κατ' εἰδώλων εἰσκρίσεις ᾠήθησαν τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν. Similiter Democriti et Epicuri rationes confundit Alex. Aphrod. ad Aristot. de sensu fol. 97. Caeterum effluvia Democritus δείκελα nominavit. Cf. Etym. magn. s. v. δείκελον.

[111]) Aristot. de anim. II, 7: Οὐ γὰρ καλῶς λέγει τοῦτο Δημόκριτος οἰόμενος εἰ γένοιτο κενὸν τὸ μεταξύ, ὁρᾶσθαι ἂν ἀκριβῶς, καὶ εἰ μύρμηξ ἐν τῷ οὐρανῷ εἴη.

rem conversa sit. Porro quum plura, inquit, eodem loco cernuntur, quomodo in eodem aëre plures rerum formae erunt? Atque quo pacto alter alterum videre potest, quum utriusque imaginem concurrere necesse sit? Deinde cur ipsi nos non cernimus? Sicut enim alii homines nostram imaginem, ita nos ipsi eam videamus oportet, praesertim quum ad nos imaginis conversa conformatio sit, quemadmodum loquenti vocem resonare dixit Democritus.

Omnino aëris formatio statui nequit, quum hac probata credi par esset omnium rerum imagines in aëre fingi. Huc accedit quod si imagines fluerent aërique imprimerentur, res et obscuras et remotas videremus, si non noctu, interdiu certe. Atqui noctu, quod negat Democritus, hoc eo melius fieri debebat, quo animatior[112]) tum aër est. Sed fortasse imaginis illapsum sol efficit, lucem quasi oculo afferens, ut Democritus videtur dicere voluisse, quum, quod ait, solem repellentem a sese effingendo densare aërem absurdum sit; ea enim solis natura est, ut aërem potius discernat. Deinde vituperat Democritum Theophrastus, quod totum corpus visus particeps fecerit et quod similia similibus potissimum cerni dixerit, ita ut si diversa cernerentur, tamen de eorum similitudine loqueretur. In hoc quoque reprehendit Democritum, quod putaverit, ideo oculum vacuum et humidum esse, ut plura accipiat et reliquo corpori tradat. Postremo magnitudines rerum et intervalla opponit[113]). Hic tantummodo monendum est, totum corpus a Democrito visus particeps reddi, quatenus animam per corpus dispersam significet, ad quam omnem αἴσθησιν referat: oculos autem et aures quasi instrumenta esse, quibus simulacra vocesque animae tradantur. Theophrastum[114]) contra τὰς

---

[112]) ζωᾧ ἐμψυχότερος ὁ ἀήρ, Theophr. de sensu §. 53. Haec explicantur Aristotelis loco, quem supra (adn. 97) exhibuimus: ἐν γὰρ τῷ ἀέρι πολὺν ἀριθμὸν εἶναι τῶν τοιούτων ἃ καλεῖ ἐκεῖνος νοῦν καὶ ψυχήν.

[113]) Cf. Theophrast. de sensu §. 52 — 54.

[114]) Theophr. ibid. §. 54: ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μὴ μόνον τοῖς ὄμμασιν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι μεταδιδόναι τῆς αἰσθήσεως. §. 57. — ὥσπερ

αἰσθήσεις ad singulas partes referre, visum ad oculos, auditum ad aures. Deinde patet, quum Democrito judice oculus ex aqua constet[115]), rerum effluvia in aëre conformata ideo tantum in oculos influere, quod aër ipse fluidus sit ac sua natura ad oculorum et aquae similitudinem accedat. Ex quo consequens est, ut in videndi actione nihil sit, quod praecepto Democriteo, similia cognosci similibus adversetur. Denique notamus sole opus esse ad videndum, quia aërem de philosophi nostri sententia denset, quantum satis sit, ut omnino imago aëri impressa manere et ad oculos perlabi possit, noctu aëris conformationem nec manere nec procedere. Rerum autem magnitudines et intervalla per oculorum angustias penetrare, ostendunt, quemadmodum Nostro placuit, imagunculae illae, quae semper in oculis cernentium videntur[116]). Quod in speculis nos ipsos videmus, id imaginibus repercussis Abderitanus philosophus tribuit[117]). Idem sine dubio rerum, quae simulacra remitterent, naturam diligentissime descripsit[118]).

Auditum in hunc modum depingit Democritus. Aëre in vacuum irruente motum effici ait, aërem vero per totum corpus similiter penetrare, maxime autem per aures, quoniam hic per

---

οὐ ταῖς ἀκοαῖς ἀλλ' ὅλῳ τῷ σώματι τὴν αἴσθησιν οὖσαν· οὐ γάρ, εἰ καὶ συμπάσχει τι τῇ ἀκοῇ, διὰ τοῦτο καὶ αἰσθάνεται.

[115]) Aristot. de sens. et sensil. cap. 2: Δημόκριτος δ' ὅτι μὲν ὕδωρ εἶναί φησι, λέγει καλῶς, ὅτι δ' οἴεται τὸ ὁρᾶν εἶναι τὴν ἔμφασιν, οὐ καλῶς· τοῦτο μὲν γὰρ συμβαίνει ὅτι τὸ ὄμμα λεῖον, καὶ ἔστιν οὐκ ἐν ἐκείνῳ ἀλλ' ἐν τῷ ὁρῶντι· ἀνάκλασις γὰρ τὸ πάθος. Ἀλλὰ καθόλου περὶ τῶν ἐμφαινομένων καὶ ἀνακλάσεως οὐδέν πω δῆλον ἦν, ὡς ἔοικεν. Ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μὴ ἐπελθεῖν αὐτῷ ἀπορῆσαι διά τί ὁ ὀφθαλμὸς ὁρᾷ μόνον, τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν ἐν οἷς ἐμφαίνεται τὰ εἴδωλα. Τὸ μὲν οὖν τὴν ὄψιν εἶναι ὕδατος ἀληθὲς μέν, οὐ μέντοι συμβαίνει τὸ ὁρᾶν ᾗ ὕδωρ ἀλλ' ᾗ διαφανές· ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀέρος κοινόν ἐστιν.

[116]) Simplic. ad Aristot. de sens. fol. 97. a. — οὗ τεκμήριον παρατίθεται τὸ ἀεὶ τῶν ὁρώντων ἐν τῇ κόρῃ εἶναι τὴν τοῦ ὁρωμένου ἔμφασιν καὶ εἴδωλον.

[117]) Pseudoplut. de plac. phil. IV, 14: Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος τὰς κατοπτρικὰς ἐμφάσεις γίνεσθαι κατ' εἰδώλων ὑποστάσεις, ἅπερ φέρεσθαι μὲν ἀφ' ἡμῶν, συνίστασθαι δ' ἐπὶ τοῦ κατόπτρου κατὰ τὴν ἀνταπεριστροφήν. Cf. Galen. c. 25 et Cod. Flor. Damasc. in Gaisford. edit. Stob. Tom. IV append. (ed. Oxon.) p. 24.

[118]) Cf. Lucret. IV, 144 seqq.

plurimum vacuum pervadat et minime permaneat; ideo in reliquis corporis partibus sonum non sentiri, sed solis in auribus. Ubi autem ad interna pervenerit, celeriter dimanare; oriri enim vocem aëre contrito et per vim ingrediente. Acutissime audiri, si externa auris membrana densa, venae inanes et quam maxime sine humore, et foraminibus commode sitis tum ad reliquum corpus tum ad caput auresque instructae sint, ossa denique firma et cerebrum bene mixtum et quod circumcirca est quam siccissimum sit. Ita enim vocem plenam intrare, per multum vacuum et humore carens et bene perforatum progredientem, celeriterque dimanare aequabiliter per corpus serpendo, neque excidere[119]). Vocem humanam, quam loquenti resonare ratus est[120]), ex individuis corpusculis constare dixit, flumen atomorum (ῥεῦμα ἀτόμων) appellans[121]). Quae Theophrastus Democrito opponit sine lectorum damno hic omitti possunt, praesertim quum eorum partem aliquam jam in iis quae de visu disputata sunt attigerimus. Haec de visu et auditu e Democriti doctrina traduntur: de caeteris sensibus nihil memoratu dignum Abderita decrevit, nisi quod omnes ut jam supra diximus Aristotele teste ad tactum revocavit[122]). Sed quum nihil de iis accuratius a veteribus proditum sit, in re incerta conjecturis supersedemus. Ad tactum autem omnes revocavit sensus, effluviis atomorum concursu ortis ea quae sentimus effici statuens. Atomorum igitur accursu et quasi tactu philosophi nostri opinione videmus, audimus, olfacimus, gustamus, tangimus.

Venio nunc ad ea quae sensibus percipiuntur. Quum praeter insecabilia corpora nihil esse verum censuisset Demo-

---

[119]) Vid. fragm. phys. 16 et 17.

[120]) Theophr. de sens. §. 53: ἀναχλᾶσθαι γάρ φησι καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν φθεγξάμενον τὴν φωνήν.

[121]) Vid. adnot. ad fragm. phys 16.

[122]) Aristot. de sensu et sensil. cap. 4: Δημόκριτος δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν φυσιολόγων, ὅσοι λέγουσι περὶ αἰσθήσεως, ἀποπώτατόν τι ποιοῦσιν· πάντα γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἁπτὰ ποιοῦσιν. Καίτοι εἰ οὕτω τοῦτ' ἔχει, δῆλον ὡς καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων ἑκάστη ἁφή τις ἐστίν· τοῦτο δ' ὅτι ἀδύνατον, οὐ χαλεπὸν συνιδεῖν.

critus, rerum qualitates ipsasque res primorum corporum conjunctione natas non aeque veras atque ipsas atomos haberi oportere judicavit. Sed aliae et res et qualitates ex atomorum natura originem trahunt, aliae hominum opinione et instituto continentur[123]). Prioribus adnumerantur grave et leve, durum et molle, (de quibus vide fragm. phys. 21 et 22) et quae his similia sunt densum et rarum. Utrumque enim gigni dixit pro rata parte inanis corporibus admixti[124]). Posterioribus adnumeravit doctrinae auctor frigidum et calidum[125]), sapores et colores de quibus vide fragm. phys. 23 — 39. Haec igitur omnia natura non sunt, sed solis sensuum affectionibus et oriuntur et mutantur[126]).

Odores effici ait, ut Theophrasti[127]) testimonio constat, tenuiore materia e crassioribus effluente, sed hoc ad perspi-

---

[123]) Cf. fragm. phys. 1 et 5.

[124]) Simplic. ad Arist. categ. ed. Basil. 1551 fol. 68: καὶ γὰρ ἐκεῖνος συνιόντα εἰς ταὐτὸν τὰ ἄτομα σώματα συνιστάναι τὸ πυκνόν φησι. διιστάμενα δὲ ἀπ' ἀλλήλων καὶ μεταξὺ πολλῷ κενῷ διαλαμβανόμενα τὸ ἀραιὸν ἀπεργάζεσθαι.

[125]) Calidum et ignem e rotundis constare atomis jam supra significavimus. Cf. adn. 70 et 71. Quod plurimum vacui habeat maxime calefieri e fragm. phys. 27 didicimus. Ab hoc diversum est quod e Democriti scriptis tradit Seneca nat. quaest. IV, 9 his verbis: „omne corpus, quo solidius est, hoc calorem citius concipit et diutius servat. Itaque si in sole posueris aeneum vas et vitreum et argenteum, aeneo citius calor accedet, diutius haerebit. His corporibus, quae duriora et pressiora densioraque sunt, necesse est minora foramina esse et tenuiorem in singulis spiritum. Sequitur, ut quemadmodum minora balnearia et minora miliaria citius calefiant, sic haec foramina occulta et oculos effugientia et celerius fervorem sentiant et propter easdem angustias, quidquid receperunt, tardius reddant.

[126]) Cf. fragm. phys. 1. In eandem sententiam Diog. Laert. IX, 44 ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων ἀτόμους καὶ κενόν, τὰ δ' ἄλλα πάντα νενομίσθαι. Galen. de elem. sec. Hippocr. p. 46 ed. Frob.: νόμῳ γὰρ χροιή, κ. τ. λ. Δημόκριτός φησιν. ἐκ τῆς συνόδου τῶν ἀτόμων γίνεσθαι νομίζων ἁπάσας τὰς αἰσθητὰς ποιότητας ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς αἰσθανομένους αὐτῶν, φύσει δὲ οὐδὲν εἶναι λευκὸν κ. τ. λ. Aristot. de anim. III, 2: οὐθὲν οἰόμενοι οὔτε λευκὸν οὔτε μέλαν εἶναι ἄνευ ὄψεως οὔτε χυμὸν ἄνευ γεύσεως. Adde Simpl. ad Arist. Phys. fol. 119. b.

[127]) Vid. fragm. phys. 40.

ciendam philosophi nostri de hoc argumento sententiam non sufficit.

Ut a Democrito promiscue dicuntur anima atque mens et quae utriusque propria sunt sentire et cogitare[128]): ita ex ejus decretis cujuscunque rei sensus et cogitatio eodem modo nascitur. Nam cogitare[129]) nos finxit imaginibus foris advenientibus atque in animam incurrentibus. Ex iisdem imaginibus sive simulacris somniorum originem repetendam esse opinatus est[130]). Siquidem ei persuasum erat imagines per foramina in corpora irrumpentes alte penetrare et quum sursum ferrentur, facere, ut in somno apparerent visa. Has autem imagines undique venire, proficiscentes a supellectile, vestimentis, plantis, maxime vero ab animalibus ob jactationem multam et calorem. Porro eas non modo gerere expressas et formam referentes corporum similitudines, sed et motuum animi, consiliorum, morum et affectionum speciem secum trahentes accidere ad animum veluti animatas et significare eorum a quibus essent emissae, opiniones, cogitationes, conatus, si articulata afferentes et inconfusa simulacra occurrerent. Id autem maxime fieri, quando per aërem laevem motu ferrentur expedito et celeri. Autumnalem vero aërem, quando folia defluerent, admodum esse inaequalem et asperum ideoque imagines varie distorquere et depravare earumque claritatem motus tarditate obscuratam, evanidam reddere et imbecillam: contra quae e turgentibus et calidis exsilirent frequentes et veloces, has recentia et significantia rerum indicia edere[131]).

---

[128]) Vid. supra adnot. 103 et 104.

[129]) Cic. de fin. I, 6. Pseudoplut. de plac. phil. IV, 8. Galen. de elem. sec. Hipp. c. 24.

[130]) Pseudoplut. de plac. phil. V, 2: Δημόκριτος τοὺς ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων παραστάσεις (ἀπεφήνατο).

[131]) Plutarch. sympos. VIII, 10, p. 735: ὁ Δημόκριτός φησιν ἐγκαταβυσσοῦσθαι τὰ εἴδωλα διὰ τῶν πόρων εἰς τὰ σώματα καὶ ποιεῖν τὰς κατὰ τὸν ὕπνον ὄψεις ἐπαναφερόμενα· φοιτᾷν δὲ ταῦτα πανταχόθεν ἀπιόντα καὶ σκευῶν καὶ ἱματίων καὶ φυτῶν, μάλιστα δὲ ζώων ὑπὸ σάλου πολλοῦ καὶ θερμότητος, οὐ μόνον ἔχοντα μορφοειδεῖς τοῦ σώματος ἐκμεμαγμένας ὁμοιότητας, —— ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ ψυχὴν κινημάτων καὶ

Praeterea ab invidis philosophus Abderitanus simulacra emitti censuit neque sensus plane expertia neque impetus, plena malitiae et fascinationis emittentium, quae hanc fascinationem afferentia simulque insinuata et inhaerescentia aliis eorum qui fascinantur corpus et animum turbarent et vexarent [132]). Imaginum sive εἰδώλων ope divinationis etiam partem quandam explicuisse videtur Democritus; sed de hac re nihil certi proditum est [133]).

Somnum fieri statuit, non defatigatione corporis, sed immixtione tenuis cujusdam materiae majore quam sit immixtio caloris animalis, cujus tenuis materiae abundantia mortem afferri putat. Esse autem hanc corporis, non animi affectionem [134]). Apud Lucretium libro IV v. 917 seqq. haec tantum leguntur:

> Principio somnus fit, ubi est distracta per artus
> Vis animae, partimque foras ejecta recessit
> Et partim contrusa magis concessit in altum.
> Dissolvuntur enim tum demum membra fluuntque.

βουλευμάτων τῶν ἑκάστῳ προσόντων καὶ ἠθῶν καὶ παθῶν ἐμφάσεις ἀναλαμβάνοντα συνεφέλκεσθαι, καὶ προσπίπτοντα μετὰ τούτων, ὥσπερ ἔμψυχα, φράζειν καὶ διαστέλλειν τοῖς ὑποδεχομένοις τὰς τῶν μεθιέντων αὐτὰ δόξας καὶ διαλογισμοὺς καὶ ὁρμάς, ὅταν ἐνάρθρους καὶ ἀσυγχύτους φυλάττοντα προσιμίξῃ τὰς εἰκόνας. Τοῦτο δὲ μάλιστα ποιεῖ, δι' ἀέρος λείου τῆς φορᾶς γινομένης ἀκωλύτου καὶ ταχείας. Ὁ δὲ φθινοπωρινός, ἐν ᾧ φυλλοχοεῖ τὰ δένδρα, πολλὴν ἀνωμαλίαν ἔχων καὶ τραχύτητα διαστρέφει καὶ παρατρέπει πολλαχῇ τὰ εἴδωλα, καὶ τὸ ἐναργὲς αὐτῶν ἐξίτηλον καὶ ἀσθενὲς ποιεῖ τῇ βραδυτῆτι τῆς πορείας ἀμαυρούμενον, ὥσπερ αὖ πάλιν πρὸς ὀργώντων καὶ διακαιομένων ἐκθρώσκοντα πολλὰ καὶ ταχὺ κομιζόμενα, τὰς ἐμφάσεις νεαρὰς καὶ σημαντικὰς ἀποδίδωσιν. Cf. Aristot. de divin. per somn. cap. 2.

[132]) Plutarch. sympos. V, 7, p. 682: Τῶν δὲ Δημοκριτείων εἰδώλων —— ἃ φησιν ἐκεῖνος ἐξιέναι τοὺς φθονοῦντας, οὔτ' αἰσθήσεως ἄμοιρα παντάπασιν, οὔτε ὁρμῆς, ἀνάπλεά τε τῆς ἀπὸ τῶν προϊεμένων μοχθηρίας καὶ βασκανίας· μεθ' ἧς ἐμπλασσόμενα καὶ παραμένοντα καὶ συνοικοῦντα τοῖς βασκαινομένοις ἐπιταράττειν καὶ κακοῦν αὐτῶν τό τε σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν.

[133]) Aristot. de divin. per somn. cap. 2: Δημόκριτος εἰδωλα καὶ ἀπορροὰς αἰτιώμενος κ. τ. λ. Fortasse etiam huc referri potest liber περὶ εἰδώλου ἢ περὶ προνοίης. Vide supra pag. 136. Sed incerta res est.

[134]) Pseudoplutarch. de plac. phil. V, 25: Λεύκιππος οὐ κόπῳ σώματός φησι τὸν ὕπνον γίνεσθαι, ἀλλὰ κράσει τοῦ λεπτομεροῦς πλείονι τῆς ἐγκράσεως τοῦ ψυχικοῦ θερμοῦ· οὐ τὸν πλεονασμὸν αἰτίαν θανάτου. Ταῦτα δ' εἶναι πάθη σώματος, οὐ ψυχῆς.

Nam dubium non est, animaï quin opera sit
Sensus hic in nobis, quem quum sopor impedit esse,
Tum nobis animam perturbatam esse putandum est
Ejectamque foras: non omnem; (namque jaceret
Aeterno corpus perfusum frigore leti,
Quippe ubi nulla latens animaï pars remaneret
In membris); cinere ut multa latet obrutus ignis,
Unde reconflari sensus per membra repente
Possit et ex igni caeco consurgere flamma.

Etsi prior locus ad Leucippum, posterior ad Epicurum spectet, tamen quum Democritum similia docuisse probabile sit in hac testium paucitate qui de Democrito silent utrumque testimonium exhibuimus. Quid mali ex imaginum incursione hominibus accidere possit, facile e superioribus colligitur, idque ipsum praeterea his verbis apud Plutarchum Quaest. symp. VIII, 8. Abderita noster significavit: ὅτι καὶ κόσμων ἐκτὸς φθαρέντων καὶ σωμάτων ἀλλοφύλων ἐκ τῆς ἀπορρύσεως ἐπιῤῥεόντων, ἐνταῦθα πολλάκις ἀρχαὶ παρεμπίπτουσι λοιμῶν καὶ παθῶν οὐ συνήθων. Ab his de quibus locuti sumus simulacris sive imaginibus (εἰδώλοις), quae e corporibus effluunt ideoque etiam ἀπορρύσεις, *effluvia* nominantur, distingui oportet eas imagines quas divinitate praeditas esse credidit Leucippi discipulus.

Etenim ajebat simulacra quaedam appropinquare hominibus, atque eorum alia benefica esse, alia malefica. Quamobrem ipse optabat, ut bona sibi simulacra occurrerent. Haec autem magna et ingentia esse opinabatur et difficulter quidem interire, non esse tamen interitui non obnoxia. Significare insuper hominibus futura, propterea quod aspectabilia essent et vocem emitterent. Ea ab antiquis visa pro diis esse habita affirmabat; neque vero praeter haec alium esse deum natura interitus experte praeditum [135]). His Democriti verbis a Sexto servatis praecipua philosophi nostri de diis doctrina continetur. Sed quum immutabilem naturam solis atomis assignasset earumque motibus praefecisset necessitatem, e decretorum suorum ratione insecabilia corpora divina esse praecipere et necessitatem deam vocare poterat. Cujus tamen rei certa vestigia in veterum

[135]) Vid. fragm. phys. 3.

scriptis non supersunt. At motus ratione habita, sicut in corpore humano animam laevibus rotundisque atomis constare voluit: ita omnino rotunda igneaque corpuscula deum et mundi animam appellavit. Sic exponenda sunt verba: Δημόκριτος λέγει νοῦν τὸν θεὸν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ, ut legitur apud Stobaeum [136]), vel τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν, ut est apud Pseudoplutarchum [137]). Quamobrem fieri potest, ut etiam animum humanum propter atomorum ex quibus conflatus est divinitatem, divinae naturae participem esse doctrinae auctor dixerit. Quae si recte conjeci, faciles ad explicandum videbuntur duo Ciceronis loci quibus Abderitae nostri in definienda numinis divini natura inconstantiam tangit. Ait enim libro I de nat. deor. cap. 12: „Quid Democritus, qui tum imagines earumque circuitus in deorum numero refert, tum illam naturam, quae imagines fundat ac mittat, tum scientiam intelligentiamque nostram, nonne in maximo errore versatur? Quum idem omnino, quia nihil semper suo statu maneat, neget esse quidquam sempiternum, nonne deum omnino ita tollit, ut nullam opinionem ejus reliquam faciat?" et cap. 43: „Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus in primis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit mutare videtur in natura deorum. Tum enim censet imagines divinitate praeditas inesse in universitate rerum: tum principia mentis quae sunt in eodem universo deos esse dicit: tum animantes imagines quae vel prodesse nobis solent vel nocere: tum ingentes quasdam imagines tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus." In priore loco imagines earumque circuitus eleganter dicit Tullius pro imaginibus circumvagantibus; natura, quae imagines fundit ac mittit, ipsa necessitas (ἀνάγκη) est, quippe quae atomorum concursum regens sola fundere imagines possit; denique scientiam et intelligentiam nostram accipi oportet pro mente quam ab anima non differre Democritus docuit, quippe qui, ut vidimus pag. 398. vel plantis mentem et cognitionem inesse traderet. In poste-

---

[136]) Stob. Eclog. phys. I, 1.

[137]) Pseudoplut. de plac. phil. I, 7.

riore loco principia mentis sunt atomi globosae per aërem circumvolitantes [138]), quarum concursu mens exsistit; porro imagines divinitate praeditas refero ad νοῦν τὸν θεὸν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ de quo supra dixi; praeterea animantes imagines quae vel prodesse nobis solent vel nocere esse liquet εἴδωλα ἀγαθοποιὰ ἢ κακοποιά, de quibus apud Sextum Democritus loquitur; denique ingentes illas imagines, quae tantae sunt, ut universum mundum complectantur extrinsecus, apparet esse εἴδωλα μεγάλα τε καὶ ὑπερφυῆ, quorum item apud Sextum mentio est. Sed licet haec magna et ingentia simulacra non discrepare voluerit Democritus ab iis quae benefica et malefica nominavit, tamen non putaverim Ciceronem errasse; siquidem non prorsus a verisimilitudine abhorret philosophum Abderitanum, qui in omnibus rebus varietatem quandam amabat, aliis locis has de quibus agitur imagines magnitudine inter se diversas esse statuisse earumque nonnullas tantas esse memorasse, ut eos qui quotidie nascerentur atque interirent innumerabiles mundos extrinsecus complecterentur. Ciceronis [139]) verba mutarunt atque in sententiam prorsus alienam detorserunt Minucius Felix in Octavio cap. 19 et Augustinus epist. 56. Horum igitur nulla nobis ratio est habenda. Seponendi praeterea videntur duo Clementis loci, quibus scriptor ille ab aliorum testimoniis longe discedit. Alter est Strom. V, §. 88, ubi legitur: τὰ γὰρ αὐτὰ πεποίηκεν εἴδωλα τοῖς ἀνθρώποις προσπίπτοντα καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἀπὸ τῆς θείας οὐσίας, alter est Protrept. 5: ὁ δὲ Μιλήσιος Λεύκιππος καὶ ὁ Χῖος Μητρόδωρος διττάς, ὡς ἔοικεν, καὶ αὐτὼ ἀρχὰς ἀπελειπέτην, τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν· προσέθηκε δὲ λαβὼν τούτοιν τοῖν δυοῖν τὰ εἴδωλα ὁ Ἀβδηρίτης Δημόκριτος. Haec partim falsa esse nullo negotio

---

[138]) Aristot. de respir. cap. 4 (cf. adn. 97): ἐν γὰρ τῷ ἀέρι πολλὰν ἀριθμὸν εἶναι τῶν τοιούτων ἃ καλεῖ ἐκεῖνος νοῦν καὶ ψυχήν.

[139]) Semel Cicero (de nat. deor. II, 30) *simulacra* et *imagines* ita distinguit, ut illa pro Democriti εἰδώλοις ponat, has de Epicuri diis qui quasi corpus et quasi sanguinem habent, accipiat. Sed alibi promiscue utroque vocabulo ad exprimenda illa εἴδωλα utitur. Catius *spectra* dixerat. Cf. epist. ad Fam. XV, 16.

vincere licet, partim ita dicta, ut non appareat, erraveritne Clemens an ea quae aliunde nota sunt parum perspicue retulerit. Denique ignoro quo jure Plinius Hist. nat. II, 5 scripserit: „innumeros quidem deos credere atque etiam ex virtutibus vitiisque hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut, ut Democrito placuit, duos omnino, Poenam et Beneficium, majorem ad socordiam accedit." Cf. tamen fragm. spur. 9, pag. 327. Haec fere Democriti fuerunt de diis placita, quae quidem ex universa disciplinae ratione consequuntur, in quibus multa sunt, quae vellem accuratius a veteribus esse narrata. Nunc mihi paucis agendum est de iis quae quasi extra disciplinam posita sunt.

Democritus quum vulgares Graecorum de diis opiniones sprevisset, tamen harum opinionum originem indicaturus ex rebus admirabilibus quae in mundo fiunt suspicatus est homines pervenisse ad deorum notionem. Videntes enim, inquit, veteres, quae in sublimi accidunt, ut tonitrua et fulgura et fulmina, et astrorum coitus, solisque et lunae defectiones, perterrebantur, rati deos esse eorum auctores [140]). Sed doctorum sui temporis hominum paucos ait sublatis in eum locum manibus quem aërem appellamus, Jovem vocare: omnia hunc et scire et dare et auferre rerumque universitatis regem esse credentes [141]). Quare in enarrandis carminibus Homericis ita versatus est, ut allegorica interpretatione res divinas illustraret. Jovem igitur Solis loco, ambrosiam pro vaporibus quibus Sol nutriretur haberi oportere decrevit [142]). Minervam autem prudentiam esse existimavit, Τριτογενείας nomen a tribus muneribus quibus prudentia homines bearet fluxisse praecipiens [143]). His nequaquam contraria sunt quae ex Democriti opere nescio quo Cicero [144]) allegat: „sapienter instituisse veteres, ut hostia-

---

[140]) Vid. fragm. phys. 4.

[141]) Vid. fragm. var. argum. 5.

[142]) Cf. Eustath. ad Odyss. XII, pag. 1713 ed. Rom.

[143]) Vid. supra pag. 119 seq.

[144]) Cicero de divinat. I, 57.

rum immolatarum inspicerentur exta, quorum ex habitu atque ex colore tum salubritatis tum pestilentiae signa percipi, nonnunquam etiam, quae sit vel sterilitas agrorum vel fertilitas futura," et quae apud Orig. contra Celsum lib. VII, 66 leguntur: συμπεριφερόμενον τοῖς πολλοῖς προσποιεῖσθαι τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι, ὁποῖον ποιοῦσιν οἱ τὰ Ἐπικούρου ἢ Δημοκρίτου ἀσπαζόμενοι. Nam quemadmodum Democritus in libris ad solam popularium utilitatem comparatis, quales fuisse ethicos ejus commentarios pag. 161 significavimus, ut eum quem spectabat finem consequeretur, vulgi Graecorum de diis opiniones servavit: ita eum in vita communi, ne displiceret civibus suis, a celebrandis diebus festis atque a sacris faciendis non abhorruisse, cum aliunde conjici licet, tum ex iis quos excitavimus locis probabiliter colligitur.

Accedo ad alium doctrinae Democriteae locum. Temporis diuturnitate factum est, ut homines qui antiquissima aetate animalium discipuli fuerunt, paullatim erudirentur. Namque imitatione nos esse consecutos affirmabat philosophus, ut ab araneis texere et reficere, ab hirundinibus aedificare, ab olore et luscinia suaviter et acute canere disceremus[145]). Itaque eae artes omnium primae inventae sunt, quae ad vitam maxime necessariae videntur, postea illae, quae vel utilitatem quandam vel voluptatem hominibus afferunt. Posterioribus musicam adnumeravit Democritus, quam ab aliis pro vetustissima habitam ipse ex rerum abundantia ortam esse et citerioribus demum saeculis exstitisse dixit[146]).

Sed quamvis homines multum profecerint, tamen Democrito judice revera nihil sciunt; in profundo enim veritas latet[147]). Nam quum praeter atomos et inane nihil ei verum

---

[145]) Plutarch. de sollert. animal. p. 974 (p. 55, vol. X ed. Reisk.): γελοῖοι δ' ἴσως ἐσμὲν ἐπὶ τῷ μανθάνειν τὰ ζῶα σεμνύνοντες, ὧν ὁ Δημόκριτος ἀποφαίνει μαθητὰς ἐν τοῖς μεγίστοις γεγονότας ἡμᾶς· ἀράχνης ἐν ὑφαντικῇ καὶ ἀκεστικῇ· χελιδόνος ἐν οἰκοδομίᾳ· καὶ τῶν λιγυρῶν, κύκνου καὶ ἀηδόνος ἐν ᾠδῇ, κατὰ μίμησιν.

[146]) Cf. fragm. var. argum. 4.

[147]) Cf. fragm. phys. 5.

videretur, figuras ut atomorum proprias, ejusdem veritatis participes esse sibi persuaserat: at colores, sapores et quidquid sensibus percipimus non esse nisi quatenus ad alia referrentur atque in aliis essent praecepit[148]). Quamobrem obscuram vocavit rerum cognitionem quae sensibus pararetur, genuinam quam mentis ope consequeremur; ideoque ubi corporis nostri sensus non sufficerent, ad rationem esse confugiendum existimavit[149]). Nec mirum. Atomi enim omnis concretionis expertes et sola mentis acie contemplandae ut omnes veritatis numeros continent, ita quidquid verum esse perhibetur ad earum similitudinem accedere nec nisi mente considerari oportet. Neque enim corporis sensus auxilio vocandi sunt nisi in rebus corporeis atque idcirco obscuris[150]). Neque oculis et auribus videre et audire possemus, nisi rerum corporearum effluvia ad mentem penetrarent. Sed quum quidquid scimus et somniamus imaginum et effluviorum incursione in animum nostrum illatum sit, effluvia autem et imagines ex atomis constent, ipsam veritatem intueri possemus, si simulacra nullo corporis sensuum interventu turbata in animum e subtilissimis conflatum atomis illaberentur. Tum enim veritatis cognitio atomorum similitudine niteretur. Sensus igitur, quos tenebricosos nominat Democritus ap. Cic. Acad. prior. II, c. 23 ad id quod verum est cernendum non magis prosunt, quam obsunt. Hic non vereor, ne quis dicat animum e Democriti placitis ut atomorum compagem non esse nisi corpus ideoque ad verum percipiendum non aptiorem quam corpus; siquidem utriusque discrimen ex

---

[148]) Fragm. phys. 24.

[149]) Fragm. phys. 1, p. 206.

[150]) Sic explico Diotimi de Democrito testimonium apud Sextum Empiricum adv. math. lib. VII, §. 140, pag. 400 ed. Fabr.: Διότιμος δὲ τρία κατ' αὐτὸν ἔλεγεν εἶναι κριτήρια, τῆς μὲν τῶν ἀδήλων καταλήψεως τὰ φαινόμενα, ὥς φησιν Ἀναξαγόρας, ὃν ἐπὶ τούτῳ Δημόκριτος ἐπαινεῖ. Reliqua quae adjicit huc non pertinent. Sunt autem haec: ζητήσεως δὲ τὴν ἔννοιαν (περὶ παντὸς γὰρ ὧν παῖ μία ἀρχὴ τὸ εἰδέναι, περὶ ὅτου ἐστὶν ἡ ζήτησις)· αἱρέσεως δὲ καὶ φυγῆς τὰ πάθη. Τὸ μὲν γάρ, ᾧ προσοικειούμεθα, τοῦτο αἱρετόν ἐστιν· τὸ δὲ, ᾧ προσαλλοτριούμεθα, τοῦτο φευκτόν ἐστιν. In his verbis ea quae uncis inclusimus petita videntur ex Plat. Phaedr. p. 237. b. ed. Steph. Extrema ad mores referenda sunt.

atomorum quae utrique contigerunt differentia pendet. Sunt enim mobiles illae animi atomi ad intelligendum accommodatiores quam illae quae in corpore insunt. Ex iis quae Democriti verbis a Sexto servatis adjuti modo disputavimus colligi par est, scepticam Democriti rationem quam memorat Aristoteles [151]), *aut nihil esse verum aut nobis non apparere*, e philosophi nostri doctrina necessario effici.

Sine dubio olim in scriptis et eam professus erat Abderita sententiam cujus saepius meminit Aristoteles [152]), et quam ipsi supra posuimus, vera esse ea quae sensibus apparerent. Sed hanc in earum numero fuisse putamus, quae Plutarcho teste postea Democritus rejecit [153]). Etsi vero non credimus quod ait Joh. Philoponus ad Arist. de anim. β'. 16, Democritum antea idem quod Protagoram de rerum cognitione statuisse, quum e Plutarcho constet, eum nonnulla Protagorae decreta impugnasse [154]), tamen temporis progressu philosophum Abderitanum postquam multa melius percepisset, quandam dogmatum partem mutasse aut accuratius definivisse, ex iis etiam colligi potest quae de opere κρατυντηρίων inscriptione ornato a veteribus prodita sunt [155]).

Ultimum in Democriti disciplina locum morali philosophiae concedimus. Quippe hanc disciplinae partem cum reliquis scitis ita tantum colligavit auctor ut eorum quae philosophando invenerat alia ad mores formandos transferret, alia hic omitteret, sed in illorum locum substitueret quae vulgo a Graecis

---

[151]) Arist. Metaph. p. 177 ed. Br.: Δημόκριτός γέ φησιν ἤτοι οὐθὲν εἶναι ἀληθὲς ἢ ἡμῖν γ' ἄδηλον.

[152]) Aristot. de gener. et interitu I, 2: ἐπεὶ δ' ᾠοντο τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ φαίνεσθαι, ἐναντία δὲ καὶ ἄπειρα τὰ φαινόμενα, τὰ σχήματα ἄπειρα ἐποίησαν.

[153]) Plutarch. de virtute morali p. 448 (p. 760, vol. VII ed. Reisk.): Ἀριστοτέλης. Δημόκριτός τε καὶ Χρύσιππος ἕνια τῶν πρόσθεν αὐτοῖς ἀρεσκόντων ἀθορύβως καὶ ἀδήκτως καὶ μεθ' ἡδονῆς ἀφεῖσαν.

[154]) Plutarch. adv. Col. p. 1108 (vol. X, p. 561 ed. Reisk.): ἀλλὰ τοσοῦτόν γε Δημόκριτος ἀποδεῖ τοῦ νομίζειν, μὴ μᾶλλον εἶναι τοῖον ἢ τοῖον τῶν πραγμάτων ἕκαστον, ὥστε Πρωταγόρᾳ τῷ σοφιστῇ τοῦτο εἰπόντι μεμαχῆσθαι καὶ γεγραφέναι πολλὰ καὶ πιθανὰ πρὸς αὐτόν.

[155]) Vid. pag. 136.

credebantur. Physicorum ejus dogmatum vestigia reperimus in fragm. 54 et 119, quibus vulgarem de inferis opinionem perstringit suamque de mortalis naturae dissolutione sententiam tangit. At deorum notione ita usus est, ut semota necessitate et atomorum turba omnique simulacro, nihil nisi Graecorum deos intelligi vellet [156]). Neque enim quisquam eorum quorum causa libros de moribus scriptos a philosopho Abderitano divulgatos esse supra significavimus, aut insecabilia corpora aut principia mentis per rerum universitatem vagantia venerari potuisset. Caeterum si Democritus, antequam de atomis disseret, de morali philosophia commentatus est [157]), omnis ejus in his rebus inconstantia haudquaquam miranda videtur.

Finem bonorum in bono rectoque animi statu posuit in quo animus tranquille et constanter versaretur nullo timore, nulla superstitione, nulla denique alia perturbatione agitatus [158]). Hunc ille statum non solum εὐεστώ, verum etiam εὐθυμίην, ἀθαμβίην, ἀταραξίην, ἀθαυμασίην, ξυμμετρίην, ἁρμονίην atque aliis nominibus appellavit. Oriri eum dixit e voluptatum sejunctione ac distinctione, quam rem longe praestantissimam et hominibus utilissimam esse censuit. Sed illam voluptatum distinctionem eo spectare oportet, ut non corporis sed animi bona quaerentes a rebus perituris avocemur. Neque vero quidquam bonum rectumque est et ad veram voluptatem hominibus praebendam idoneum, nisi quod cum honestate conjunctum sit. Caeterum eorum quae ad summum pervenerunt ac vel utilia nobis vel inutilia sunt terminos haberi convenit voluptatem et molestiam. Bona hominibus non sine labore ac difficultate contingunt, mala necopinantibus accidunt. Verumtamen plurima malorum ingenii perversitate mortalibus eveniunt, qui suam ipso-

---

156) De hac re pag. 161 disputavimus.

157) Cf. pag. 101.

158) Diog. Laert. IX, 45: τέλος δὲ εἶναι τὴν εὐθυμίαν, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ὡς ἔνιοι παρακούσαντες ἐξεδέξαντο, ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου ἢ δεισιδαιμονίας ἢ ἄλλου τινὸς πάθους· καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ εὐεστὼ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασι. Cf. fragm. moral. 1.

ipsorum culpam in fortunam conferre solent. At parum resistit prudentiae fortuna ac pleraque mens perspicax in vita moderatur [159]). Porro animi tranquillitas oritur e modica voluptate et vita aequabili; omnis autem tam inopia quam abundantia in deterius mutari magnosque in animo motus concitare solet. At animi qui quasi sede sua expulsi magnis intervallis ultro citroque moventur, nec constantes sunt neque tranquilli. Quare ad ea quae fieri possunt intendi animum ac praesentibus contentum esse decet, eorum qui felices judicantur et in admiratione sunt, non valde memorem neque eos curantem, sed hominum aerumnosorum vitas intueri convenit reputantem, quantis miseriis conflictentur, ut tua res tuaque fortuna magna tibi et lauta videatur, neve posthac plura cupienti accidat, ut animo excrucieris. Nam qui cum livore suspicit eos qui divites et beati vocantur, cupiditatibus suis ad mala facinora perpetranda impellitur. Quapropter unum quemque decet aliena non appetere, suis autem acquiescere, comparantem suam ipsius vitam cum eorum vita qui deteriore sunt conditione, et se ipsum beatum praedicare, reputantem secum, quae illi patiantur, ut meliore quam isti sorte et vita fruatur. Hanc qui amplectitur sententiam laetius quam alii et tranquillius vivit, neque paucas vitae humanae pestes, invidiam, aemulationem, odium propulsat [160]).

Praeterea animi tranquillitatem tuemur prospera corporis valetudine. Spernendae enim sunt corporis voluptates, res venereae, omnis denique perniciosa libido [161]). Deinde rejicienda sunt et vitanda omnia quae animum turbant, mortis metus, avaritia, tenacitas [162]). In rebus adversis prudentia opus est [163]). Sedandi etiam ratione dolores, minuenda desideria, refrenandae cupiditates, vincenda ira [164]). Adde quod labores ad ani-

---

159) Fragm. moral. 1 — 18.

160) Fragm. moral. 20.

161) Fragm. moral. 46—50 et Plutarch. de anim. 1, 2, p. 461, tom. V ed. maj. Wyttenb.

162) Fragm. moral. 53 — 70.

163) Fragm. moral. 73.

164) Fragm. moral. 74 — 83.

mi tranquillitatem prosunt. Sed ut inertiam fugere debemus, ita labores declinare nos decet majores quam quibus ferendis pares simus[165]). Hoc unusquisque mortalium sui cognitione assequitur, quae simul in judicandis aliorum vitiis et virtutibus justitiam docet[166]). Qui turpia facit primum se ipsum vereri debet[167]); quare non metu, sed officii causa peccatis abstinendum[168]). Propria libertatis libera statuitur oratio; quapropter laudari oportet quae laude digna sunt, vituperari quae vituperationem merentur. At in utraque re nihil difficilius esse solet opportuni temporis cognitione. Idcirco ne vera quidem omni tempore et loco dici par est[169]).

Ad veram felicitatem consequendam nihil reperitur efficacius litteris et doctrina, maxime vero mente multiplicis sapientiae plena[170]). Porro hominum vita benevolentia, beneficentia et amicitia continetur[171]). Neque vero utrumque sexum aeque ad benevolentiam proclivem philosophus habuit, sed mulieres multo promtiores quam viros ad astutiam et malignitatem esse censuit[172]). Caeterum mulieris imperio parere contumeliam et ignaviam extremam appellavit[173]). Matrimonium et liberorum procreationem quum ipse forsitan fugisset, alios ad idem vitae genus capessendum Abderita cohortatus est, adoptandos potius quam generandos esse liberos statuens[174]).

De republica ita judicavit Democritus, ut licet popularem ejus formam summis celebraret laudibus[175]), tamen perspectis liberarum Graeciae civitatum incommodis[176]) regni commoda

---

[165]) Fragm. moral. 84 — 92.
[166]) Fragm. moral. 93 — 96.
[167]) Fragm. moral. 101.
[168]) Fragm. moral. 117.
[169]) Fragm. moral. 120 — 125.
[170]) Fragm. moral. 127 — 142.
[171]) Fragm. moral. 144 — 173.
[172]) Fragm. moral. 175.
[173]) Fragm. moral. 179.
[174]) Fragm. moral. 184 — 188.
[175]) Fragm. moral. 211.
[176]) Fragm. moral. 205.

probe intelligere videretur[177]). Porro omni modo justitiam[178]) et diligentem publicorum munerum administrationem commendans[179]) legibus obediendum esse praecepit, quae eam haberent vim, ut quum ad homines beneficiis ornandos constitutae essent obedientibus salutarem suam naturam ostenderent[180]). Postremo quamvis sibi persuasisset magistratus et honores petendos esse[181]), tamen non eo consilio munera suscipi voluit, ut gloriam sequeremur[182]), sed ut civibus nostris prodesse liceret.

Haec atque alia in eandem sententiam a Democrito de morali philosophia dicuntur; de qua quamquam posteriores philosophi subtilius disseruerunt, tamen vel haec doctrinae initia cum Cicerone[183]) praeclara nominare non dubitamus.

---

[177]) Fragm. moral. 195.

[178]) Fragm. moral. 203.

[179]) Fragm. moral. 204.

[180]) Fragm. moral. 197.

[181]) Fragm. moral. 195.

[182]) Plutarch. reip. ger. praec. p. 820 (vol. IX, p. 266 ed. Reisk.): ἐπεὶ τήν γε ἀληθινὴν τιμὴν καὶ χάριν ἱδρυμένην ἐν εὐνοίᾳ καὶ διαθέσει τῶν μεμνημένων οὐχ ὑπερόψεται πολιτικὸς ἀνήρ, οὐδέ γε δόξαν ἀτιμάσει, φεύγων τὸ τοῖς πέλας ἀνδάνειν, ὡς ἠξίου Δημόκριτος.

[183]) Cic. de fin. V, 29. „Certe, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit (Democritus), agros deseruit incultos, quid quaerens aliud nisi beatam vitam? Quam si etiam in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa investigatione naturae consequi volebat, bono ut esset animo. Ideo enim ille summum bonum εὐθυμίαν et saepe ἀθαμβίαν appellat, id est animum terrore liberum. Sed haec etsi praeclare, nondum tamen et perpolita. Pauca enim, neque ea ipsa enucleate ab hoc de virtute quidem dicta."

INDEX VOCUM DEMOCRITEARUM *).

Ἀ βραχέως καὶ δασέως ἐκφερόμενον ἄτινα σημαίνει· παρὰ δὲ Δημοκρίτῳ ἴδια. Photius pag. 4 et Suidas iisdem verbis lexici initio.

Ἀγκυρηβόλιον. fragm. phys. 10.

Ἀδημοσύνη. Stob. VI, 55.

Ἀλληλοτυπίη. Galen. de elem. sec. Hipp. cap. 10.

Ἀμαυρίσκω. Cod. Florent. Joann. Damasc. in Gaisfordii editione Stob. IV p. 384.

Ἀμειψικοσμίη· μετακόσμησις παρὰ Δημοκρίτῳ. Etym. M.

Ἀμειψιῤῥυσμεῖν· μεταλλάσσειν τὴν σύγκρισιν ἢ μεταμορφοῦσθαι. Hesych.

Ἀμειψιῤῥυσμίη. Cf. inter Democriti scripta libros 19 et 20.

Ἀμφιδήτιοι· ὡς κρίκοι διάκενοι παρὰ Δημοκρίτῳ. Hesych. Idem ἀμφιδέες· ψέλλια, κρίκοι propterea quod ἀμφιδέουσιν. Similem notionem continent ὁ ἀμφιδέτης, ἡ ἀμφιδέα et τὸ ἀμφίδεον. Democritus adjective dixit ἀμφιδήτιος, ut patet ex Hesychii explicatione, apud quem fortasse corrigendum est ἀμφιδέτιοι.

Ἀνάψυσις. fragm. libr. de animal. nr. 5.

Ἀνεόρταστος. Stob. Flor. XVI, 21.

Ἀνίημι· ἀνίεμαι. fragm. moral. 235. Cf. πορίζω.

Ἀντιλογέομαι i. q. ἀντιλογέω. Sent. aur. n. 51. Cf. quae notavimus inter Democriti scripta ad libr. 51 περὶ ῥημάτων.

Ἀπανδόκευτος. Stob. Flor. XVI, 21.

Ἀπάτητον· τὸ ἀνωμάλως συγκείμενον παρὰ Δημοκρίτῳ. Hesych. Quod si recte se habet, ferrum sic vocasse censendus est, de quo ex Democriti opinione Theophrastus libr. de sensu §. 59. τὸν μὲν γὰρ σίδηρον ἀνωμάλως συγκεῖσθαι.

Ἀπογαράξεις βαθμοειδεῖς κώνου. fragm. var. arg. 1.

Ἁρπεδονάπται. De his diximus lib. I, cap. 1, adn. 11.

Ἀσκληρές· ἰσόπλευρον παρὰ Δημοκρίτῳ. Hesych. Conjecerunt viri docti ἀσκελές, alii ἀσκαυρές. In codice scriptum est ἀσκαληρές. Sed quum

*) Hunc vocum Democritearum indicem ipse confeci, reliquos rogatu meo Aemilius Zieglerus Lusatus, vir optimarum artium studiis mirifice deditus, concinnavit.

apud Hesychium et in Etym. M. ἀεικής exponatur σκληρός, Suidas autem ἄεικες recte videatur ἀνόμοιον interpretari, distinguens illud ab ἀεικές quod pro ἀπρεπές dicitur, ἀσκληρές idem valere potest quod ὅμοιον, ἴσον, et ubi περὶ τῶν πλευρῶν disputatur, ἰσόπλευρον.

Ἀφολκή. Clem. Alex. Strom. II, §. 138. p. 421. C.

Βροχμώδης· ἡ νοτερὰ καὶ ἁπαλή. Δημόκριτος. Hesych. Democritus sine dubio βροχμός, de quo nomine vide Hesychium s. h. v. et Etym. M. p. 285, 16 pro *humore* usurpavit. Inde βροχμώδης *humidus*. Caeterum hoc vocabulum de oculis *humidis* ac *teneris* a philosopho usurpatum esse colligendum videtur ex Hesychii interpretatione. Scripserat enim mea opinione Democritus ὄψις βροχμώδης. Cujus de hac re judicium servavit Theophrastus de sens. §. 50 (fragm. phys. 13) τοὺς ὑγροὺς τῶν σκληρῶν ὀφθαλμῶν ἀμείνους εἶναι πρὸς τὸ ὁρᾶν, εἰ ὁ μὲν ἔξω χιτὼν ὡς λεπτότατος καὶ πυκνότατος εἴη.

Βρόχος· ἀγκύλη· Δημόκριτος, ἀγχόνη, δεσμός. Hesych.

Γέμμα· γάμμα. Vid. quae notavimus ad Democriti libr. 31 περὶ ῥημάτων.

Δείκελον· εἴδωλον. Etym. M. v. δείκελον· παρὰ Δημοκρίτῳ κατ' εἶδος ὁμοία τοῖς πράγμασιν ἀπόῤῥοια. Hesych.: δείκελα· ἀπόῤῥοια.

Δέλτα, δέλτατος. Cf. adnot. ad Democriti libr. περὶ ῥημάτων.

Δέν· *aliquid*; a Democrito de *corpusculis individuis* potissimum dictum. διορίζεται (ὁ Δημόκριτος) μὴ μᾶλλον τὸ δέν, ἢ τὸ μηδὲν εἶναι, δὲν μὲν ὀνομάζων τὸ σῶμα, μηδὲν δὲ τὸ κενόν. Plutarch. adv. Colot. p. 1108 (vol. X, p. 561 ed. Reisk.). Sic et Alcaeus auctore Zenobio dixerat κ' οὐδὲν ἐκ δενὸς γένοιτο *nihil ex hilo fiat*. Cf. Etym. M. p. 639, 17. Aristoteles de Democrito loquens δέν interpretari solet τὸ ὄν; neque aliter Simplicius ad phys. f. 68. b. προσαγορεύει —— τῶν οὐσιῶν ἑκάστην τῷ τῷδε καὶ ναστῷ καὶ τῷ ὄντι. Apud Galenum libr. de elem. sec. Hipp. ubi nunc legitur: καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτ' εἴρηκεν αὐτός, ἓν μὲν τὰς ἀτόμους ὀνομάζων, μηδὲν δὲ τὸ κενόν, librariorum culpa δέν mutatum est in ἕν.

Δεξαμεναί· ὑδάτων δοχεῖα, καὶ ἐν τῷ σώματι φλέβες. Δημοκρίτου. Hesych. Similis est epica vox εἰαμενή.

Διαθιγή· τάξις. Explicuimus hanc vocem in adnot ad fragm. moral. 22. Cf. praeterea adn. ad fragm. phys. 30.

Διωθεῖσθαι. Cf. adnot. ad Democriti libr. περὶ ῥημάτων.

Δόξις· δόξα. Sext. Empir. pag. 400 ed. Fabric. (fragm. phys. 1). Similiter Homerus φῆμις pro φήμη.

Δυσχοῖ· πωμάζει παρὰ Δημοκρίτῳ. Δυσχῶσαι· πωμάσαι. Hesych.

Δυσθυμεῖσθαι. Cf. adn. ad libr. περὶ ῥημάτων.

Ἐγκαταβυσσοῦσθαι. Plutarch. sympos. quaest. VIII, 10, p. 735.

Εἶδος· ἀδιαίρετον σῶμα, ἄτομος. Cf. adnot. ad fragm. phys. 14.

Ἐκπετάσματα· titulus libri 38, de quo supra.

Ἐπικαινουργέειν. Stob. Flor. I, 40 (fragm. moral. 20).

Ἐπιῤῥυσμίη. Sext. Empir. pag. 400 ed. Fabric. (fragment. phys. 1). Ἐπιῤῥύσμιον· ἐπιῤῥέον. Hesych. Quidam ἐπιῤῥυσμίη apud Sextum ad-

jectivum esse volunt, mihi substantive accipiendum videtur. Cf. adnot. ad fr. phys. 1.

Επισύρροια. Aelian. de animal. nat. XII, 20 (fragm. libr. de animal. ?)

Ἐπιτηδειέστατος. Cf. adn. ad libr. περὶ ῥημάτων.

Ἠριδαντεύς· ἠριδάντης. Plutarch. Sympos. I, 1, p. 614; Clemens. Alexandrin. Strom. I, p. 279.

Ἐτεή· ἡ ἀλήθεια. Sext. Empir. p. 399 ed. Fabric. Ἐτεά· ἀγαθά, ἀληθῆ. Hesych. Ἐτεῇ λέγει ἀντὶ τοῦ ἀληθείᾳ Sextus Emp. Pyrrh. hyp. I. 214. p. 54 ed. Fabr. Ὅπερ δ' αὖ πάλιν ἐτεῇ λέγει παρὰ τὸ ἐτόν, ὅπερ ἀληθὲς δηλοῖ, ποιήσας τοὔνομα. Galen. de element. sec. Hipp.

Εὐθύγνωμος. Democr. in cod. Flor. Joann. Damasc. in Gaisford. Stob. Tom. IV, p. 406 (fragm. moral. 135).

Εὔλογχος· (λόγχη sors). Plutarch. de orac. def. p. 419 et vit. Aemil. p. 255. Εὐλογχεῖν· εὐμοιρεῖν. Hesych.

Θῆτα, θήτατος. Cf. adn. ad libr. περὶ ῥημάτων.

Ἰδέη· ἡ ἄτομος, individua rei imago. Cf. adnot. ad Democriti libr. 20.

Ἰθύτρην· εἰς ων οὐδέτερον μονογενὲς ἢ εἰς ην ἢ εἰς αν ἢ εἰς εν ἢ εἰς ν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν· τὸ γὰρ ἰθύτρην παρὰ Δημοκρίτῳ βεβίασται. Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου. Theognost. ap. Bekker. anecd. p. 1168 et ap. Cramer. anecd. graec. II, p. 79 cum scholio: μονογενῆ δὲ εἰπὼν ὁ κανὼν ὀνόματα νοεῖ. Democritea vox *directionem* videtur significare.

Ἰμαντελικτεύς Plutarch. Sympos. I, 1, p. 614. Clemens Alex. Strom. I, p. 279.

Ἰσάτις· i. e. color ἰσάτιδος. fragm. phys. 38.

Κακοφραδμοσύνη. Stob. LXXXIII, 62.

Καταφρονεῖν· μαστεύειν, ζητεῖν. fragm. libr. de agric. 2, §. 33.

Κρατυντήρια. titulus libri 21.

Κίναδος. fragm. moral. 208.

Λαρυγγισμός. Plutarch. de sanit. tuend. p. 129.

Λάπαθος· Δημόκριτος τοὺς παρὰ τῶν κυνηγετῶν γινομένους βόθρους λαπάθους καλεῖ διὰ τὸ κεκενῶσθαι. Etym. M. v. ἀλαπάζειν et Cramer. anecd. gr. I. Eadem paulo copiosius leguntur in Bachmanni anecd. gr. I, p. 64 et in Bekkeri anecd. p. 374 his verbis: Ἀμέλει Δημόκριτος τοὺς βόθρους τοὺς πρὸ τῶν κυνηγῶν σκαπτομένους, οἷς ὑπεράνω κόνις λεπτὴ ἐπιχεῖται καὶ φρύγανα ἐπιβάλλεται, ἵνα οἱ λαγωοὶ ἐμπίπτωσιν εἰς αὐτούς, λαπάθους φησὶ καλεῖσθαι.

Λεσχηνεύομαι. Cf. adn. ad libr. περὶ ῥημάτων.

Μεταῤῥυσμοῦν· μεταμορφοῦν καὶ μεταῤῥυθμίζειν vid. adn. ad fragm. moral. 133.

Μῶ· μῦ. Cf. adn. ad libr. 51.

Ναστόν. Vid. adn. ad libr. 37.

Νικέω· νικάω. fragm. moral. 200.

Νώνυμον τὴν τῶν ὁμοίων ἔλλειψιν ὁ Δημόκριτος ὀνομάζει. Vid. ad libr. 51.

'Ολοοίτροχος· Δημόκριτος τὸ κυλινδρικὸν σχῆμα ὁλοοίτροχον καλεῖ. Etym. magn. Schol. Iliad ν' 137 Bekk. Vid. Buttmanni Lexil. II, p. 234 seqq.

'Ορθοσύνη. Sentent. aur. 6.

Πανσπερμίη ἀτόμων. Aristot. de anim. I, 2. De gener. et corr. I, 2, Phys. III, 4 et de coel. III, 4.

Πέφυκαν. Cf. fragm. libr. de agric. 2, §. 27.

Πλατυμέτωπος. Aelian. de anim. nat. XII, 19.

Πορίζειν pro πορίζεσθαι. Cf. adn. ad libr. 51.

Πυκνάρμων· ὁ πυκνῶς ἁρμοστός. Stob. phys. 594.

'Ρυσμός· σχῆμα. Cf. adn. ad libr. 19.

'Ρυσμοῦν ap. Stob. IV, 73. 'Ρυσμοῦσθαι· συγκρίνεσθαι. Hesych.

Σοῦς. Aristot. de coel. IV, 6: φησὶ γὰρ οὐκ εἰς ἓν ὁρμᾷν τὸν σοῦν, λέγων σοῦν τὴν κίνησιν τῶν ἄνω φερομένων σωμάτων.

Σπουδαιόμυθος. fragm. moral. 217.

Συγγόνη· σύστασις· Δημόκριτος. Hesych.

Τενθρηνιῶδες· sic nonnulli legunt fragm. 7 librorum de animalibus. Hesych.: τενθρήνιον· κηρίον. τενθρηνιῶδες· πολὺ καὶ κενὸν κηρίον καὶ ἀραιόν. Schneiderus scribi volebat: πολύκενον κηρίον καὶ ἀραιόν, rectius alii πολύκενον ὡς κηρίον καὶ ἀραιόν.

Τρηματῶδες· σηραγγῶδες. fragm. 7. de animal.

Τροπή· θέσις. Cf. adn. ad libr. 19.

Φλεβοπαλίη· Δημόκριτος φλεβοπαλίαν καλεῖ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν. Erotian. voc. Hippocr. Est igitur φλεβοπαλίη nihil nisi ὁ τῶν φλεβῶν παλμός. Cf. Bekkeri Anecd. vol. I, p. 374, 14. Phot. p. 4, 8.

Φυλλορρόειν. fragm. astronom. 1.

Φυλλοχοεῖν. Plutarch. Symp. VIII, 10, p. 735.

Φυσιοποιεῖν. fragm. moral. 133.

Φύσις· τὸ ἄτομον σῶμα. Simplic. phys. 310. a.: οἱ περὶ Δημόκριτον τὴν κατὰ τόπον κίνησιν κινεῖσθαι λέγουσι τὴν φύσιν, τουτέστι τὰ φυσικὰ καὶ πρῶτα καὶ ἄτομα σώματα. Ταῦτα γὰρ ἐκεῖνοι φύσιν ἐκάλουν. Cod. Flor. Damasc. ap. Gaisf. in Stob. ed. Tom. IV, p. 72: φύσις —— ἀτόμων καὶ κενοῦ· ταῦτα γὰρ εἶναι μόνα φύσεις.

χρηέοντα. Stob. Flor. XLIV, 15. Eclog. eth. II, 9, 3.

INDEX RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM.

Ἀγαθὸς, prudens. p. 264.
ἀγίγαρτοι σταφυλαί. p. 248. agric. n. 3.
ἀδελφοί, i. q. frater et soror. p. 37. n. 8.
ἀδέσποτος λύπη, dolor nullo quasi rationis freno coercitus. p. 278.
ἀδημοσύνη, moeror e fastidio natus. p. 282.
ἀήρ, αἰθήρ et αὔρα. p. 360. 61.
ἀθαμβίη, stuporis et admirationis vacuitas. p. 279.
αἰσθητικά, pass. sensu, quae sub sensus cadunt. p. 259.
αἰμύλος, i. q. ἀστεῖος, συνετός. p. 315.
αἰτίαι, quaestiones, in titulis libror. philosophicor. p. 138.
ἀκηδής et ἀνακηδής, sine ulla molestia et cura. p. 289. et 314.
ἀκήρατος, purus, incorruptus, de beatiss. Deor. natura. p. 266.
ἀκοή, auris. p. 342.
ἀλλοφρονεῖν, mente alienari. p. 214. ph. n. 19.
ἁλμυρός. p. 217. ph. n. 25. et ph. n. 27.
ἄλογοι γραμμαί, lineae irrationales. p. 142.
ἀμειψιῤῥυσμίαι, mutationes formarum. p. 135.
ἀμελεῖν, c. dat. conjunctum. p. 312.
ἀμπέλου φύτευσις. p. 249. agric. n. 5.
ἄν, de hujus partic. cum conjunct. εἰ consociatae usu. p. 257.
ἀνδάνειν, c. accus. conjunct. p. 269.
ἀνίεναι pro ἀνίεσθαι, aliaque similia. p. 149. et 319.
ἀντὶ praep., ἀνταμοιβήν designat. p. 280.
ἀνυστά, quae diuturno labore parata sunt. p. 278.
ἀπάθεια, apud Epictetum pro ἀναισθησία. p. 342.
ἀπηλλάχθαι ἑτεῆς. p. 205. ph. n. 1.
τὸ ἀπλανές τοῦ ἀληθοῦς, erroris vacuitas. p. 206. ph. n. 1.
ἀποκτᾶσθαι, privari, inferioris aetatis vox. p. 330.
ἀπολύειν, infinitivi hujus singularis usus. p. 305.
ἀπόφασις, effatum. p. 209. ph. n. 9.
ἀπορῤῥοαί, effluvia, i. e. imagines quae e corporibus effluunt. p. 409.

ἀπορρροή, effluvium. p. 211. ph. n. 13. — ἀπορροὴ τῆς μορφῆς, simulacrum. p. 212. ph. n. 14.
ἀποτύπωσις, imaginis conformatio. p. 211. ph. n. 14.
ἀποχάραξις, incisura. p. 236. var. n. 1.
Ἁρπεδονάπται, geometrae (funigeri) Aegyptiorum. p. 4. n. 11.
ἁρπεδόνη, i. q. ἅρπη. ibid.
ἀτερπίη et ἀτερψίη. p. 256.
αὔξη, i. q. αὔξησις. p. 231. de animal. n. 7.
ἀφράδμων et ἀφράσμων. p. 306.

βαρύς. p. 214. 15. ph. n. 21. 22.
βάσανος, gen. mascul. inferioris aetatis est. p. 330.
βατράχιον ἢ χρυσάνθεμον, ranunculus. p. 345. agric. n. 2. §. 30.
βελίτης, i. q. τοξικός. p. 366.
βουγενής. p. 371.
βόες τομίαι. p. 229. de animal. n. 6.
βούτομον, butomum. p. 344. agric. n. 2. §. 28.

γίγνεσθαι et γίνεσθαι. p. 262.
γιγνώσκειν et γινώσκειν. p. 262.
γλυκύς. p. 217. ph. n. 25. et 218. ph. n. 27.
γνώριμος, i. q. ἑταῖρος, p. 9. n. 23.

δέν pro δν. p. 376. n. 2.
δενδρίτιδες ἄμπελοι, vites arboribus maritatae. p. 250. agric. n. 5.
δενδρολίβανον, i. q. λιβανωτίς. p. 370. (p. 251. agric. n. 10).
δειματέεσθαι i. q. δειματοῦσθαι. p. 208. ph. n. 4.
τὸ δέον τῷ δοκέειν, specie necessarium. p. 284.
διαθιγή, contactus, atque i. q. τάξις. p. 262.
διάκοσμος, ordinata mundi compositio. p. 129.
διακρίνειν, discernere, separatim spectare. p. 347.
διαλέγεσθαι. p. 318.
διαχεῖσθαι, mollescere, maturescere. p. 355.
διορίζεσθαι. p. 209. ph. n. 8.
δίκη pro καταδίκη. p. 305.
Δῖος, nomen primi mensis Macedonici, Novembris. p. 362.
δοκιμάζειν τὰς φαντασίας. p. 61.
δριμύς. p. 217. ph. n. 25. et 219. ph. n. 29.

τρίτῃ ἑβδομάδι, i. q. τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ. p. 371.
εἶδος, ἰδέη, φύσις, partim atomorum forma, partim ipsae atomi. p. 135. et 341.
εἴδωλα, simulacra et imagines, ap. Cicer. p. 411. n. 139.
εἴπερ τινὶ βουλομένῳ ἂν ᾖ. p. 256. 57.
ἐκπετάσματα, extentae rerum delineatarum imagines. p. 143.
ἐκτρέπειν τινά, fugare (amicos). p. 298.
ἐκτρέπεσθαι τινά, fugere aliq. obvium. p. 298.
ἔλαιον. p. 247. agric. n. 2. §. 43. et 254. n. 12.
τῶν ἐλάφων ἡ τῶν κεράτων ἀνάφυσις. p. 228. de animal. n. 5.
ἔμβρυα ἐκπίπτοντα. p. 227. de animal. n. 4.

ἐμπρησμός, p. 52. n. 61.
ἐμφαίνεσθαι, illabi, incurrere. p. 401.
ἔμφασις, imaginum illapsus. p. 211. ph. n. 13. p. 214. n. 15. et p. 401.
ἐναπόληψις, injectus vacuorum spatiorum. p. 215. ph. n. 22. et p. 221. n. 33.
ἐνάρετος, virtute pollens, inferioris aetatis vox p. 332.
ἐνδέειν, deesse, conjunct. c. dat. rei. p. 315.
ἐνυπάρχειν, contineri aliqua re. p. 355.
ἐντύπωσις, imaginis informatio. p. 212. ph. n. 14.
ἐπ' ἔτε' ὀγδώκοντα, *per* octoginta annos. p. 8. n. 21.
ἕπεσθαι, ap. Hom. et Jones, obedire. p. 302.
ἐπὶ πᾶσι, i. q. *post* omnes, postremo. p. 5. n. 12.
ἐπιβάλλειν, intrans. contingere, ad aliq. pertinere. p. 284.
ἐπιβάλλουσα τύχη, fortuna praesens. ibid.
τὰ ἐπικτά. p. 178. n. 79.
ἐπιμέζων, major. p. 264.
ἐπίῤῥυτοι (φερόμεναι) πηγαί, juges fontes. p. 211. agric. n. 2. §. 11.
ἐπιῤῥυσμίη, affluentia, res extrinsecus allata. p. 335.
ἐργάζειν, forma activa. p. 285.
ἐρέεσθαι (ἐρᾶσθαι), c. accus. rei amatae constr. p. 256.
ἐρυθρός. p. 223. ph. n. 35.
ἐρυσίβη, robigo. p. 250. agric. n. 5.
ἑταῖροι, discipuli philosophorum. p. 9. n. 23.
ἑταῖρος, magister, ap. Platonem. ibid.
ἔτος Δημοκρίτειον. p. 144.
ἐφ' ἡμέρῃ, *ab* initio diei. p. 320.
ἔχειν pro παρέχειν. p. 298 n. 168.
ὁ ἔχων, dives. p. 261. οἱ μὴ ἔχοντες, pauperes. p. 314.
εὐεστώ, εὐθηνία, εὐθυμία (cf. Hes. h. v.) εὐστάθεια Epicuri. p. 121. 22 et 309. n. 206.
εὐθηνεῖν, florere, pollere. p. 301 n. 185.
εὔλογχος, secunda fortuna eveniens. p. 207. n. 3.

ζέρνα, originem ducit a ζέρεθρα (βάραθρα), quae sunt loca concava et paludosa. p. 367.
Ζεύς (ἀήρ). p. 237. var. n. 5.

ἡλικία, de ellipsi huj. vocab. p. 301.
ἡμίονοι. p. 226. de animal. n. 3.

Θράσυλλος, Θρασύλος, Θρασύλαος, variae ejusd. nominis formae. p. 96 n. 3.

ἰδέη, εἶδος, φύσις, part. atomorum forma, part. ipsae atomi. p. 135.
ἰέναι ἐς τὰς τιμάς. p. 314. n. 214.
ἰθύς, praeceps. p. 238. var. n. 8.
ἴονθοι, i. q. ἐκφύματα σκληρά, vari ap. medicos. p. 368 (agric. n. 2. §. 38).
ἵππουρις, equisetum. p. 344 (agric. n. 2. §. 27).
ἰσάτις, glastum, et glasti color. p. 355 (ph. n. 38).
ἰτέας καρπός. p. 251 (agric. n. 9).

ἰχθύες. p. 226. de animal. n. 2.
ἴχνιον τῶν ποδῶν ap. Stob. Floril. XVI, 17. coll. Xenoph. Conv. II, 2, §. 11. p. 276. n. 70.

καθάπτεσθαι, testes adhibere. p. 335. ph. n. 1.
κακοφραδμοσύνη, consilium alteri noxium. p. 299. n. 175.
καρποῦσθαι, pass. fructum esse, aut fieri. p. 319. n. 236.
καρύϊνος. p. 225. ph. n. 39.
κάρτα, i. q. μεγάλως, ἐκτενῶς. p. 260. n. 20.
κατατίθεσθαι (κατατιθέναι) τὴν χάριν, benefacere alicui. p. 296. n. 155.
καταφρονεῖν (ὕδωρ), aquam quaerere. p. 367 (agric. n. 2. §. 33).
καταψηφιστέος (pro corrupto καταψηφισματέος), p. 305. n. 203.
κῆρες ap. Democr. p. 266. n. 41.
κινεῖν τὴν κατάληψιν, rejicere comprehensionem, intellectum. p. 205. n. 1.
κιξάλλης (a κιχάνειν) fur. p. 311. n. 209.
κλῆμα, fulcrum. p. 209. ph. n. 10.
κλωσμός, vox ap. Atticos haud insolens. p. 267. n. 48.
κοσκινεύεσθαι. p. 207. ph. n. 2.
κοῦφος. p. 214. 15. ph. n. 21. 22.
κρατυντήρια, superiorum librorum confirmatio, libri probativi. p. 136.
κυανοῦς. p. 225. ph. n. 38.
κυβιστᾷν. p. 276. n. 70.
κυλίεται δόξα, versatur opinio. p. 206. ph. n. 2.
κυπάρισσος. p. 250. agric. n. 8.
κύπειρος ἢ ζέρνα, cyperus. p. 345 (agric. n. 2. §. 32).

λαγωοί. p. 254. agric. n. 13.
λείριον, i. q. κρίνον, lilium 2. νάρκισσος. p. 366 (agric. n. 2. §. 28).
λεσχηνεύεσθαι. p. 295. n. 143.
λευκός. p. 220. ph. n. 32. et p. 222. ph. n. 34.
λευκήπειρος, opp. τῷ μελαγγείῳ. p. 246 (agric. n. 2. §. 39).
λέων. p. 226 (de animal. n. 1).
λιβάδες. p. 242 (agric. n. 2. §. 14).
λίθος, i. q. magnes. p. 140.
λιμός, gen. fem. et ap. Jones et posteriores script. p. 264. n. 33.
λιπαρός. p. 217. ph. n. 25.
λόγος, apophthegma. p. 126. 2. rerum ratio et causa naturalis. p. 357. n. 41.
λόγιοι, qui patriae historiam callent. p. 360. n. 5.

μάθησις, rerum perceptarum cognitio, disciplina. p. 319. n. 236.
μάλα, c. comparativo junctum, multo. p. 318. n. 228.
μαλακός. p. 215. ph. n. 22.
μαλακόκισσος. p. 345 (agric. n. 2. §. 31).
οὐ μᾶλλον ἤ, sec. Diog. Laert. IX, 75. p. 376. n. 3.
μέλας. p. 221. ph. n. 33. et 222. n. 34.
μέλι. p. 254. agric. n. 12.
μέλισσαι βουγενεῖς. p. 251. agric. n. 11.
ἐν μέρει, deinceps. κατὰ μέρος, singulatim. p. 340. n. 13.

μεταμέλεσθαι, μεταμέλει, μεταμέλεια, eo sensu quo postea Christiani scriptores usurparunt. p. 286. 87. n. 102.
μεταπίπτειν, permutari. p. 205. ph. n. 1.
μετέχειν μοῖραν, c. simil. locutionib. comparatur. p. 303. n. 194.
ἡ μουσική. p. 237. var. n. 4.
μυρσίνη. p. 250. agric. n. 7.

ναστός, solidus; it. opp. τῷ κενῷ.
νόμῳ, opinione s. instituto. p. 204. ph. n. 1. et p. 208. ph. n. 5.

ὄγκος, quantitas s. moles. p. 217. ph. n. 26.
ὀδμή et ὀσμή, odor. p. 290 et 370. (cf. p. 225. ph. n. 40).
οἰκήϊος i. q. ἴδιος. p. 284. n. 93.
οἶτος, simpliciter sors, fatum. p. 274. n. 58.
ὀξύς. p. 217. ph. n. 25. et 218. ph. n. 27.
ὁρίζειν, decernere, de judice. p. 305. n. 203.
ὅταν, c. indicat. p. 335.
οὗτος, attributi vice fungitur. p. 286. n. 100.
ὀχέειν, ferre. p. 257. n. 11.
ὄψις, oculus. p. 342. ph. n. 15.

παρὰ, originationem designat. p. 352. n. 30.
παραμυθία, probabilis ratio. p. 206. ph. n. 2.
παράπηγμα, tabula astronomica, Calendarium. p. 144.
παρεικάζεσθαι τῇ Διὸς φωνῇ. p. 209. n. 2. (cf. p. 94. adn. 1).
πάροδος, vox scenica, de processione in scenam dicta. p. 223. n. 249.
πεντάφυλλον, quinquefolium. p. 344 (agric. n. 2. §. 29).
πεπανθεῖσαι σταφυλαί. p. 250. agric. n. 6.
περὶ τὴν γένεσιν. p. 338. n. 11.
περιστάσεις, res adversae, inferioris aetatis vox. p. 329. n. 22.
πικρός. p. 217. ph. n. 25. et 218. ph. n. 27.
πολύγονος (ὗς καὶ κύων). p. 226. de animal. n. 3.
πορίζειν pro πορίζεσθαι, aliaq. similia. p. 149.
πόροι, foramina. p. 243 (agric. n. 2. §. 22). et p. 353. ph. n. 33.
πορφυροῦς. p. 224. ph. n. 38.
πράσινος. p. 224. ph. n. 38.
προσάπτεσθαι, c. accus. conjunctum. p. 284. n. 92.
προσαρμόζειν, intransitive dictum. p. 274. n. 67.
προσκοπεύειν, i. q. προσκοπεῖν. p. 297. n. 159.
προτροπή, i. q. θέσις. p. 352. ph. n. 30.
πτέρναι, extremitates (radices) petrarum sub monte. p. 308 (agric. n. 2. §. 39).
πτεροφύησις. p. 253. agric. n. 11. §. 33.

ῥεῦμα ἀτόμων. p. 405.
ῥοιά. p. 250. agric. n. 7.
ῥυσμός (ῥυθμός), typus, figura. p. 132—35. et 306. n. 205.
ῥυσμοῦσθαι, erudiri, p. 259. n. 16. 2. i. q. συγκρίνεσθαι. p. 293. n. 133.

Σαώκης, Samothraciae mons. p. 367 (agric. n. 2. §. 10).
σκαληνία. p. 351. ph. n. 28. (cf. σκαληνός. p. 219. n. 28.)
σκῆνος, corpus. p. 292.
σκληρός. p. 215. ph. n. 22.
σομφός. p. 211. ph. n. 13.
σταβλίον, deter. graecit. pro ἔπαυλις. p. 372 (agric. n. 11. §. 36).
σταθμός, gravitas. p. 215. ph. n. 21.
στήλη, poenarum genus ap. Atticos. p. 304. n. 203.
στραγγώδης, foraminatus. p. 230. n. 7.
στρέφειν τι φρεσίν. p. 321. n. 241.
στρυφνός et στυφνός, austerus. p. 348 (ph. n. 25. et 27).

ταῦροι ἀκέρῳ. p. 230. de animal. n. 7.
τελευτᾶν εἰς κακοδοξίην. p. 194. n. 190.
τὶς et τὶ, omiss. p. 265. n. 41. p. 312. n. 213. p. 315. n. 219. et p. 344. n. 16.
τοσοῦτον χρωμάτων, genitivi usus. p. 355. n. 39.
τρηματώδης, vox Dem. i. q. στραγγώδης, foraminatus. p. 230. n. 7.

ὕδρευμα, i. q. ὑδρεῖον, aquationis locus. p. 363 (agric. n. 2. §. 9).
ὑδροσκοπεῖσθαι, (memorab. ejus artis ratio). p. 247 (agric. n. 2. §. 42).
ὑδροφαντική, i. q. ὑδρομαστευτική vel ὑδροσκοπική. p. 239 (agric. n. 2. §. 1 sqq. et §. 47).
ὑπεροχή, magnitudo. p. 347. ph. n. 51.
ὑποθῆκαι, praecepta. p. 129.
ὑπόνομος, cuniculus. p. 247 (agric. n. 2. §. 41).

φαντασία, 1) imaginatio, 2) res imaginaria, 3) perceptio imaginaria. p. 349 (ph. n. 23).
φειδός pro φειδωλός. p. 278. n. 71.
φερόμεναι (ἐπίῤῥυτοι) πηγαί, fontes sub montium radicibus sitae. p. 354 (agric. n. 2. §. 11).
φυσιοποιεῖν, naturificare ap. Tertull. p. 293. n. 133.
φύσις, cf. εἶδος v. ἰδέη. cf. p. 241. n. 14.
φύτευσις τῶν διαφόρων τόπων. p. 249 (agric. n. 4).

χειροκίνητα. p. 126. 27.
χειρόκμητα. p. 126. 27.
χειρωνικὰ προβλήματα, res in arte medicina obscurae. p. 128.
χλωρός. p. 223. ph. n. 36. et 225. ph. n. 39.
τὰ χρηέοντα, quae fieri oportet. p. 287. n. 108.
χρόνος, pro *anno*. p. 119.
χρυσοειδής. p. 223. ph. n. 37.

ὠλεσίκαρπος, de salice dictum ap. Hom. p. 370. ph. n. 9.
ὧν μέν — ὧν δέ, inferioris aetatis junctura. p. 330. n. 24.
ὡς στυγέοντες, simulantes odium. p. 269. n. 54.

INDEX SCRIPTORUM QUI IN HOC OPERE VEL EMENDANTUR VEL EXPLICANTUR.

Abderitarum quae fertur epist. ad Hippocratem — pag. 38. 72 et 75.
Aelianus, Var. Histor. IV, 20, — pag. 40. n. 20. p. 44. n. 32 et 33. — p. 70. et 87 n. 50.
— — — IV, 29. — pag. 25 (cf. p. 16 et 17).
— de animal. natura V, 39. — pag. 226 (n. 1).
— — — VI, 60. — — 139 (n. 31).
— — — IX, 64. — — 357 (n. 2).
— — — XII, 16. — — — (n. 3).
— — — —, 17. — — — (n. 4).
— — — —, 18. — — — (n. 5).
— — — —, 19. — — — (n. 6).
— — — —, 20. — — — (n. 7).
Ammianus Marcell. 28, 4. — pag. 139 (n. 31).
M. Antoninus Philosophus, III, 3. — pag. 91.
Antonius Melissa — pag. 88 et 90. — p. 279 (*moral.* n. 76). 292 (n. 130). 296 (n. 155). 318 (n. 229). 322 (n. 243). 322 (n. 246). 326—32 (*spur.* n. 6—32). 332 et 33 (n. 36—38). 334 (n. 45).
Aristoteles de anima I, 2. — pag. 397. n. 91. et p. 400. n. 100.
— — II, 7. — — 402. n. 111.
— — III, 2. — — 406. n. 126.
— — III, 3. — — 400. n. 102.
— de coelo I, 7. — pag. 380. n. 21.
— — II, 13. — — 389. n. 55.
— — III, 2. — — 384. n. 33.
— — III, 4. — — 380. n. 19. p. 387. n. 42. p. 393. n. 69.
— — IV, 6. — — 385. n. 34.
— de generat. et interitu I, 2. — pag. 220 (*phys.* n. 31). — p. 381. n. 24. — p. 386. n. 36. — p. 415. n. 152.
— — — I, 7. — pag. 380. n. 22.
— — — I, 8. — — 373. n. 1. 378. n. 10 et 11.
— de generat. animal. II, 4. — pag. 396. n. 88.
— — — II, 6. — — 383. n. 28.
— — — IV, 1. — — 396. n. 87.
— — — V, 8. — — 376. n. 5.

Aristoteles de partib. animal. I, 1. — pag. 375.
— — — III, 4. — — 396. n. 89.
— de respiratione c. 4. — pag. 399. n. 97. et 411. n. 138.
— de sensilibus c. 2. — pag. 404. n. 115.
— — c. 4. — — 405. n. 122.
— Ethic. Nicomach. V, 7, 6. — pag. 42. n. 28.
— Histor. animal. lib. IX. c. 39. — pag. 139 (n. 31).
— Metaphysic. I, 4. — pag. 9. n. 23. (cf. p. 49. 50). 133. 376 et 381. n. 23. — XII, 2. p. 337. (*phys.* n. 7). — p. 157. ed. Brand. p. 387. n. 42. — p. 177. ed. Brand. p. 415. n. 151.
— Meteorologic. I, 8. — pag. 391. n. 62.
— Physic. III, 4. — — 379. n. 15.
— — III. 5. p. 188. ed. Bekk. — pag. 381. n. 23.
— — IV, 6. 7. — pag. 377. n. 4 et 5.
— — VIII, 1. — — 379. n. 14. — p. 388. n. 48.
— Politic. I, 11. — pag. 42. n. 29.
Athenaeus, Deipnosophist. II, p. 46. F. — pag. 90.
— — IV, 19. — pag. 60. n. 13. et 114. n. 2.
— — VIII, 41. — — 84. n. 45.
Boëthius de musica I, 1. — pag. 88.
Cassianus Bassus, Geoponic. I, 5. — pag. 361 (n. 1).
— — — II, 6. — — 362—68 (n. 2).
— — — IV, 7. — — 368 (n. 3).
— — — V, 4. — — 369 (n. 4).
— — — V, 5. — — 246 (n. 5).
— — — V, 45. — — 246 (n. 6).
— — — X, 29. — — 370 (n. 7).
— — — XI, 5. — — 250 (n. 8).
— — — XI, 13. — — 370 (n. 9).
— — — XI, 16. — — 370 (n. 10).
— — — XV, 2. — — 371. 72 (n. 11).
— — — XV, 7. — — 372 (n. 12).
— — — XIX, 4. — — 372 (n. 13).
Celsus, praef. lib. de re med. — pag. 11. n. 31. (cf. p. 28). et 88.
Censorinus de die natali c. 15. — pag. 24. (cf. p. 15). — c. 21. p. 33 sq.
Chronicon Paschale ed. Dindorf. — pag. 21. 26. (cf. p. 14).
Cicero ad Atticum IV, 16. et VII, 7. — pag. 84. 85. n. 45.
— de finibus V, 29. — pag. 41 sq. 67. 122 et 419.
— de nat. Deor. I, 12. — pag. 410.
— — I, 23. — — 85. 86. n. 45.
— — I, 43. — — 85. n. 45. et p. 410. et 411.
— — II, 30. — — 411. n. 139.
— Tuscul. disput. V, 39. — pag. 41 sq. et 67.
Clemens Alexandr., Protreptic, §. 66. p. 19. S. p. 57. 59. P. — pag. 411. 12.
— — — §. 68. p. 20. S. — pag. 359 (*var.* n. 5).
— Stromat. I. §. 69. p. 131. S. p. 356. P. — pag. 124. 25.
— — — — p. 131. S. p. 357. P. — pag. 3. n. 8 et 10. — p. 19. 20. — p. 47 (cf. p. 44. n. 36). — p. 52. 53. — p. 361 (*var.* n. 6).

Clemens, Stromat. I. §. 139. p. 145. S. p. 402. P. — pag. 33—36
— — II. §. 130. p. 179. S. p. 498. P. — pag. 121.
— — V. §. 88. p. 252. S. p. 698. P. — pag. 411. 12.
Columella de re rustica V, 1, 6. — pag. 5. n. 11.
Cyrillus cont. Julianum lib. I. — pag. 13. 14. 26.
Democrates ap. Orell. n. 1. — pag. 334 (n. 41).
— — — n. 3. — — 255. 56 (n. 6).
— — — n. 4. — — 288 (n. 112).
— — — n. 16. — — 271. 72 (n. 62).
— — — n. 18. — — 271 (n. 59).
— — — n. 34. — — 320 (n. 238).
— — — n. 39. — — 323 (n. 248).
— — — n. 48. — — 334 (n. 42).
— — — n. 56. — — 317. 18 (n. 228).
— — — n. 61. — — 318 (n. 231).
— — — n. 66. — — 298 (n. 166).
— — — n. 67. — — 298 (n. 165).
— — — n. 72. — — 297 (n. 163).
— — — n. 80. — — 335 (n. 46).
— — — n. 83. — — 318 (n. 233).
— — — n. 84. — — 323 (n. 249).
— — — n. 85. — — 334 (n. 44).
— — — n. 86. — — 319 (n. 237).
Demosthenes de foedere cum Alex. — pag. 83. n. 45.
Dio Chrysostomus, orat. 53 (init.). — pag. 359. (*var.* n. 3).
Diodorus Siculus, Biblioth. histor. I, 98. — pag. 19 sq. (cf. p. 15. n. 52)
— — — — XIV, 11. — — 22. 23. (cf. p. 15. n. 51)
Diogenes Laertius III, 56. 57. — pag. 96 sq. et p. 100. n. 8.
— — VIII, 74. — pag. 92.
— — IX, 1. — — 294. (*mor.* n. 141).
— — IX, 31. — — 387. n. 45.
— — —, 32. — — 390. n. 5.
— — —, 33. — — 29. et 383. n. 27.
— — —, 34. — — 38. 39. n. 12—14. — p. 49 sq. (cf. p. 8. n. 22).
— — —, 35. — — 40 sq. — p. 43 sq. n. 32.
— — —, 36. — — 40. n. 16. — p. 50. (cf. p. 2. n. 4). — p. 53—57. (cf. p. 46. n. 43). — p. 361. (*var.* n. 7).
— — —, 37. — — 54—47. — p. 285. 86. (*mor.* n. 98)
— — —, 38. — — 50—52. — p. 61—64. — p. 113
— — —, 39. — — 36. n. 4 et 8. (cf. p. 57 sq. n. 1 et 2) — p. 59. 60. — p. 91.
— — —, 40. — — 94. n. 1.
— — —, 41. — — 18. (cf. p. 2. 6. 7. 9 et 36). — p. 24. (cf. p. 10). — p. 30 sq. — p. 35 sq. (cf. p. 3 et 7).
— — —, 42. — — 86. n. 48 et 87.

Dio-

Diogenes Laertius IX, 43. — pag. 23. (cf. p. 15. n. 57). — p. 89. n. 4.
— — —, 44. — — 382. n. 26. — p. 390. n. 57. — p. 393. n. 68. — p. 397. n. 91. — p. 406. n. 126.
— — —, 45. — — 100 sq. — p. 108. n. 19. — p. 416. n. 158.
— — —, 46. — — 113.
— — —, 48. — — 126—29 (n. 9).
— — —, 50. — — 28. 29. (cf. p. 11. n. 30).
— — —, 72. — — 336 (*phys.* n. 5).
— — —, 75. — — 376. n. 3.
Dionysius, Archaeol. I, 73. — pag. 32 sq.
Eusebius, Chronic. — pag. 12 (n. 35).
— — ed. Aucher. — pag. 13. 21 (n. 5). et 26.
— praepar. evangel. X, c. 2 (c. 4). — pag. 3. n. 9. — p. 19. 20. — p. 52. 53.
— — — p. 773. — pag. 379. n. 16.
Etymologicum magn. v. νένωται — pag. 361 (*var.* n. 8).
Geminus, element. astronom. c. 16. — pag. 231 (n. 1).
Gellius, Noct. Att., X, 12. — pag. 73. et 139 (n. 31).
— — X, 17. — — 65. 66.
— — XVII, 21. — — 25 (cf. p. 11. 12). — p. 26—29.
Galenus de elementis sec. Hippocr. tom. I, p. 46. Fr. — pag. 416. n. 126.
— — — — — I, p. 47. Fr. — pag. 376. n. 2.
Hesychius v. Ἐπίκουρος — pag. 110. n. 24.
— v. εὐεστώ p. 121. 22.
— v. παραπλάσματα — pag. 126 (n. 9).
— Miles. — pag. 37. n. 5. et 8.
Hieronymus, Chron. Euseb. ed. Auch. — p. 13.
Hipparchus, ap. Diog. Laert. — pag. 23 (cf. p. 15. n. 57).
Hippocratis, quae feruntur, epistolae — pag. 76—88. — p. 333. 34 (n. 40).
Homerus, Il. χ', 355. — pag. 346.
— Od. κ', 510. — — 370.
Horatius, ejusq. interpr. vet. ad Epp. I, 12, 12. — p. 41 sq. (cf. p. 60).
— Epp. II, 1, — pag. 194 sq. (cf. p. 71).
Joannes Damascen. (Cod. Flor.) in Gaisford. ed. Stob. tom. IV. p. 405. — pag. 293 (*mor.* n. 134. 35). et p. 319 (*mor.* n. 235).
— — IV. p. 406. — pag. 293 (n. 133). et 319 (n. 236).
— — IV. p. 407. — — 295 (n. 143.)
Julianus Imper., ep. 37. — pag. 45 sq. (cf. p. 49).
Juvenalis, schol. ad X, 50. — pag. 2. n. 5.
— X, 33—53. — pag. 71. 86. n. 46.
Lucianus in Macrob. — pag. 23 (cf. p. 15). et p. 90.
— — Philopseud. — pag. 63. 64. n. 24.
— — Vitar. auct. — — 70.
Lucretius III, 371. 72. — pag. 307. n. 92. — p. 110. n. 25.
— IV, 917. — pag. 408. 409.
— V, 620—35. — pag. 392. et p. 110. n. 25.

Maximus — pag. 332. 33 (n. 33—35). et p. 325 (n. 2).
Cfr. Antonius Melissa.
Petronius Arbiter Satyr. p. 22. — pag. 62.
Philo de vita contemplat. p. 891. — pag. 41. n. 26.
Philodemus de musica l. IV. — pag. 110. n. 26. et p. 359 (*var.* n. 4).
Philostratus de sophistis p. 494. — pag. 29.
Phlegon, Longaev. c. 2. — p. 23 (cf. p. 15). et p. 90.
Plato, Hippias major, p. 283. HSt. — pag. 42. n. 28.
— Sophist. p. 246. A. — pag. 109. n. 21.
— Theaetet. p. 152. — pag. 109. n. 21.
Plinius, Natur. Hist. II, 5. — pag. 412.
— — — VII, 56 (55). — pag. 118.
— — — X, 40. — pag. 140 (n. 31).
— — — XVIII, 28. — pag. 58 (cf. p. 43. n. 31).
— — — —, 35. — — 58.
— — — XXV, 5 (2). — — 45 (cf. p. 49).
— — — XXVIII, 8. et 18. — pag. 139. 40. n. 31.
— — — XXX, 1 (2). — pag. 16. n. 61. — p. 27. — p. 42. 43. n. 31. — p. 72.
— — — XXXVII, 10. — pag. 141.
Plutarchus adv. Colot. p. 1108. — pag. 337 (n. 8). — p. 381 (n. 24). — p. 415 (n. 154).
— — — p. 1126. — pag. 280 (n. 85). — et p. 393 (n. 68).
— — Stoicos de comm. notit. p. 1079. — pag. 358 (n. 1).
— de amore prolis p. 495. (cf. de fortit. Rom. p. 317). — pag. 338 (n. 10).
— — occulte vivendo p. 1129. — pag. 320 (n. 241).
— — progressu in virt. par. p. 61. HSt. — pag. 165 (n. 7).
— — sollertia animal. p. 974. — pag. 413 (n. 145).
— — tranquill. p. 465. HSt. — pag. 121. 122.
— — virtute morali p. 448. — pag. 415. n. 153.
— reipubl. gerend. praec. p. 820. — pag. 419. n. 182.
— sympos. disputatt. IV, p. 665. — pag. 338. (*phys.* n. 11).
— — — V, 7. p. 682. — pag. 408. n. 132.
— — — VIII, 10. p. 735. — pag. 407. n. 131.
— vita Camilli c. 19. — pag. 32 sq.
— — Romuli p. 111. — pag. 5. n. 12.
Porphyrius, vita Pythagor. — pag. 51. n. 57.
Proclus, comm. in Plat. de rep. lib. X (p. 614). — pag. 114—117.
Pseudorigenes, philosophic., Opp. I, p. 891. — pag. 383. n. 27. — p. 389. n. 52. — p. 392. n. 65.
Pseudoplutarchus de placitis philosophor. I, 3. — pag. 379. n. 16.
— — — I, 7. — pag. 410. n. 137.
— — — —, 23. — — 382. n. 26.
— — — —, 25 et 26. — pag. 382. n. 26.
— — — II, 15. — pag. 392. n. 66.
— — — —, 16. — — 392. n. 67.
— — — III, 10. — — 389. n. 54.
— — — —, 12. — — 390. n. 56.

Pseudoplutarchus de placit. philos. III, 13. — pag. 389. n. 53.
— — — IV, 3. — — 397. n. 91.
— — — —, 4. — — 398. n. 93. et 94.
— — — —, 13. — — 402. n. 110.
— — — V, 2, — — 407. n. 130.
— — — —, 16. — — 396. n. 86.
— — — —, 25. — — 408. n. 134.
Ptolemaeus, inerrantt. stellar. appariti. et significatt. in Petav. Uranolog. p. 71 sq. — pag. 232 (n. 2).
Seneca, de ira II, 20. — pag. 70.
— de tranquill. c. 15. — pag. 70.
— natural. quaestt. IV, 9. — pag. 406. n. 125.
Sextus Empiricus adv. Mathematicos VII, 116. 17. p. 395. — pag. 337 (*phys.* n. 2).
— — — — VII, 135—39. p. 399. — pag. 135. 262. et 335 (*ph.* n. 1).
— — — — —, 140. p. 400. — pag. 414. n. 150.
— — — — —, 265. p. 423. ed. Fabr. p. 94. n. 1. et 337. 38 (*ph.* n. 9.).
— — — — IX, 19. p. 552. — pag. 336 (*ph.* n. 3).
— — — — —, 24. p. 554. — pag. 336 (*ph.* n. 4).
— — — — X, 181. — pag. 379. n. 14.
— — — — p. 599. — pag. 372. n. 26.
— — Pyrrhon. Hypotyp. I, 123. — pag. 376. n. 3.
Simplicius ad Aristot. de anima fol. 6. — pag. 384. n. 39.
— — — categor. fol. 68. — pag. 406. n. 124.
— — — de coelo fol. 150. a. — pag. 387. n. 42
— — — — — 165. b. — — 377. n. 7.
— — — phys. fol. 7. — pag. 381. n. 24.
— — — — — 8. — — 380. n. 20.
— — — — — 73. a. — pag. 337 (*ph.* n. 6).
— — — — — 96. — — 384. n. 31.
— — — — — 216. — — 378. n. 13.
— — — — — 310. a. — — 384. n. 32.
— — — de sensu fol. 97. a. — pag. 404. n. 116.
Solinus, polyhistor c. 3. — pag. 74.
Sophocles, Antigon. v. 782. Br. — pag. 292 (n. 128.)
Soranus, vita Hippocrat. p. 16. 25. (cf. p. 11 et 16.) et 88.
Stobaeus, Eclog. ethic. II, 7. — pag. 255 (*mor.* n. 1).
— — — II, 8. — — 258 (n. 14).
— — — II, 9. — — 257—59 (n. 12. 13 et 15)
— — — II, 9, 3. — pag. 289 (n. 118).
— — phys. I, 1. — — 410.
— — — I, 17. — — 352 (*ph.* n. 30). — p. 357 (*ph.* n. 41.).
— cod. lib. p. 160. Heer. — pag. 382. n. 26. et 383. n. 30.
— — — 348. H. — pag. 379. n. 16. et 384. n. 32.
— — — 394. H. — — 382. n. 26.

Stobaeus, Eclog. phys. p. 416. Heer. — pag. 389.
— — — — 442. — — pag. 388. n. 51.
— — — — 490. — — — 388. n. 46.
— — — — 532. — pag. 391. n. 58.
— — — — 550. — — 391. n. 59.
— — — — 564. — — 391. n. 60.
— — — — 576. — — 391. n. 61.
— — — — 582. — — 392. n. 64.
— — — — 594. — — 395. n. 74.
— — — — 924. — — 398. n. 96. et 399. n. 98.
Stobaeus, Florileg. I, 39. — pag. 292 (*moral.* 128).
— — I, 40. — — 260. 61 (n. 20).
— — I, 74. — — 263 (n. 28).
— — II, 1. (n. 2. ap. Orell.) — pag. 325 (n. 1).
— — III, 51. — pag. 304 (n. 201).
— — IV, 53. — — 256. 57 (n. 11).
— — —, 71. — — 259 (n. 18).
— — —, 73. — — 259 (n. 16).
— — —, 75. — — 269 (n. 54).
— — —, 80. — — 269 (n. 56).
— — —, 82. — — 270 (n. 58).
— — V, 77. — — 255 (n. 3).
— — VII, 26. — — 278 (n. 76). et 299 (n. 181).
— — X, 37. — — 272 (n. 63).
— — —, 43. — — 271 (n. 59).
— — —, 44. — — 273 (n. 66).
— — —, 45. — — 273 (n. 64).
— — —, 66. — — 262 (n. 22).
— — XII, 13. — — 291 (n. 125).
— — XII, 40. — — 291 (n. 124).
— — XVI, 16. — — 274 (n. 68).
— — —, 17. — — 274—77 (n. 70).
— — XVII, 38. — — 264 (n. 34).
— — —, 40. — — 278 (n. 76).
— — XVIII, 31. — — 267 (n. 46).
— — —, 37. (n. 51. ap. Orell.) — pag. 325 (n. 3).
— — XXII, 42. — pag. 302 (n. 190).
— — —, 63. — — 280 (n. 86).
— — XXIX, 64. — — 280 (n. 84).
— — —, 88. — — 280. 81 (n. 87).
— — XXXIV, 19. (n. 60. ap. Orell.) — pag. 326 (n. 4).
— — XXXVI, 24. — pag. 295 (n. 144).
— — XXXVII, 23. — — 288 (n. 114).
— — XXXVIII, 46. — — 291 (n. 123).
— — XL, 7. — — 317 (n. 225).
— — XLIII, 42. — — 311 (n. 211).
— — —, 43. — — 312 (n. 212).
— — —, 44. — — 312—14 (n. 213).

Stobaeus, Florileg. XLIII, 45. — pag. 314 (n. 214).
— — —, 46. — — 314 (n. 215).
— — XLIV, 16. — — 309 (n. 206).
— — —, 17. — — 303 (n. 194). et p. 310 (n. 207).
— — —, 18. — — 310. 11. (n. 208.)
— — XLVI, 43. — — 304 (n. 203).
— — —, 44. — — 304 (n. 203).
— — —, 48. — — 305—9 (n. 205).
— — LXXVI, 16. — — 301. 2 (n. 188).
— — —, 17. — — 300 (n. 184).
— — LXXXI, 11. — — 316. 17 (n. 222. 23).
— — LXXXIII, 26. (n. 91. ap. Orell.) — p. 326 (n. 5).
— — LXXXVIII, 25. — pag. 277 (n. 71).
— — XCII, 14. — — 273 (n. 67).
— — XCIV, 24. — — 269. 70 (n. 57).
— — XCVII, 24. 25. — pag. 263 (n. 24).
— — XCVIII, 65. — pag. 265. 66 (n. 41).
— — CIII, 25. — — 282—84 (n. 92).
— — CXV, 21. — — 315 (n. 218).
— — CXVI, 41. — — 315 (n. 219).
— — CXX, 20. — — 290 (n. 119).
Strabo I, c. 4. §. 7. p. 65. Cas. — pag. 145 sq.
— XIV. c. 1. §. 30. p. 644. C. — pag. 82. n. 42.
Tertullianus, Apologetic. c. 46. — pag. 66.
Theognis, v. 26. — pag. 269. n. 56.
Theophrastus de causis plantar. VI, 2. — pag. 350 (*phys.* n. 26).
— — — — VI, 4. — — 349. 51.
— — — — VI, 6. — — 349 (*phys.* n. 25).
— de sensu et sensilibus
§. 49. — pag. 339 (*phys.* n. 12).
§. 50. — — 340 (— n. 13).
§. 51. — — 341 (— n. 14).
§. 53. — — 403. n. 112. et p. 405. n. 120.
§. 54. — — 342 (*ph.* n. 15). et p. 403. n. 114.
§. 55. — — 342 (— n. 16).
§. 56. — — 344 (— n. 17).
§. 57. — — 345 (— n. 18). et p. 403. n. 114.
§. 58. — — 345 (— n. 19).
§. 61. — — 346 (— n. 21).
§. 62. — — 348 (— n. 22).
§. 63. et 64. — pag. 348 (*ph.* n. 23).
§. 65. — pag. 350 (*phys.* n. 27).
§. 66. — — 351 (— n. 28).
§. 67. — — 352 (— n. 29).
§. 69. — — 216 (— n. 24).
§. 71. — — 398. n. 114.
§. 72. — — 346 (*phys.* n. 20).

Theophrastus de sensu et sensilibus
§. 75. — pag. 354 (*phys.* n. 35).
§. 76. — — 354 (— n. 37).
§. 77. — — 355 (— n. 38).
§. 78. — — 355 (— n. 39).
§. 79. — — 354 (— n. 34).
§. 82. — — 223 (n. 36). et p. 355 (n. 40).
Thrasyllus, ap. Diog. Laert. IX, 41. — pag. 24 (cf. p. 10. n. 25. et 26).
— ejusd. Tetralogiae Platonis — pag. 97—99.
— — — Democriti — pag. 100—106.
Jo. Tzetzes, Histor. var. chil. III. hist. 61. — pag. 90.
— — — — — VII, 155. — pag. 16 (cf. p. 23).
Js. Tzetzes ad Lycophronis Alexandram s. Cassandram v. 519. — pag. 119.
Valerius Maximus VIII, 7. — pag. 41. n. 22. et p. 54 (cf. p. 47).
Varro de lingua latina VII, 37. — pag. 97. n. 7.
Xenophon, Cyropaed. I, 6. 12. — pag. 265 (n. 41).
— Sympos. 2, §. 11. — pag. 276.

MENDA TYPOTHETICA.

pag. 15. v. 18. pro Σωρατὸν lege Σωρανὸν.
— 18. v. 22. — veterum l. verum.
— 24. v. 44. — ubi l. ibi
— 42. v. 17. — omnibusquue l. omnibusque.
— 63. v. 63. — latronos l. latrones.
— 70. v. 14. — 16. l. 15.
— 90. v. 28. — Thermophoria l. Thesmophoria.
— 97. v. 33. — βοόλεται l. βούλεται.
— 109. v. 7. — suscipiendiae l. suscipiendae.
— 116. v. 35. — mutandom l. mutandum.
— 117. v. 12. — ἀποθανόντα l. ἀποθανόντα.
— 131. v. 32. — οὐρανῶ l. οὐρανῷ.
— 132. v. 3. — Hippor. l. Hippocr.
— 133. v. 8. — ἀλλὰ l. ἄλλα.
— 146. v. 1. — commentatoriorum l. commentariorum.
— — v. 16. — Sandrocattam l. Sandrocottum.
— 151. v. 35. — icta l. ictu.
— 153. v. 8. — lege: Tertium caput e Geoponicorum lib. IV petitum simili Theophrasti loco satis munitur. Quartum caput e Geoponicorum libro V depromtum Columellae et Palladii testimoniis defenditur.
— 165. v. 10. — ἐφίεσθαι l. ἐπίεσθαι.
— 178. v. 10. — ἐφικταί l. ἐπικταί.
— 185. v. 16. — ἐφικτόν l. ἐπικτόν.
— 190. v. 33. — subdolas l. subdolus.
— 191. v. 4. — del. comma post ὕποπτος.
— 196. v. 13. — μαχανὴ l. μηχανὴ.
— 200. v. 21. — labores l. laboris.
— 202. v. 33. — centemnet l. contemnet.
— 207. v. 6. — Ὄκου l. ὅκου.
— — v. 25. — cibri l. cribri.
— 208. v. 6. — ὑπονοήσαντος l. ὑπονοήσαντες.
— — v. 8. — μετέωροισι l. μετεώροισι.
— 210. v. 22. — a primo l. a prima.
— 210. v. 32. — desinit l. definit.
— 213. v. 3. — οὖν l. οὖν.
— 223. v. 15. — 38. l. 37.
— 239. v. 16. — καταλείπτεται l. καταλείπεται.
— 244. v. 23. — indicia l. indicio.
— 247. v. 26. — scutari l. scrutari.
— 281. v. 16. l. κέκτηται."
— 284. v. 9. — draesens l. praesens.
— 286. v. 1. — del. comma post nolo.
— 320. v. 14. l. Cod. Palat."
— 322. v. 16. — del. comma post licet.
— 326. v. 5. — φωνεῦτα l. φωνεῦντα.
— 327. v. 24. — ὦσιν l. ὦσιν.
— 334. v. 15. — οὐσίαν l. οὐσίαν.
— 336. v. 15. — εἶναι l. εἶναι.
— 406. v. 23. — l. „Omne *et* v. 31. reddant."

Berolini, typis J. F. Starckii.

Berolini, typis J. F. Starckii.

Digitized by Google